



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





N  
ii RBS  
68<sup>2</sup>

68  
7 20


Keble College Library.


1878.

KEBLE COLLEGE LIBRARY

WITHDRAWN















**CLAUDII CLAUDIANI**

**OPERA OMNIA.**

**VOL. III.**





**CLAUDII CLAUDIANI**

**OPERA OMNIA**

**EX EDITIONE P. BURMANNI SECUNDI**

**CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE**

**IN USUM DELPHINI**

**VARIIS LECTIONIBUS**

**NOTIS VARIORUM**

**RECENSU EDITIONUM ET CODICUM**

**ET**

**INDICE LOCUPLETISSIMO**

**ACCURATE RECENSITA.**



**VOLUMEN TERTIUM.**

**T**

**LONDINI:**

**CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.**

**1821.**



17 FEB 1964



XXXVI.

CL. CLAUDIANI

DE

RAPTU PROSERPINÆ

LIBER III.

---

ARGUMENTUM.

**DIJ Jovis jussu ab Iride convocati sedent. Tum Jupiter ait se sæculi aurei pigritia offensum, fruges inaratas et mella ademisse, ad excitandam hominum industriam : hinc homines glande vesci ; hinc naturam queri ; ideoque Proserpinam dat rapiendam, eam ut quærens Ceres det fruges ; vetat ne quis raptorem prodat. Interim Ceres in Ida terretur prodigiis, somniis, specie ipsius Proserpinæ flentis ; mox volat in Siciliam : hic omnia confusa : petit ab Electra nutrice unde calamitas. Tandem Electra rem prodit, et Venerem, Dianam, Palladem accusat : explicat dolos Veneris allicientis Proserpinam in sylvas, ubi orta nocte subita rapta fuerat, ancillis fugientibus. Ceres invehitur in tres Deas. Petit ut saltem liceat nosse suam calamitatem. Orat Latonam ut sibi indicet raptorem, sed frustra. Ergo statuit quærere filiam per omnes mundi partes. Sylva ad fluvium Acin describitur, ab armis præliisque Jovis, a spoliis gigantum, loci religione, quæ non impedit quominus Ceres evertat cupressus et cedros ad tædas faciendas : has accendit in Ætna : hinc progreditur flens, conquerens se sontem, se punitam dicens, desperans, &c. Nam deest finis.**

---

**JUPITER** interea cinctam *Thaumantida* nimbis

*Interim Jupiter imperat Iridem circumdatam nubibus descendere, et evocare*

//////////

In Vat. pr. sec. et quint. Jun. pr. et sec. duobus Voss. Oxon. pr. Cod.

NOTE

1 *Interea*] Dum hæc aguntur convivia, dum cantus resonant, &c.

*Thaumantida*] Irin, quæ *Thaumantis* et *Electræ* filia, ἀπὸ τοῦ θαύματος

Ire jubet, totoque Deos arcessere mundo.  
 Illa colorato Zephyros illapsa volatu  
 Numina conclamat pelagi, Nymphasque morantes  
 Increpat, et fluvios humentibus evocat antris. 5  
 Ancipites trepidique ruunt, quæ causa quietos  
 Excierit, tanto quæ res agitata tumultu.  
 Ut patuit stellata domus, considerare jussi.  
 Nec confusus honos. Cœlestibus ordine sedes  
 Prima datur : tractum proceres tenere secundum 10

*Deos ex omni mundo. Illa Iris superans ventos alis pictis, vocat Deos maris, et arguit Nereides cunctabundas, atque exciit fluvios ex cavernis humidis. Veniunt paridi dubitantesque, quæ causa se placidos evocaverit, quod negotium tractandum tanta trepidatione. Postquam regia cœlestis aperta est, Dii jussi sunt sedere : neque honor est promiscuus : primus ordo sedendi defertur Diis superis : Principes maris occupant*

Bartholin. et ed. Vicet. additur Præfatio, quæ ante vi. Cons. Honorii legitur. in Vat. tert. quart. et Pal. deerat.

1 *Thaumantea* Voss. sec.—2 *totosque* Vat. quart. Exc. Petav. quart. *omnes pro Deos* Jun. pr. *arcessere* Vat. sec. quint. et d. Florent. Put. Petav. pr. Ambr. tert. duo Voss. Var. LL. e marg. Parm. *accersere* tres Vatt. Pal. Reg. Moret. pr. Oxon. pr. chartac. Heins. Cod. Bartholin. *accrescere* Petav. sec. *accedere* Exc. Petav. quart.—3 *coloratos* Pal. Heins. H. *Zephyris illapsa* Vat. tert. Bonon. Tholos. *Zephyros* Oxon. sec. *Zephyros elapsa* Moret. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *Zephyrum prægressa* Var. LL. e marg. Parm. *Zephyros transgressa* chartac. Heins. *perlapsa* Vat. quint. *prælapsa* Petav. sec. *transgressa* Vat. pr. Voss. pr. Cod. Bartholin. *prægressa* inc. Heins. Exc. Petav. quart. *illata* Jun. pr. *illapsa* Vat. sec. et d. Florent. duo Med. Oxon. pr. Heins. H. Put. Reg. Petav. pr. *volato pro volatu* Oxon. pr.—4 *conclamant* Vat. tert. *lymphasque* Vat. sec.—6 *Ancipitesque ruunt trepidi* Oxon. sec. *quos causa* ed. Vicet. *vocatos* Ambr. tert. *morantes* Exc. Petav. quart. male. nam modo præcessit vs. 4.—7 *eruerit pro excierit* Vat. pr. *tanto et quæ res* Voss. pr.—8 *Et patuit* Voss. pr.—9 *Non confusus* Vat. pr. chartac. Heins. Oxon. pr. Cod. Bartholin. ed. Parm. *Nec confusus* Var. LL. e marg. Parm. *confessus* Voss. pr. *honor omnes* Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *honos* Voss. sec. Ambr. tert.—10 *proceres tractum* Jun. pr. *stratum*

## NOTE

dictam : est enim filia *admirationis* : unde et *Thaumantias* dicitur, eaque *Deorum* nuntia.

6 *Quietos*] Deos omnes in concilium cogere, non nisi in summa rerum difficultate moris erat.

8 *Stellata domus*] Est regia cœli, stellis distincta.

*Considerare jussi*] Nam Jovis injussu non audent. Statius : 'Nec protinus ausi Cœlicolæ, veniam donec patër ipse sedendi Tranquilla jubet esse manu.'

9 *Nec confusus honos*] Non confuse et promiscue sedent, sed quisque pro sua dignitate sedet.

*Cœlestibus*] Diis superis, seu Diis majorum gentium : qui sunt duodecim selecti, ex Ennio : 'Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.' At hinc aberat Ceres, ut ostendit Poëta.

10 *Proceres*] De Consul. Prob. vs. 18.

Æquorei, placidus Nereus, et cœrula Phorci  
 Canities. Glaucum series extrema biformem  
 Accipit, et cœrto mansurum Protea vultu.  
 Necnon et senibus fluviis concessa sedendi  
 Gloria. Plebeio stat cetera morē juvenus, 15  
 Mille amnes. Liquidis incumbunt patribus udæ  
 Naides, et taciti mirantur numina Fauni.

*locum alterum, Neptunus lenis, et proles cana Phorci cœrulei: sedes ultima recipit Glaucum biformem, et Proteum remansurum figura stabili: quin et honor considendi datus est fluminibus antiquis: fluvii alii mille stant ut juvenes ex consuetudine populi. Naides humidæ innituntur patribus humentibus, atque Fauni*

*proceres Petav. sec. sedem tenere secundam Voss. pr.—11 et lucida Phorci Vat. tert. et d. Pal. lurida Petav. pr. lubrica Exc. Petav. quart. pallida Ambr. tert. candida inc. Heins. Petav. sec. reverendaque Vat. sec. Florent. Voss. pr. Oxon. pr. m. sec. Exc. Læti. et lucida vel reverendaque Tholos. reverendaque vel et livida Voss. sec.—12 sedes pro series Oxon. pr. m. sec. externa Jun. pr. bifformes Petav. sec.—13 certum Voss. pr.—14 fluviis senibus Vat. quint. Reg. Oxon. pr. superis fluviis Voss. pr.—16 partibus al. udæ duo Med. Heins. et inc. ejusd. Reg. m. sec. Tholos. m. pr. duo Voss. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. undæ duo Vatt. et d. Tholos. m. sec. Jun. pr. chartac. Heins. ude Ambr. tert. inde Moret. pr. undæ. cum στυμφ, Put. —17 Naides Petav. pr. Naiades tres Vatt. et Pal. taciti Vat. sec. et d. Ald. Var. LL. e marg. Parm. placidi Vat. pr. chartac. Heins. Cod. Bartholin. ed. Parm. numina Vat. pr. Bonon. chartac. Heins. Cod. Bartholin. ed. Vicet. sidera Vat. sec. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusdem, Put.*

NOTE

11 *Nereus*] Omnium Ponti liberorum natu maximus, ex Doride Oceani filia Nymphas genuit Nereidas: non raro sumitur pro Neptuno.

*Phorci*] Is etiam Ponti filius, Græus seu Spumas ab ipso partu canas peperit ex Ceto sorore: sicque cœrula Phorci canities, est proles cana Phorci cœrulei.

12 *Glaucum*] Is erat Eubœæ piscator, urinandi peritissimus, qui cum ad insulam quandam cultoribus vacuum penetraret, rudi sæculo persuasit se ad Deos maris penetrasse, sicque opinionem divinitatis sibi peperit. Fabula ait eum in balænam conversum, tractata herba, cujus attacin pisces, quos captos extraxerat, redivivos in æquor resilliisse conspexerat.

13 *Protea*] Hic Neptuni filius, in varias se figuras mutare Diis præsentibus non audebat; alioqui mutari solitus, *eis παντοδαπὰ ζῶα καὶ δένδρα*, in omne genus animalia et arbores. Polyænus: qui id putat fictum esse, quod dolis superare posset quemcumque vellet.

16 *Incumbunt*] Innituntur fluviis, quorum sunt filia. Callimachus: *Νύμφαι Θεσσαλίδες ποταμοῦ γένος, Νυμφῶν Θεσσαλίδες ἀννίς γένος*: ex Parrhasio.

17 *Naides*] Fontium Deæ, ut supra.

*Fauni*] Fannos, Sylvanos, et Satyros inter Deos agrestes coluit antiquitas: superne hominibus cornutis, inferne capris similes.



Tum gravis ex alto genitor sic orsus Olympo :  
 Abduxere meas iterum mortalia curas,  
 Jam pridem neglecta mihi, Saturnia postquam 20  
 Otia et ignavi senium cognovimus ævi,  
 Sopitosque diu populos torpore paterno  
 Sollicitæ placuit stimulis impellere vitæ,  
 Incultis ne sponte seges grandesceret arvis,  
 Undaret neu sylva favis, neu vina tumerent 25  
 Fontibus, et totæ fremerent in pocula ripæ.

*silentes admirantur Astra. Tunc pater verendus ita locutus est ex cælo celso :  
 Res humanæ contentæ a me dudum applicuerunt rursus animum meum, postea-  
 quam vidimus ignaviam sæculi Saturni, et tarditatem ætatis inertis : et visum  
 est stimulare curis vitæ anxietas gentes dudum torpescentes ignavia paterna ; cavi  
 ne fruges injussæ crescerent in agris inaratis, neve arbores complerentur melle ; neve  
 vinum exundaret fontibus, et ripæ omnes cum sono fluerent ad vasa implenda.*

Reg. Tholos. duo Voss. duo Petav. Exc. Petav. quart. et Ald.—18 *Olympo est vulg. Olympo sine est Voss. pr. chartac. Heins. Moret. pr. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. duo Oxon. Ald. et ed. Vicet. est solio genitor sic orsus ab alto Exc. Petav. quart.*—19 *Obduxere Vat. tert. Adduxere tres Vatt. Florent. Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. Voss. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. Abduxere Vat. sec. et d. chartac. Heins. Ald. Adduxere vel Abduxere Reg. Oxon. pr. Voss. sec. Heinsius ascripserat sequentia : ‘ Abduxere ] hæc vera lectio. i. e. avocarunt. sic abducere occurrit Hist. Aug. p. 24. de avocandi verbo vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 42. et 59. et Gronov. ad Livium.’*—20 *Nam pridem Put. dudum Tholos. Exc. Petav. quart.*—21 *cognoscimus Vat. quart. Pal.*—22 *languore paterno Petav. pr. Ambr. tert. sopore edd. Vicet. Parm. Colin.*—23 *Sollicitos Ambr. tert. stimulos Vat. quint. Florent. inc. Heins. ed. Vicet. stimulis duo Med. Heins. H. Put. Reg. Petav. pr. Tholos. Moret. pr. Vat. Livin. duo Voss. Exc. Petav. quart. impendere Jun. sec.*—24 *neu sponte Bonon. concreveret Voss. pr. gravesceret Ambr. tert. grandesceret Put. Petav. pr. gradesceret Reg. candesceret Exc. Petav. quart. canesceret vel gravesceret vel grandesceret Vat. sec. Voss. sec.*—25 *non silva Voss. pr. ne silva favis, ne quatuor Vatt. Moret. pr. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Bartholin. duo Jun. Exc. Petav. quart. ne vina Florent. inc. Heins.*—26 *aut totæ Vat. sec. Voss. sec. fluerent Jun. sec. ruerent vel fremerent*

## NOTÆ

18 *Genitor*] Jupiter ‘Divum pater atque hominum rex.’ Virgilius.

*Alto Olympo*] Ex altiore cæli parte : Dii alii inferiorem locum tenent.

20 *Saturnia otia*] Pigritia scilicet, qualis erat regnante Saturno.

21 *Senium*] Pigritiam et tarditatem, qualis est in senibus.

22 *Torpore paterno*] Torpore et inertia, quam patiebatur pater meus Saturnus. Locus hic desumptus ex

Virgilio : ‘Nec torpere gravi passus sua regna veterno,’ &c. Nam Jupiter, perosus vitam illam quietam et placidam sæculi Saturnii, voluit homines non amplius ducere vitam expertem curarum et mœroris, sed parando victui multo cum labore invigilare.

26 *Fremerent*] Ripæ paterentur aquas frementes, seu cum sonitu fluentes ad vasa accolarum implenda.

Haud equidem invideo ; (nec enim livescere fas est  
 Vel nocuisse Deos) sed quid dissuasor honesti  
 Luxus, et humanas oblimat copia mentes ?  
 Provocet ut segnes animos, rerumque remotas 30  
 Ingeniosa vias paulatim exploret egestas ?  
 Utque artes pariat solertia, nutriat usus ?  
 Nunc mihi cum magnis instat Natura querelis  
 Humanum relevare genus, durumque tyrannum  
 Immitemque vocat, regnataque sæcula patri 35

*Non invideo certe (num neque licet Deos invidere vel obesse) ; at quare luxuria inimica honestatis, et abundantia hebetat animos hominum? Faciam nempe, ut paupertas ingeniosa excitet mentes ignavas, et quærat paulatim modos occultos rerum, et ut industria excogitet artes, et exercitatio alat illas. Natura nunc urget me cum questibus ingentibus solari genus hominum, et appellat me tyrannum crudellem et implacabilem, atque exprobrat ætatem gubernatam a patre Saturno, ac*

Florent.—27 *invideo* Vat. quint. inc. Heins. *invidia* tres Vatt. Florent. Put. Bonon. Tholos. Voss. sec. *invidia est* Vat. quart. Pal. duo Med. Heins. H. Jun. sec. Oxon. sec. duo Petav. Exc. Petav. quart. *neque enim* duo Vatt. Put. Reg. Petav. pr. Tholos. Jun. pr. Oxon. pr.—28 *Vos nocuisse* Vat. pr. *quid dissuasor* Vat. d. Petav. sec. *quod* quatuor Vatt. Pal.—29 *obliquat* Bonon. Oxon. sec. m. sec. *oblimat vel obliquat* Reg. Oxon. pr. *oblimat vel offuscat* Vat. sec. Voss. sec. Heinsius asteriscum huic versui apposuerat, ascripto simul loco Horat. Lib. 1. Sat. 11. ‘Rem patris oblinare.’—30 *Provocat et* Ambr. tert. *Provocet aud* chartac. Heins. *iterumque remotas* inc. Heins. *moratas* Reg. *moratas vel remotas* Oxon. pr.—31 *explorat* Vat. d. Petav. sec. Bonon. Exc. Petav. quart. ed. Parrhas. *exploret* Moret. pr. Ald.—32 *Atque artes* Bonon. Jun. sec. *Ut patrias artes* Vat. pr.—33 *Nam mihi* Pal. Med. pr. Heins. H. Non Put. *dirumque tyrannum* Vat. pr. Cod. Bartholin. *durumque* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusdem, Put. Reg. Bonon. duo Voss. duo Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *divumque* Ambr. tert.—35 *fœdera pro sæcula* Ambr. tert. *patris* Vat. quart. Reg. Oxon. pr. Ambr.

NOTÆ

27 *Livescere*] Sol non invidet Lunæ, neque Dii hominibus.

28 *Nocuisse*] Dii non nocent; etenim ‘Dii sunt benefici, generique hominum amici.’ Cicero.

29 *Oblimat*] Pinguefacit atque obtundit.

30 *Ut segnes, &c.*] Jussi ut paupertas excitet homines. Heinsius putat legendum, *haud segnes, &c.* quasi diceretur, scilicet paupertas provocet animos impigros. Deinde legit,

*atque artes.*

31 *Egestas*] Gaditani Egestatem et Artem adorabant; hanc, ut egestatis remedium; illam, ne placata noceret. Lucanus: ‘Fœcunda virorum Paupertas.’

33 *Nunc*] Sublata prioris vitæ felicitate, natura vehementer queritur, urgetque me ut relevem solerque genus hominum.

34 *Tyrannum*] Quod injuste regnando premam homines.

Commemorat, parcumque Jovem se divite clamat.  
 Cur campos horrere situ, dumisque repleri  
 Rura velim, et nullis exornem fructibus annum?  
 Se jam, quæ genitrix mortalibus ante fuisset,  
 In diræ subito mores transisse novercæ.  
 Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum  
 Erexisse caput, pecudum si more pererrant  
 Avia, si frangunt, communia pabula, glandes?

40

*conqueritur me Jovem esse atarum se locuplete. Petit quare jubeam agros squalere illuvie, et arva compleri spinis, et quare nullis decorem fatibus annum. Dicit se jam, quæ prius fuerat mater hominibus, degenerasse cito in animum novercæ crudelis. Quid juvit homines duxisse animum ex Cælo? quid juvit sustulisse os sublime, si instar bestiarum peragrant deserta, si rumpunt*

tert.—36 *parcumque Jovem* Moret. pr. *damnat* Var. LL. e marg. Parm.—  
 37 *Qui campos* Florent. Bonon. Moret. pr. Jun. et Oxon. pr. *Quod* Vat. sec. et quint. *Quid* Voss. pr. Exc. Petav. quart. *Cur vel Qui* Voss. sec. *Quo vel Quid* conjecerat Heins.—38 *Arva pro Rura* Jun. pr. Vat. tert. *velim, nullis* tres Vatt. et d. Pal. Put. Reg. Bonon. Tholos. chartac. Heins. Jun. sec. duo Petav. duo Oxon. Exc. Petav. quart. edd. Ald. Parm. Vicet. Junt. Colin. Parrhas. *nullisque* Vat. quint. Petav. pr. Ambr. tert. Moret. pr. Jun. pr. Cod. Bartholin. Exc. Læti. *exornans* Put. *fluctibus pro fructibus* Pal. Exc. Petav. quart.—39 *Se jam* Exc. Læti. *Semina* ed. Vicet. *victrix* Petav. sec. *genitrix* Vat. Livin. *cultrix* Ambr. tert. *nutrix* Vat. quint. Put. Tholos. Voss. pr. Ald. ed. Vicet. *rectrix* Vat. tert. et d. Pal. Florent. Oxon. pr. Put. Reg. Petav. pr. Bonon. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. duo Jun. *genitrix vel nutrix* Vat. sec. *rectrix vel nutrix* inc. Heins. *rectrix vel nutrix vel genitrix* Voss. sec.—40 *morem* Florent. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *nomen* Vat. sec. *transire* tres Vatt. Put. Reg. Voss. pr. Jun. pr. duo Oxon. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *mentem transisse polo* Pal. Petav. sec.—43 *franguntur pro si frangunt* Bonon. *frangit* Florent. *frangant* Vat. sec. Reg. Jun. sec. Oxon. pr. *publica pro pabula* Florent. m. pr.—44 *vita*

## NOTÆ

36 *Parcumque Jovem*] Natura clamat Jovem esse parcum atque avarum in tantis suis divitiis, quibus privat homines.

37 *Horrere situ*] Situs est illuvies quædam, quæ fœdat agros cessantes.

38 *Fructibus*] Pomis et frugibus.

40 *Novercæ*] Natura, quæ materno affectu homines ante fovebat, queritur quod, me jubente, facta sit noverca, eosque alat glandibus, quos melle et lacte aluerat.

41 *Mentem traxisse polo*] Hoc ex Platonicorum sententia.

42 *Erexisse caput*] Quod soli homini contigit, quodque ejus arguit nobilitatem. Hoc depromptum ex Ovidio, qui hæc canit: 'Os homini sublime dedit,' &c.

43 *Avia*] Vagantur per saltus, nemora deserta, in quibus via nulla est, et quæ ideo dicuntur avia, quasi sine via.

*Communia pabula*] Glandes quæ sunt alimenta communia bestiis et hominibus.

44 *Lustris*] Lustrum est spatium quinque annorum, sed significat e-

Hæccine vita juvat sylvestribus abdita lustris,  
 Indiscreta feris? Tales cum sæpe parentis 45  
 Pertulerim questus, tandem clementior orbi  
 Chaonio statui gentes avertere victu.  
 Atque adeo Cererem, quæ nunc ignara malorum  
 Verberat Idæos torva cum matre leones,  
 Per mare, per terras avido discurrere luctu 50  
 Decretum, natæ donec lætata repertæ  
 Indicio tribuat fruges, currusque feratur  
 Nubibus, ignotas populis sparsurus aristas,  
 Et juga cœrulei subeant Actæa dracones.

*glandes, alimenta communia? An vita illa placet occultata cavernis agrestibus, non differens a belluis? Cum ego Jupiter passus sim sæpe querelas tales matris Naturæ, tandem factus mitior mundo, decrevi avocare populos ab Chaonio alimento. Et ideo statutum est a me ut Ceres, quæ nunc ignorans suam jacturam fatigat leones Idæ, cum parente terribili Cybele; statutum, ut Ceres vagetur per mare et terras fletu magno, donec gaudens signis filiæ inventæ, det fruges, et currus ejus vehatur per ærem, distributurus spicas incognitas hominibus; et ser-*

*vetat* Put. addita pro abdita Cod. Bartholin. cum viginti sex aliis. *silvis pro lustris* Ambr. tert.—45 *quales* Tholos. *parenti* Exc. Petav. quart. Heins. ascripserat Ovid. in Fastis, loco non indicato.—46 *Pertuleris* Vat. sec.—47 *Chaonia ... glande* pro *Chaonio ... rictu* Voss. pr. *Dodonio ... victu* Jun. sec. *advertere* Put.—48 *Atque adeo* Vat. pr. et tert. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Moret. pr. Tholos. Ald. ed. Parm. et Vicet. *ideo* duo Vatt. vet. Gyr. Cod. Bartholin. *adeo* vel *ideo* Reg. chartac. Heins.—50 *decurrere luctu* Moret. pr. *disquirere* conjiciebat Heins.—51 *Decretum est* duo Vatt. inc. Heins. Reg. Petav. sec. Ambr. tert. Moret. pr. Voss. pr. Oxon. pr. Jun. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Decrete* Put. *Decretis* Pal. Florent. Med. quart. unde *Decreti* legebat Heins. *donec natæ* Vat. quart. *natæ donec* duo Med. Put. Reg. Heins. H. et inc. ejusd. Bonon. Tholos. duo Petav. duo Voss. Ambr. tert. duo Jun. totidem Oxon. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—52 *Judicio* Vat. pr. et tert. Petav. sec. *cursusque* Vat. d. Pal. Florent.—53 *Avius* Vat. tert. et duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Petav. sec. Oxon. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. Gesn. et ed. Bipont. vid. supra vs. 43. *Ilius* Exc. Petav. quart. *Nubibus* quatuor Vatt. Cod. Bartholin. *Nubibus* vel *Avius* Florent. Reg. *ignotis* vel *ignotas* Voss. sec. *populo* Jun. sec. *terris* pro *populis* Exc. Petav. quart.—54 *Ut juga* Vat. tert. *subeant* Petav. sec. *jugales* Voss. sec.

NOTE

tiam sylvas densissimas, et cubilia ferarum, ut hoc in loco.

47 *Chaonio rictu*] Id est, glandibus Chaoniis, quæ victum suppeditant. Chaonia pars est Epiri in Græcia, quæ abundat quercubus, et ideo glandibus.

48 *Ignara malorum*] Nescit nempe filiam a Plutone esse raptam.

49 *Idæos leones*] Stabulantes in Ida monte Phrygiæ; qui leones trahunt currum Cybeles matris Deorum. Supra de leonibus Cybeles.

50 *Avido luctu*] Magno Ceres mœstata desiderio filia, eam quæret per totum orbem terrarum.

54 *Dracones*] De draconibus Ceres supra.

Quod si quis Cereri raptorem prodere Divum 55  
 Audeat; imperii molem, pacemque profundam  
 Obtestor rerum, natus licet ille, sororve  
 Vel conjux fuerit, natarumve agminis una,  
 Se licet ille meo conceptum vertice jactet,  
 Sentiet iratum, procul ægide, sentiet ictum 60  
 Fulminis, et genitum divina sorte pigebit,

*pentes nigri submittant se jugo Attico. Quod si quis Deorum audeat indicare raptorem Plutonium; juro per magnitudinem regni mei, et amicitiam secretam mundi; quamvis ille sit filius, aut soror, aut uxor, aut una cætus filiarum; quamvis ille gloriaretur se esse natum ex capite meo, patietur longe clypeum horrendum, patietur impetum fulminis, atque dolebit se esse natum*

m. pr.—55 *dirum* Oxon. sec. *durum* Vat. quint.—56 *pacem molemque profundam* Petav. pr.—57 *natus sive ille* Cod. Bartholin. *ipse* Reg. Oxon. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *sororque* Florent. inc. Heins.—58 *natarumque* Cod. Bartholin. cum octodecim aliis et Exc. Petav. quart. *natarumve* vel *nostrarumque* duo Vatt. *natarumque* vel *multarumque* Voss. sec.—59 *Sed licet* Ambr. tert. *Scilicet* Med. quart. *Se licet* Florent. Med. pr. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Petav. sec. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet. *illa meo* tres Vatt. et d. *ipsa* Pal. Med. pr. Cod. Bartholin. *ore* Vat. tert. *ille meo conceptum* Tholos. *ipse meo conceptum* Reg. m. sec. *conceptam* tres Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. *conceptum* duo Vatt. *jactat* Moret. pr. Jun. pr. *jactet de vertice natam* Jun. sec. *vertice* vel *sanguine* Voss. sec. in Oxon. pr. erat Glossa sequens. *Quidam dicunt, SE LICET IPSA MEO CONCEPTAM ETC. quia pro Pallade dictum est: sed hoc non permittit litera sequens, quia pro eodem sequitur GENITUS et SAUCIUS ICTU. idcirco melius dicitur IPSE et CONCEPTUM, quamvis pro Pallade dicatur. Masculinum enim genus protulit Auctor, quia prædixerat SI QUIS AUDEAT.*—60 *Sentiet* Petav. pr. *Sentiat* Put. Petav. sec. Jun. sec. *Sentit iratam procul ægida* vulg. et ita Gesn. et ed. Bipont. *iratum* Vat. tert. et d. Pal. duo Med. Heins. H. Incert. et chartac. ejusd. Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. duo Oxon. ed. Parm. et Vicet. *iratum procul ægide* tres Vatt. Cod. Bartholin. Florent. Reg. Petav. pr. Ambr. tert. vet. Gyr. Vat. Livin. duo Jun. duo Voss. Exc. Petav. quart. *ægida* duo Med. Heins. H. Ald. et ed. Vicet. *sentiat* Petav. sec. *ictus* Florent. Reg. m. sec. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert.—61 *genitam* Vat. quint. inc. Heins. Petav. pr. Jun. sec. Ald. *gentem* Put. *genitum* vel *genitam* Vat. sec. Voss. sec. *stirpe* Florent. inc.

## NOTE

55 *Prodere*] Indicare. Virgilius: 'Prodere voce sua quemquam aut opponere morti.' Horatius: 'Risus proditor.'

56 *Pacem profundam*] Id est, æternam illam arcanamque amicitiam, quæ res omnes inter se fovet.

59 *Conceptum vertice*] Licet foret ipsa Pallas, quæ armata prodiit ex meo capite. Palladem indicat, ne quis index veniam speret.

60 *Ægide*] Ægis est clypeus Jovis, factus ex pelle capræ, ἀγὼς, Amaltheæ nutricis; quo clypeo, oraculi monitu, se muniit contra Titanas, eosque vicit. Alii legunt *Sentiet iratam procul Ægida*; id est, Sentiet arma Jovis irati, et Ægidem concutientis, habentis: Διὸς ἀγῳχοῖο, Homerus.

61 *Genitum divina sorte pigebit*] In magnis angustiis Dii dolebant se esse immortales. Ovidius de Inacho: 'Nec



Optabitque mori: tunc vulnere languidus ipsi  
 Tradetur genero, passurus prodita regna,  
 Et sciet an propriæ conspirent Tartara causæ.  
 Hoc sanctum: mansura fluant hoc ordine fata. 65  
 Dixit, et horrendo concussit sidera motu.  
 At procul armisoni Cererem sub rupibus antri  
 Securam placidamque diu jam certa peracti  
 Terrebant simulacra mali, noctesque timorem  
 Ingeminant, omnique perit Proserpina somno. 70

*ex semine divino, et cupiet mori. Tunc debilis plaga dedetur ipsi genero meo Plutoni, toleraturus pœnas imperii proditi, discetque utrum Inferi faveant causæ suæ. Id statutum est: fata stabilia currant hac serie. Jupiter sic locutus est, et tremefecit cælum nutu terribili. Sed longe a Sicilia jam imagines quædam cladis acceptæ turbabant Cererem jamdudum tranquillam et quietam sub saxis cavernæ armis resonantis: et visa noctis augment metum, et Proserpina*

\*\*\*\*\*

Heins. Voss. pr. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. sorte vel stirpe Vat. sec. Voss. sec.—62 tunc Vat. Livin. dum Voss. sec. tum Pal. Florent. duo Med. Heins. H. duo Petav. Tholos. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. cum Vat. quint. inc. Heins. Put. Reg. Bonon. Exc. Petav. quart. Voss. pr. Ald. diro saucius ictu Reg. Oxon. sec. languidus Vat. Livin. inc. Heins. saucius tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Petav. sec. Tholos. Moret. pr. dno Voss. duo Jun. Exc. Petav. quart. Ald. saucius vel languidus Oxon. pr. diro saucius ictu vel vulnere languidus ipsi Vat. quart. ipse Vat. sec. Voss. pr. Jun. sec. ipse vel ipsa Voss. sec.—64 primæ pro propriæ Ambr. tert. conspirent Jun. pr.—65 Hæc secum Pal. Hæc sancit Exc. Petav. quart. Hoc factum Moret. pr. Hoc sanctum est Vat. quint. Petav. sec. Ambr. tert. pactum est Vat. sec. pactum vel sanctum Voss. sec. fluunt Voss. sec. fluent Jun. pr. ordine Reg. Exc. Petav. quart. cardine Vat. tert. et d. Put. Petav. pr. et sec. m. sec. ex ordine Jun. pr. cardine vel ordine Oxon. sec. facta pro fata Vat. pr. et d.—66 nutu pro motu Vat. quint. Bonon. Petav. pr. mptu Ambr. tert.—67 Hoc procul Vat. sec. At vel Hoc Voss. sec. armisonis Voss. pr. terroribus pro sub rupibus Vat. tert. Pal. duo Med. Heins. H. Petav. sec. duo Oxon. Exc. Petav. quart.—68 cuncta peracti Florent. m. pr. pericli Exc. Petav. quart.—69 Torrebant pro Terrebant Ambr. tert. timores

NOTE

finire licet tantos mihi morte dolores,  
 Sed nocet esse Denm.’

63 *Passurus prodita regna*] Daturus pœnas propter proditum regnum Plutonis, quæo magis torquebit indicem.

64 *Conspirent*] Scient suo malo, an non Inferi conspirent ad vindicandam causam Plutonis.

66 *Concussit sidera*] Poëtæ loquentem Jovem inducunt cum motu totius cœli mundique: exempla passim.

*Delph. et Var. Clas.*

67 *Armisoni antri*] Sub saxis cavernæ Idææ, quæ resonabat clypeolis æneis, quibus Corybantes plaudebant, et strictis ensibus, quos rotabant, vel in Creta, vel in Phrygia, ubi est mons Ida.

70 *Omnique perit Proserpina somno*] Semper inter dormiendum sibi videtur amittere Proserpinam, interdumque ut mortuam lugere.

*Claud.*

3 R

Namque modo adversis invadi viscera telis,  
 Nunc sibi mutatas horret nigrescere vestes,  
 Nunc steriles mediis frondere penatibus ornos.  
 Stabat præterea luco dilectior omni  
 Laurus, virgineos quondam quæ fronde pudica  
 Umbrabat thalamos. Hanc ima stirpe recisam  
 Vidit, et incomtos fœdari pulvere ramos.  
 Quærentique nefas, Dryades dixere gementes,

75

videtur amitti per totum somnum. Etenim nunc metuit impeti sibi uterum armis inimicis, nunc metuit vestimenta sibi mutata nigra fieri, tunc ornos infœcundas virescere in ipsis domibus. Insuper laurus carior tota sylva surgebat, quæ olim tegebat foliis castis cubiculum puellæ Proserpinæ: aspexit hanc abscissam ab ipsa radice, et frondes inornatas inquinari pulvere; et Dryades flentes dixerunt

Vat. quart. Reg. Jun. et Oxon. pr.—71 *sub adversis* Vat. quint. *immensis* Vat. pr. Cod. Bartholin. *adversis* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Moret. pr. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *inmissis* ed. Vicet. *invadit* Petav. sec.—72 *Nec sibi mutatas* Petav. sec. *jam sibi* Moret. pr.—73 *Non steriles* Vat. tert. *florere* Ambr. tert.—74 *dilectior* Put. Jun. pr. Voss. pr. Exc. Petav. quart. *dilatior* Vat. quart. Voss. sec.—75 *quondam* Florent. cum quatuordecim aliis, Exc. Petav. quart. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *quæ quondam* Reg. Oxon. pr. Jun. sec. chartac. Heins. ed. Parm. et Vicet. *olim quæ* ed. Barth. *quondam quæ* quatuor Vat. et d. *quod fronte* Put.—76 *Vibrabat* Med. pr. *Umbrabat* Vat. quart. *hanc primo stipite cæsam* Voss. pr. *cespitem cæsam* Reg. Oxon. pr. Ambr. tert. *uno cespitem cæsam* Vat. pr. Cod. Bartholin. *imo stipite cæsam* Florent. cum octodecim aliis, Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *incisos* Vat. sec. Voss. sec.—77 *stipite pro pulvere* Pal. *crines* Vat. quart. *ramos tres* Vatt. et d.—78 *Quæ sunt quæque* pro *Quærentique* Exc. Petav. quart. *Quæsivitque* Cod. Bartholin. et maxima Codd. pars, edd. Parm. Vicet. Junt. Ald. Parrhas. et

## NOTÆ

71 *Invadi viscera*] Percuti uterum, qui fuerat sedes Proserpinæ, ideoque id ipsi cladem portendebat. Viscera in somno res bene vel male præsa-  
 giunt. Mater Augusti ad cælum sua viscera ferri crediderat, unde Augusto felicitas portendi visa est.

72 *Mutatas vestes*] Alba vestis in Cerealis sumebatur. Ovidius: 'Festa piæ Cereris celebrabant annua matres Illa, quibus nivea velatæ corpora veste, Primitias frugum, dant spicea sarta comarum.' Atra vestis in luctu publico sumebatur.

73 *Ornos*] Et forte ex ulmo mala portendebantur, quia est apud Inferos. Virgilius: 'Ulmus opaca ingens,

quam sedem somnia vulgo Vana tenere ferunt.' Et Cereris somnium non vanum fuit aut fallax: ideoque *somnia vana* intellige, quæ aliquando vana sunt et fallacia, non semper.

74 *Luco dilectior omni*] Quæ magis placebat, quam sylva tota, unde translata fuerat.

75 *Fronde pudica*] Alludit ad Daphnen, quæ mutari in laurum maluit, quam virginitatem prodere.

*Virgineos umbrabat thalamos*] Cubiculum tegebat Proserpinæ nondum nuptæ.

78 *Dryades*] 'Ἄπὸ δρυὶς, a quercu. Nymphæ sunt sylvarum, quæ cum arboribus et vivunt et extinguuntur.

Tartarea Furias debellavisse bipenni.

Sed tunc ipsa sui, jam non ambagibus ullis, 80

Nuntia materno facies ingesta sopori.

Namque videbatur tenebroso oblecta recessu

Carceris, et sævis Proserpina vineta catenis,

Non qualem Siculis olim mandaverat arvis, 85

Nec qualem roseis nuper convallibus Hennæ

Suspexere Deæ. Squalebat pulchrior auro

Cæsaries, et nox oculorum infecerat ignes :

Exhaustusque gelu pallet rubor. Ille superbi

Flammeus oris honos, et non cessura pruinis

*Cereri petenti auctorem sceleris, Furias abscondisse laurum securi inferna. At tunc imago Proserpinæ, jam non ullis involucris, ipsa sui nuntia objecta est somno matris Cereris. Etenim Proserpina præclusa obscuris latebris carceris, et constricta vinculis duris cernebatur, non qualem commiserat agris Siciliae quondam, nec qualem Deæ admiratae sunt modo in vallibus floridis Ætnæ: crines nitidiores auro sordebant, et caligo inferna obscuraverat ignes oculorum: et color roseus absumentis frigore pallescit: illa pulchritudo ignea vultus formosi,*

\*\*\*\*\*

multæ al.—79 *bipenni* Med. quart. *securi* Vat. quart. Med. pr. Reg. Jun. et Oxon. pr. *securi* vel *bipenni* Oxon. sec.—80 *Sed nunc ipsa* Ambr. tert. *Sed tamen* Put. unde *tandem* conjiciebat Heins. *ipsa tui* Voss. sec. *ista* Bonon. *sibi* inc. Heins. *jam nunc* Petav. pr. *sed non* Cod. Bartholin.—81 *series* pro *facies* Petav. pr. *ingesta* Vat. quart. Florent. Jun. pr. Ald. *incesta* Vat. d. Put. Bonon. *inserta* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *incerta* Petav. pr. Exc. Petav. quart. *infesta* Voss. pr. *gestata* Ambr. tert. *oblata* Vat. sec. Voss. sec. *inserta* vel *ingesta* Reg.—82 *tenebrosi* legebat Heins. *tecta* pro *oblecta* Florent. Jun. sec. *obtenta* Put. *objecta* Moret. pr. Voss. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart.—83 *duris* pro *sævis* Florent. *stricta* pro *vineta* Petav. pr. *catervis* Jun. pr.—84 *Nec qualem Siculis* Petav. sec. deerat vero Vat. tert. *Non qualem roseis* tres Vatt. Cod. Bartholin. inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Oxon. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart. *Sed qualem* Med. pr. Heins. H. *roseis olim* Petav. pr. Exc. Petav. quart.—85 *sub vallibus* Vat. pr. Vat. Livin. *Idæ* pro *Hennæ* inc. Heins. *Ætnæ* al.—86 *Prosperere* Reg. Oxon. pr. *Aspexere* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Conspexere* Vat. quint. Jun. sec. *Suspexere* vel *Suscepere* Ambr. tert. *purior aura* Jun. sec.—87 *orbis* pro *ignes* inc. Heins. Moret. pr. Var. LL. e marg. *ignem* Voss. pr.—88 *Exustusque* conj. Heins. *Exhaustusque* Petav. sec. *oris* pro *gelu* Bonon. *rubor* Vat. sec. *pudor* Florent. et viginti duo Codd.

NOTÆ

- 79 *Furias debellavisse*] Id quod erat utroque mundi cardine statuit, ipsumque ideo frigoribus et perpetua pessimum omen. sumque ideo frigoribus et perpetua bruma damnatum.
- 80 *Ambagibus*] Involucris somnii. bruma damnatum.
- 86 *Deæ*] Pallas, Diana, Venus. *Rubor*] Color ille oris roseus ac purpureus.
- Squalebat pulchrior auro*] Crines flavi et auro nitidiores tecti erant illuvie. 89 *Non cessura pruinis membra*] Id est, nive candidiora.
- 88 *Gelu*] Loquitur ex sententia Cratetis Philosophi, qui Tartarum sub



**Membra colorantur picei caligine regni.** 90  
**Ergo hanc ut dubio vix tandem agnoscere visu**  
**Evaluit: Cujus tot pœnæ criminis? inquit.**  
**Unde hæc informis macies? cui tanta facultas**  
**In me sævitiae? rigidi cur vincula ferri**  
**Vix aptanda feris molles meruere lacerti?** 95  
**Tu, mea tu proles? an vana fallimur umbra?**  
**Illa refert: Heu dura parens, natæque peremtæ**  
**Immemor, heu fulvas animo transgressa lænas!**  
**Tantane te nostri tenuere oblivia? tantum**  
**Unica despicior? Certe Proserpina nomen** 100  
**Dulce tibi, tali quæ nunc, ut cernis, hiatu**

*et membra non inferiora nivibus, nigrescunt tenebris imperii obscuri. Igitur statim atque potuit ægre tandem cognoscere illam Proserpinam oculis dubitantibus, ait: Ex qua culpa tantum supplicium provenit? unde macies hæc fœda? cui potestas tanta crudelitatis fuit contra me? quare brachia tenera meruerunt catenas ferri duri, vix accommodandas bestiis? Tu, mea, tu filia es? Utrum decipimur somnio inani? Illa Proserpina respondet: Ah! mater crudelis et oblita filiae perentis! ah! mater superans animi feritate lænas sævas! an tanta oblivio nostri possedit te? an ego filia unica ita contemnor? Proserpina est nomen profecto gratum tibi, quæ nunc, sicut vides, clausa tali caverna trahor ad pœnam: tu crude-*

Var. LL. e marg. Parm. ipse Vat. quint. *superbus* Petav. sec.—91 *Ergoque ubi hanc dubio* Voss. pr. *hanc vel haud* Voss. sec. *noscere pro agnoscere* Voss. pr. *vultu* Cod. Bartholin. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Florent. m. sec. *visu* Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Oxon. sec. duo Jun. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *vultu vel visu* Voss. sec.—92 *Evoluit* Voss. pr. *pœnæ cuius tot* Jun. sec. *pœnæ* Petav. sec.—93 *facies* Vat. sec. Cod. Bartholin. Voss. pr. Jun. pr. m. sec. et sec. Exc. Petav. quart. *macies vel facies* Voss. sec. Ambr. tert. *ubi tanta* Exc. Petav. quart. *cur tanta* Ambr. tert. *potestas omnes* Vatt. Pal. Cod. Bartholin.—94 *sævitiae est* Gesn. et ed. Bipont. *sævitiae sine est* Vat. Livin. et plurimi Codd.—95 *optanda pro aptanda* Pal. *tractanda* Cod. Bartholin.—96 *An mea* Vat. quint. Ambr. tert. *aut vel an vana* Voss. sec.—97 *dura parens* tres Vatt. inc. Heins. Bonon. Oxon. pr. Voss. sec. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *torva* Jun. pr. *dira vel dura* Ambr. tert.—98 *sævas lænas* Reg. Oxon. pr. *fulvos leones* Vat. sec. Florent. inc. Heins. Jun. pr. duo Voss. Ambr. tert. *complexa pro transgressa* Ambr. tert.—99 Alcimus Avitus de laud. Virg. vs. 324. totum hunc versum habet.—100 *non est Proserpina* Voss. pr.—101 *hic cernor* Florent. *ut cernor* tres Vatt. et d. Pal. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Oxon. pr. Voss. sec. Exc. Petav. quart.—102 *feror* Vat. pr. et d. Petav. pr. Vat. Livin. *teror* duo Med. Heins. H. et inc. Put. Reg. Petav. sec. Tholos. duo Jun. duo Oxon. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL.

## NOTE

94 *In me*] Quæ Jovis sum soror, et ex eo mater Proserpinæ.

*Vincula vix aptanda feris*] Quæ tam dura, tam horrida sunt, ut etiam nollemus iis bestias constringi.

98 *Fulvas lænas*] Fulvus leo, fulva læna; epithetum perpetuum: vel forte fulvus denotat majorem feritatem. Virgilius: 'Et fulvos descendere monte leones.'

Suppliciis inclusa terror. Tu sæva choreis  
 Indulges, Phrygiasque etiamnum interstrepis urbes ?  
 Quod si non omnem pepulisti pectore matrem,  
 Si tu nota Ceres, et non me Caspia tigris 105  
 Edidit ; his, oro, miseram defende cavernis,  
 Inque superna refer. Prohibent si fata reverti ;  
 Vel saltem visura veni. Sic fata trementes  
 Tendere conatur palmas. Vis improba ferri

*lis, vacas saltationibus, et nunc adhuc strepis per oppida Phrygiæ. Quod si non expulisti ex corde tuo omnes sensus matris, si tu illa Ceres cognita peperisti me, et non tigris Hyrcana produxit me ; rogo, libera me afflictam ab his antris, et reduc in terram superiorem : si fata vetant redire, descende huc saltem invisura me. Proserpina ita locuta tentat tollere manus tremulas : grave pondus ferri pro-*

e marg. Parm. *feror* vel *terror* Vat. sec. et quint. Voss. sec. chartac. Heins. *sæva* vel *festæ* Voss. sec. Vat. sec.—103 *Phrygiasque etiamnum* Florent. ed. Vicet. vel *nunc Phrygias* Vat. quint. *Phrygias et nunc* Vat. tert. et d. inc. Heins. Reg. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *Phrygias vel nunc* Jun. sec. duo Oxon. duo Voss. vel *nunc* duo Vatt. Pal. Med. pr. Petav. sec. Tholos. *nunc nunc* Vat. pr. et alter Vat. Livin. seu *nunc* Put. *jam nunc* Ambr. tert. Cod. Bartholin. *etiam nunc instrepis* Jun. pr. Petav. sec. Bonon. Exc. Petav. quart.—104 *repulisti* duo Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Moret. pr. Voss. sec. duo Jun. duo Oxon. *pepulisti e pectore* Vat. pr. a *pectore* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *pepulisti* vel *repulisti* Reg. *mentem pro matrem* Vat. quint.—105 *Si tua nata* Ambr. tert. *nostra* Jun. pr. *nata* Exc. Petav. quart. *nota Ceres* Cod. Bartholin. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Petav. sec. Bonon. Tholos. Jun. sec. duo Oxon. *sancta Ceres* Vat. pr. et quint. inc. Heins. Petav. pr. Voss. pr. *nota Ceres* vel *sancta parens* Vat. sec. *nota* vel *sancta* Voss. sec. *te nata* vel *nostra* conjiciebat Heins. *te non* Vat. pr. Cod. Bartholin. vet. Gyr. Vat. Livin. *me non* Vat. quint. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *non me* Florent. duo Med. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. duo Jun. totidem Voss. et Oxon. Exc. Petav. quart. *non modo* Ambr. tert.—106 *miseris* Cod. Bartholin. *catenis* Vat. pr. et quint. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *cavernis* tres Vatt. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Tholos. Voss. pr. duo Jun. duo Oxon. *cavernis* vel *catenis* Voss. sec.—108 *Vel saltem* Vat. pr. *Vel tum me* Tholos. *Me tantum* Jun. sec. *visura veni tantum* Petav. sec. Var. LL. e marg. Parm. *tantum* Florent. cum viginti aliis et Ald. *tantum* vel *saltem* Reg. Oxon. pr.—109 *Tradere conatur*

NOTE

102. *Terror*] Atteror suppliciiis, seu catenis ferreis. Statius : 'Latus omne sub armis Ferrea scuta terunt.'

103 *Interstrepis*] Plansu cymbalorum, quæ agitabant Galli Sacerdotes Cybeles in urbibus Phrygiæ.

105 *Caspia tigris*] Id est, Hyrcana, ab Hyrcania, in qua tigres ferocissi-

mæ nascuntur ; quæ cum Caspiæ dicuntur, id fit, quia Caspia regio est proxima Hyrcaniæ ; vel quia Caspia cum Hyrcania confunditur. Virg. 'Hyrcanæque admorunt ubera tigres.'

109 *Vis improba*] Gravis, mala, nimia, acerba.

Impedit, et motæ somnum excussere catenæ.	110
Obriguit visis. Gaudet non vera fuisse :	
Complexu caruisse dolet. Penetralibus amens	
Prosilit, et tali compellat voce Cybeben :	
Jam non ulterius Phrygia tellure morabor,	
Sancta parens : revocat tandem custodia cari	115
Pignoris, et cunctis objecti fraudibus anni.	
Non mihi, Cyclopum quamvis exstructa caminis,	
Culmina fida satis. Timeo, ne Fama latebras	
Prodiderit, leviusque meum Trinacria celet	
Depositum. Terret nimium vulgata locorum	120

*hibet, et vincula commota excitavere dormientem. Ceres stupefacta est in somniis : optat ea non esse vera : dolet se privatam esse amplexu filia : consternata exilit ex domo, et alloquitur Cybeben his verbis. O mater sancta, jam non manebo diutius in Phrygia. Cura dulcis filia revocat me tandem, et ætas exposita dolis omnibus. Turres licet fabricatæ fornacibus Cyclopum, non sunt satis tutæ mihi. Metuo ne fama detegat recessus nostros, et ne Sicilia non fideliter occultet Proserpinam meam creditam ipsi. Claritas regionis nimis celebrata turbat me : domi-*

Bonon.—110 *somnum excussere* inc. Heins. *solvere* quatuor Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Tholos. duo Petav. Ambr. tert. Voss. sec. Vat. Livin. duo Jun. duo Oxon. *morere* Voss. pr. Exc. Petav. quart.—111 *Abriguit* Vat. d. *Diriguit* vel *Obriguit* Vat. sec. *visu* Exc. Petav. quart. *visus* Ambr. tert.—112 *Amplexu* Florent. Ambr. tert. *penetralibus imis* id. Florent. et Ambr. tert. *antris pro amens* Exc. Petav. quart.—113 *Exilit* Vat. quint. *compellit* Petav. sec. Tholos. *Cybellem* Moret. pr.—115 *matrem revocat* Vat. quint.—116 *certis pro cunctis* Bonon. Tholos. *cautis* Exc. Petav. quart. *objecti* Reg. *arvi pro anni* Petav. sec.—117 *Non mihi* Vat. pr. Exc. Petav. quart. *Nec tres* Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. duo Petav. Tholos. Oxon. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *instructa* Petav. sec. *fundata* Exc. Petav. quart. *exstructa* vel *hic structa* Voss. sec. *cavernis pro caminis* Voss. pr.—118 *magna satis* Vat. sec. *fida* vel *fama* Moret. pr.—119 *Prodierit* Petav. pr. *leviterque* Vat. sec. *leviterque* vel *leviusque* Voss. sec. *servet* Petav. pr.—120 *locorum* Med. quart. *colorum* inc.

## NOTÆ

110 *Somnum excussere*] Cum somnus ex abrupto fugatur, aliquid triste denuntiat.

111 *Obriguit*] Ceres ita obstupuit in somnis, ut concretus sanguis obriguerit.

115 *Tandem*] Post tantum temporis spatium, quo commorata sum in his regionibus.

116 *Pignoris*] Filia; nam liberi sunt pignora et vincula amicitia con-

jugalis.

*Objecti fraudibus anni*] Ætas nempe tenerior puellarum, quæ variis insidiis obnoxia est.

117 *Cyclopum caminis*] Tecta munita ferro Cyclopum fornacibus conflato.

119 *Trinacria*] Sicilia, ἀπὸ τῶν τριῶν ἀκρῶν, a tribus promontoriis, Pachiuo, Passaro, et Lilybæo, de quibus supra.

Nobilitas : aliis sedes obscurior oris  
 Exquirenda mihi. Gemitu flammisque propinquis  
 Enceladi nequeunt umbracula nostra taceri.  
 Somnia quin etiam variis infausta figuris  
 Sæpe monent, nullusque dies non triste minatur 125  
 Augurium. Quoties flaventiaserta comarum  
 Sponte cadunt ! quoties exundat ab ubere sanguis !  
 Larga vel invito prorumpunt flumina vultu,  
 Injussæque manus mirantia pectora tundunt !

*cilum ignobilius investigandum est mihi in aliis regionibus: latebræ nostræ non possunt sileri, propter suspiria Enceladi et incendia proxima Ætnæ. Præterea somnia tristia formis diversis admonent me frequenter, et omnis dies intentat præsagium infelix: quoties coronæ spiceæ flavæ verticis decidunt, ulro quoties cruor effluit ex mammis, fluvii lacrymarum erumpunt vel oculis reluctantibus, et*

Heins. *decorum* vel *locorum* Med. pr. Heins. H.—122 *Est quærenda* Florent. *propinqui* Moret. pr.—123 *umbracula vestra* Vat. pr.—124 *quin nostri* Florent. *canis* Vat. sec. *infesta* Vat. quart. Pal. Reg. Tholos. Jun. pr. Oxon. pr. Petav. sec. *infesta* Voss. pr. Med. quart. chartac. Heins. m. sec. *intexta* Exc. Petav. quart. *infesta* vel *infesta* Oxon. sec. *infesta* vel *infausta* Med. pr. *infesta* vel *infausta* vel *infausta* Voss. sec.—125 *monent* inc. Heins. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *movent* quatuor Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. Heins. H. Pnt. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Jun. sec. Voss. sec. Ambr. tert. tres Petav. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *quin triste* Voss. pr.—127 *exundat* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *exudat* Petav. sec. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *exsudat* Exc. Petav. quart. cum multis aliis, et edd. Vicet. Parm. Gesn. et Bipont. Heinsius ascripserat sequentia: *Sudare sanguine*. Ennius Hectoris Lytris: 'Aër sonit, franguntur hastæ, terra sudat sanguine.' Virgil. *Æn.* II. vs. 582. 'Dardanum toties sudarit sanguine littus.'—128 *invito* vel *exacto* Vat. sec.—129 *Injustæque* Florent. et Put. *Invitæque* Jun. sec. *Invisæque* quatuor Vatt. et d. Pal. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Voss. pr. Jun. pr. Oxon. sec. tres Petav. Exc. Petav. quart. *Immissæque* Cod. Bartholin. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *Invisæque* vel *Invitæque* Voss. sec. *mirantia* Florent. Put. Reg. Petav. tert. Exc. Petav. quart. *mærentia* Jun. sec. Ambr. tert. Gyr. *mirantia* vel *mærentia* Vat. sec. Voss. sec. *tempora pro pectora* Vat. pr. *tendent* Moret. pr. *tudent* Exc. Petav. quart. *tundet* Pal.

NOTÆ

123 *Enceladi*] Hic gigas fuit, qui Ætna oppressus gemit, supra Carm. XXXIII.

126 *Flaventiaserta comarum*] Sunt coronæ spiceæ, quas Ceres in vertice gestat. Tibullus: 'Flava Ceres tibi sit nostro de rure corona Spicea.'

127 *Sponte cadunt*] A nullo tacta.

*Exundat*] Quasi torrens sanguinis pro lacte effluat ex mammis.

129 *Injussæ manus*] Motæ sine jussu voluntatis; sed suapte natura.

*Mirantia pectora*] Alii legunt, *mærentia*; sed mirantia sic explices: animus nempe miratur, qui fiat ut manus, se inconsulto, pectus concu-



Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt : 130  
 Tympana si quatiā, planctus mihi tympana reddunt.  
 Ah vereor, ne quid portendant omina veri !  
 Heu longæ nocuere moræ ! Procul irrita venti  
 Dicta ferant, subicit Cybele : non tanta Tonanti  
 Segnities, ut non pro pignore fulmina mittat. 135  
 I tamen, et nullo turbata revertere casu.  
 Hæc ubi, digreditur templis : sed nulla ruenti

*manus meæ sponte verberant sinum attonitum ! Si cupiam inspirare tibias, resonant funeste : si seriam tympana, tympana remittunt mihi gemitum. Ah ! timeo ne hæc præsentia prædicant aliquid veritatis. Heu ! expectatio longa damnosa est mihi. Cybele respondet : Venti auferant longe verba tua vana, o Ceres : sordida tanta non est Jovi, ut non torqueat tonitrua pro filia Proserpina ; tamen, ito, et redi nulla perterrita calamitate. Postquam Ceres dixit hæc verba, erit ex delubris : at nulla celeritas sufficit festinanti : conqueritur Dracones jugales*

*lædunt* Ambr. tert. vet.—130 *buxos* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Oxon. pr. Ambr. tert. duo Jun. tres Petav. Exc. Petav. quart.—131 *planctum* Vat. quint. edd. Parm. Junt. Parrh. Isingr. Gryph. Colin. Raphel. *planctus* Florent. cum viginti aliis, Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *tibi* Put. duo Petav. Var. LL. e margine Parm. *reddent* Pal.—132 *Hæc vereor* Vat. pr. *Ha* Vat. sec. et d. Cod. Bartholin. Florent. inc. Heins. Bonon. duo Jun. duo Oxon. *At* Petav. pr. *portentent* Oxon. sec. *prætantent* Exc. Petav. quart. *protendat* Vat. pr. *omnia* duo Petav. Ald. *omina vel somnia* vet. Gyr. *nostra pro veri* Med. sec.—133 *Heu longæ* Florent. Med. quart. Exc. Læti. *Ha* Vat. sec. et d. Cod. Bartholin. *Hæc* Petav. sec. *Hæ* Put. duo Petav. Moret. pr. Jun. et Voss. pr. Exc. Petav. quart. *Ne* Vat. tert. Pal. Med. pr. inc. Heins. ed. Parm. et Vicet. *Ha* vel *Hæ* Voss. sec. *Næ* vel *Heu* Oxon. pr. *Et longas nocuisse moras* Reg.—134 *subicit* Oxon. pr. *subiit* duo Vatt. et d. Bonon. Tholos. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Petav. quart. *subeat* Pal. Med. pr. Petav. sec. *nec tanta* tres Vatt. et d. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Bonon. Ambr. tert. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *num tanta* Jun. sec. *ne* Med. pr. Heins. H. Tholos. tres Petav. —135 *q̄* pro *ut* Florent.—136 *tardata* pro *turbata* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ambr. tert.—137 *Hæc ita* Voss. pr. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Hæc ita* vel *Limina* Reg. *Hæc ita* vel *Hæc ubi* vel *Limina* Voss. pr. Oxon. pr. *reverti* Ambr. tert. *videtur* duo Vatt. *ruenti* vel *reventi* Reg. *ruenti* vel *videtur*

## NOTE

- tiat. Id quod est signum alicujus calamitatis. 135 *Pignore*] Pro filia, quæ est Proserpina.  
 130 *Buxos*] Tibias factas ex buxo. 136 *I tamen*] Formula optantium felix iter.  
*Ferale*] Id est, ferali et funesto modo. 137 *Sed nulla ruenti mobilitas, &c.*] Ita nulla tanta est celeritas, quæ satis sufficiat festinare cupienti.  
 133 *Venti dicta ferant*] Vana, quæ carent effectu, ea venti dicuntur ferre, discernere, lacerare.



Mobilitas : tardos queritur non ire jugales.  
 Immeritasque movens alterno verbere pennas  
 Sicaniam quærit, cum necdum absconderit Iden. 140  
 Cuncta pavet, speratque nihil. Sic æstuat ales,  
 Quæ teneros humili foetus commiserit orno,  
 Allatura cibos, et plurima cogitat absens ;  
 Ne fragilem ventus decusserit arbore nidum ;  
 Neu furtum pateant homini, neu præda colubris. 145

*lentos, non currere : et feriens flagello alterne alas innocentes eorum, investigat Siciliam, cum nondum occultaverit Iden. Timet omnia, et nihil sperat : ita avis inquietatur, avis quæ pullos implumes crediderit ulmo non altæ, reportatura escam, et multa putat absens, ne ventus dejiciat volucres teneras ex arbore, neve expositæ sint insidiis hominum, et prædæ serpentum. Statim atque domus neglecta custo-*

Voss. sec. *ruenti vel ruendi vel reverti* Oxon. pr.—138 *Nobilitas* Vat. sec. *queritur tardos* Vat. sec. Voss. sec. Petav. sec. *leones* Vat. tert. Exc. Petav. quart. *dracones* duo Vatt. et d. inc. Heins. Jun. pr. Voss. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *jugales* Vat. pr. Med. pr. et sec. Heins. H. Reg. duo Petav. Tholos. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet.—139 *Immissasque* Vat. quint. *movet* Jun. sec. *vulnere* Put. *pectore* Petav. sec. *pænas* duo Med. Heins. H. Jun. pr. Oxon. pr. Ambr. tert. chartac. Heins. ed. Parm. et Vicet. *penas* Pal. inc. Heins. Florent. Bonon. *pinas* Cod. Bartholin. *pennas* Put. Reg. Voss. pr. Jun. sec. Oxon. sec. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—140 *nondum* Vat. pr. Oxon. pr. Jun. sec. Voss. pr. Exc. Petav. quart. *accesserat* Bonon. *ascenderat* tres Vatt. Cod. Bartholin. Tholos. Ambr. tert. *absconderit* duo Vatt. Pal. Reg. Voss. pr. Petav. sec. *absconderat* Jun. sec. *absconderit* Vat. tert. Florent. inc. Heins. Put. Petav. pr. Jun. pr. chartac. Heins. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Ætiam* Vat. pr. Cod. Bartholin. *Idam* tres Vatt. *idem* Florent. duo Med. Heins. H. Put. Petav. sec. Oxon. sec. *Idem* legit Heinsius. vid. Lib. I. vs. 190. et 204.—141 *speratque simul* Bonon.—142 *Qui teneros* Florent. *Cum* Jun. sec. *foetus humili* Vat. quint. *commiserat* Vat. pr. Florent. Reg. Tholos. Ambr. tert. Oxon. pr. Jun. sec. Vat. Livin. duo Voss. Exc. Petav. quart.—143 *Ab-latura* Vat. tert. et quint. *Allatura* Vat. quart.—144 *Et nidum gracili discussit a. ventus* Petav. sec. *Ne gracili nidum d. a. ventus* Oxon. pr. *Ne* Reg. qui et *fragilem* habet. *gracilem* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *gracili* Oxon. pr. m. sec. Petav. tert. *gracilem* vel *fragilem* Oxon. sec. *ex-cusserit* Vat. sec. *decusserit* Var. LL. e marg. Parm. *discusserit* Gesn. et ed. Bipont. *pinum pro nidum* Bonon.—145 *jaceant homini furtum* Voss. pr. *pateant* duo Vatt. Var. LL. e marg. Parm. *fiant* Vat. sec. Pal. Med. quart. Heins. H. Reg. Bonon. Oxon. pr. Ambr. tert. *jaceant* Vat. tert. et d. Flo-

NOTÆ

138 *Jugales*] Dracones scilicet jugo venit ex nimio desiderio. Virgilius :  
 admotos, qui trahunt curram Cereris. ‘Phæacum abscondimus arces.’  
 140 *Absconderit*] Quærit nempe 142 *Orno*] Cuilibet arbori.  
 oculis Siciliam, cum nondum abscon- 143 *Allatura cibos*] Quia volavit ad  
 derit Idam, id est, Idæ montis pro-  
 spectum ex oculis amiserit, quod pro-

Ut domus excubiis incustodita remotis,  
 Et resupinato neglecti cardine postes,  
 Flebilis et tacitæ species apparuit aulæ,  
 Non expectatæ respectu cladis amictus  
 Conscidit, et fractas cum crine avellit aristas. 150  
 Hæserunt lacrymæ : non vox, non spiritus oris  
 Redditur, atque imis vibrat tremor ossa medullis.  
 Succidui titubant gressus, foribusque reclusis  
 Dum vacuas sedes et desolata pererrat  
 Atria, semirutas confuso stamine telas, 155  
 Atque interceptas agnoscit pectinis artes.

*dibus sublatis, ac januæ subversæ cardine contemto, atque imago miserabilis visa est reginæ silentis, non expectans signum aliud calamitatis suæ, lacerat vestes, et scindit spicas ruptas cum coma: fetus retenti sunt: non verba, non habitus oris reddit, et timor quatit ossa usque ad medullas intimas: pedes deficientes vacillant, et, janua aperta, dum percurrit domicilium vacuum, et aulam destitutam, invenit telas semilaceras turbatis filis, et opus pectinis interturbatum. Opus illud divinum*

rent. Cod. Bartholin. Pnt. Tholos. duo Jun. tres Petav. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *pateant* vel *jaceant* Med. pr. *fiant homini* vel *jaceant pulli* Voss. sec. *jaceant* vel *fiant* Oxon. sec. *nec* Petav. pr. *ne* Florent. et viginti alii. *furta pro præda* Vat. sec.—146 *At domus* Ambr. tert.—147 *resupinati neglecto* Voss. Leid. edd. Vicet. Parm. Ald. Parrh. Gesn. Bipont. *limine pro cardine* Florent.—148 *hastæ pro aulæ* Vat. sec.—150 *Concidit pro Conscidit* Exc. Petav. quart. *fructus pro fractas* Ambr. tert. *revellit* Vat. pr. et tert. Florent. Voss. pr. Jun. sec. Vat. Livin. *advellit* Jun. pr. *avellit* Vat. sec. *evellit* Vat. quart. et quint. Bonon. Ambr. tert. *evellit* vel *repellit* Oxon. sec.—151 *non vox non spiritus* Florent. *nec vox aut tres* Vatt. *nec vox nec* Vat. quint. et d. Pal. duo Med. Heins. H. *nunc mox* Petav. sec. *nec spiritus* Bonon. Jun. sec. Ambr. tert. *ori* Vat. quint. Reg. m. sec.—152 *ac imis* Petav. pr. inc. Heins. *ac totis* Ambr. tert. *timor* Pal. Florent. m. pr. Petav. pr. Voss. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart.—153 *gressus titubant* Voss. pr. *trepidant* Voss. sec.—154 *Cum vacuas* Florent.—155 *et amissas pro semirutas* Vat. quint. Voss. pr.—156 *interruptas*

## NOTÆ

146 *Excubiis*] Sine janitoribus, qui catenati pro foribus excubabant.

149 *Non expectatæ respectu cladis*] Non expectans amplius, donec certius videret ac pernosceret cladem suam.

150 *Aristas*] Quas in corona gestat Ceres.

151 *Hæserunt lacrymæ*] Immota et defixa diu hæsit sine lacrymis, sine voce, sine spiritu; nam dolores, ex Seneca, 'leves loquuntur, ingentes

stupent.'

153 *Succidui*] Pedes jamjam in casum proni: id quod accidit in magnis timoribus, calore nativo ad cor recedente, et sic destitutis partibus exterioribus.

154 *Desolata*] Afflicta et destituta iis qui ea habitabant: in atriis autem texturam olim mulieres exercebant.

156 *Interceptas*] Turbatas, non absolutas.

Divinus perit ille labor, spatiumque relictum  
 Audax sacrilego supplebat aranea textu.  
 Nec deflet, plangitque malum: tamen oscula telæ  
 Figit, et abrumpit mutas in fila querelas. 160  
 Attritosque manu radios, projectaque pensa,  
 Cunctaque virgineo sparsa oblectamina ludo,  
 Ceu natam, pressat gremio: castumque cubile

*subruitur, et aranea temeraria consummabat tela impia intervallum vacuum. Et Ceres non lacrymatur, aut queritur ob calamitatem illam: imprimi tamen oscula telæ, et fundit questus tacitos contra fila, atque radios tenuatos usu, et opus dejectum, et omnia laxamenta dispersa ludo puellari, complectitur in sinu velut filiam*

duo Jun. *interceptas* vel *intermissas* Voss. sec. *cognoscit* Vat. sec. Jun. pr. Voss. sec. *agnovit* Florent. Bonon. Ambr. tert. Voss. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart. *cognovit* *protinus* Vat. quint. *protinus* Ambr. tert.—157 *Ultimus ille labor perit* Petav. sec.—159 *Hæc deflet* Voss. pr. Non Bonon. Nec Put. Petav. sec. Exc. Petav. quart. *debet* pro *deflet* Moret. pr. *plangitque* Reg. m. sec. *plangitque* omnes Vatt. Cod. Bartholin. *plangitque manu* Jun. sec. *manum* Voss. pr. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *manum* vel *malum* Leid. *tamen* Vat. quint. Pal. Cod. Bartholin. in Ambr. tert. Voss. sec. *tantum* Vat. tert. et d. Petav. pr. Isingr. in Jun. pr. *tunc* Petav. sec. Exc. Petav. quart.—160 *abrumpit* Jun. sec. *arrumpit* Vat. quint. *arrumpit* Vat. quart. Reg. Petav. sec. Voss. sec. Exc. Petav. quart. *mæstas* Vat. quint. Voss. pr. *mixtas* Florent. *multas* Vat. pr. et sec. Cod. Bartholin. inc. Heins. duo Petav. Moret. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart. *mutas* vel *multas* Voss. sec. Oxon. sec. *in verba pro in fila* Vat. quint.—161 *Attritosque* Vat. pr. *Attractosque* Jun. sec. *Adstrictosque* tres Vatt. et d. Pal. Reg. Tholos. duo Petav. Exc. Petav. quart. *Adstrictosque* duo Med. Moret. pr. Jun. pr. duo Voss. duo Oxon.—162 *Cunctaque* Reg. m. pr.—163 *pressat* Tholos. *præstat* Petav. tert. *pressit* tres Vatt. Cod. Bartholin. Reg. m. sec. Voss. pr. Oxon. sec. *gremio pressat* Vat. quint. *gremio pressit* Jun. sec. *pressat* vel *pressit* Voss. sec. *castumque* Vat. pr. inc.

NOTE

157 *Divinus labor*] Opus Proserpinæ admirabile et dignum Dea.

*Spatium relictum*] Spatium illud quod videbatur, qua parte tela non erat absoluta.

158 *Aranea*] Alludit ad fabulam, qua Arachne dicitur in araneam commutata a Pallade zelotypa. Ceterum araneæ textus indicat longam Cereris absentiam.

159 *Nec deflet*] Nam magnis doloribus verba lacrymæque desunt.

160 *Abrumpit mutas in fila querelas*] Telam osculando, vel tacita satis in-

dicat se conqueri de fati iniquis.

161 *Radios*] Radius in hoc loco instrumentum est, quo textor stamini subtemen immittit, seu fila filis inserit. Virgilius: 'Excussi manibus radii revolutæque pensa.'

*Pensa*] Pensum est id quod puella suo sibi labore proponit exequendum, aut quod ipsi laborandum imponitur.

162 *Cuncta oblectamina*] Id omne quod aptum erat ad puellam recreandam.

163 *Castumque cubile*] Virginis in-nuptæ lectum.



Desertosque toros, et, sicubi sederat olim,  
 Perlegit. Attonitus stabulo ceu pastor inani, 165  
 Cui pecus aut rabies Pœnorum inopina leonum,  
 Aut populatrices infestavere catervæ:  
 Serus at ille redit, vastataque pascua lustrans  
 Non responsuros ciet imploratque juvencos.  
 Atque ibi secreta tectorum in parte jacentem 170  
 Aspicit Electram, natæ quæ sedula nutrix,  
 Oceani priscas inter notissima Nymphas.

suam; et lectum pudicum, thalamumque derelictum, et si quo in loco quondam sessiterit, considerat. Qualis est bubulcus obstupefactus, præseprio vacuo, cui furor improvisus leonum Libycorum, vel turbæ prædatrices devoraverunt armentum: sed ille revertitur sero, et pererrans prata desolata, vocat et inclamat boves non responsuros. Et hic videt Electram cubantem in recessu abdito domus, quæ alitrix diligens filia, erat celebratissima inter Nymphas seniores maris. Amor erat illi similis

Heins. carumque tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. Heins. H. Reg. Petav. tert. Tholos. Jun. sec. duo Oxon. Exc. Petav. quart.—164 *Desertosque thorum* Jun. sec. *sederat omnes* Vatt. Pal. *sederit* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *sederat* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Parrh. et al. *sederit illa* Moret. pr. ante Ambr. tert. *illa* Put. Jun. sec.—165 *Perlegit* vel *Perspicit* Jun. pr. *attonita* Jun. sec. *sic pastor* Moret. pr.—166 *Cui lupus* inc. Heins. *Quem lupus* Vat. pr. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *Cum pecus* Vat. sec. *Cui pecus* Vat. tert. et d. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Bonon. Tholos. Voss. pr. Oxon. pr. duo Jun. tres Petav. Exc. Schott. et Petav. quart. *Cum pecus* vel *Cui pecus* Voss. sec. et *rabies* Vat. pr. *oblita* Moret. pr. *luporum* Oxon. pr.—167 *cavernæ* pro *catervæ* Petav. sec.—168 *Serus at ille* Florent. *Serius ille* Var. LL. e marg. Parm. *Serius illa* inc. Heins. et *ille* Vat. pr. *ad illa* Vat. duo et d. Pal. duo Med. Heins. H. Put. Bonon. Tholos. Jun. pr. Oxon. sec. tres Petav. Exc. Petav. quart. *at ille* vel *ad illa* Vat. sec. Reg. Oxon. pr. et *ille* vel *ad illa* Voss. sec. *pascua* vel *pabula* Vat. quart. Voss. sec. *lustrat* Florent.—169 *Nec responsuros* Tholos. *vocat* pro *ciet* Ambr. tert.—170 *Utque ibi* id. Ambr. tert. *Atque in* Oxon. pr. *Atque ubi* Vat. quint. inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. *hæc* Florent. *tectorum secreta* Ambr. tert. *tectorum parte* Reg.—171 *Conspicit* Vat. tert. et d. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. duo Petav. Tholos. Moret. pr. Jun. sec. duo Oxon. Exc. Petav. quart. *quæ natæ* Vat. quint. Ambr. tert.—172

## NOTE

165 *Stabulo*] Id est, bobus: continens pro contento: metonymicōs.

166 *Pœnorum*] Pœni sunt Carthaginienses, ut supra diximus; sed hic Pœni leones, sunt leones Libyci: pars pro toto: Synecdochicōs.

169 *Implorat*] Clamat gemens boves, nec illi respondebunt gemitibus, quia perierunt, et ideo non audiunt

vocem, ad quam interdum remugiunt. Ut ex historia Caci discimus apud Livium et alios.

171 *Electram*] Hæc fuit Oceani et Tethyos filia: alia fuit Electra Atlantis et Pleiones filia, quæ ex Jove suscepit Dardanum, unde Trojani Dardanidæ dicti sunt.

Par Cereri pietas. Hæc post cunabula dulci  
 Ferre sinu, summoque Jovi deducere parvam  
 Sueverat, et genibus ludentem aptare paternis. 175  
 Hæc comes, hæc custos, hæc proxima mater haberi.  
 Tum laceras effusa comas, et pulvere canos  
 Sordida, sidereæ raptus lugebat alumnæ.  
 Hanc aggressa Ceres, postquam suspiria tandem  
 Laxavit frænosque dolor, Quod cernimus, inquit, 180  
 Excidium ? cui præda feror ? régnatne maritus ?

amori Cereris. Hæc Electra post cunas solebat portare in gremio grato, et ducere tenellam filiulam Jovi supremo, et collocare eam ludibundam in genibus patris. Hæc comes Proserpina, hæc conservatrix, hæc mater altera existimari solebat. Tum habens crines dispersos, et habens capillos albos deturpato terra, fiebat raptum alumnæ cælestis. Ceres, cum mæror permisit habenas et gemitus, allocuta hanc Electram, ait: Quam videmus calamitatem? Cui destinor diripienda?



lymphas pro Nymphas Put.—173 hanc post Jun. sec. hoc post Pal.—174 diducere Exc. Petav. quart. palmam pro parvam Vat. pr.—175 in genibus inc. Heins. Voss. sec. parentis Vat. pr.—176 semper pro mater Vat. tert. habetur Voss. pr. Bonon.—177 Tunc laceras tres Vatt. Florent. duo Med. Heins. H. Put. tres Petav. Jun. pr. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. Nunc Oxon. sec. lacrimas pro laceras Vat. sec. Sidereas pro Tunc laceras inc. Heins. effusa genas Voss. sec. effusa comas laceras Put. genas Florent. cum sedecim aliis, et Exc. Petav. quart. comas Vat. pr. offusa genas lacrimis legebat Heinsius, qui tamen et conjiciebat laceras perfusa genas scilicet pulvere, et ascripserat locum Statii Lib. v. Theb. vs. 95. 'erecta genas aciemque trementi Sanguine.' ubi exesta vel offusa ipsi videbatur legendum. cano Vat. quart. Florent. duo Med. Heins. H. ed. Vicet. canos Put. Voss. sec. chart. Heins. Oxon. sec. duo Jun. tres Petav. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm.—178 Sordida sic demptæ Jun. sec. raptum Vat. quint.—179 affuta Vat. quint. egressa inc. Heins. suspiria tendit Petav. pr.—180 Laxabat Jun. sec. Lassavit Ambr. tert. stetusque pro frænosque Vat. quint. frena Petav. sec. quid criminis Oxon. pr.—181 Excidium Voss. pr. quo præda Voss. pr. vivitne maritus Moret. pr. inc.

NOTÆ

- 173 Par Cereri pietas] Illa Proserpinam æque amabat ac mater Ceres.
- 174 diducere] Illam ab utero matris extraxit.
- 175 in genibus] In sinu patris.
- 176 semper] Semper mater.
- 177 Tunc laceras] Illam laceras.
- 178 Sordida] Illam sordida.
- 179 affuta] Illam affuta.
- 180 Laxavit] Illam laxavit.
- 181 Excidium] Illam excidium.
- 178 Sidereæ alumnæ] Cælestis, quia Jovem habebat patrem.
- 179 Suspiria tandem laxavit frænosque dolor] Postquam dolor remissus permisit habenas suspiriis; quia nimius dolor impedit ac velut ligat suspiria. Et stupor in quintum diem aliquando producit; ut Socrates accidisse sibi testatur apud Platonem.
- 181 Excidium] Quia excubiæ remotæ erant, et postes resupinati.

Post cunabula] Egressam e cunis.  
 176 Comes] Is est qui Principes comitatur perpetuo.  
 177 Effusa comas] In dolore veteres lacerabant crines, et pulvere deturpabant. Augustus ipse apud Suetonium ita consternatus est clade Variana, ut 'per continuos menses, barba capilloque summisso, caput interdum foribus illideret.'

An cœlum Titanes habent? Quæ talia vivo  
 AUSA Tonante manus? rupitne Typhoia cervix  
 Inarimen? fractane jugi compage Vesevi  
 Alcyoneus per stagna pedes Tyrrhena cucurrit? 185  
 An vicina mihi quassatis faucibus Ætna

*An conjux meus dominatur? An gigantes occupaverunt polum? Quæ potestas ausa est facere tale crimen, Jove vivente? Caput Typhæi an fregit Inarimen? An Alcyoneus pedes vagatur per mare Thuscum, ruptis fundamentis Vesuvii? An*

Heins. Var. LL. e marg. Parm.—182 *An Exc. Læti. Jam cœlum chartac.* Heins. ed. Vicet. *Juno pro vivo Exc. Petav. quart. quæ in vs. seq. manu pro manus exhibent. rupitque* Voss. pr. *Tiphæia* ed. Vicet. Ald. *Typhæia* ed. Parm. et Parrhas. et aliæ. *Tyfeia* Voss. *Tiphæa* Jun. *Typhæa* ed. Barth. *Typhæa* Med. *conjux pro cervix* Vat. sec. Pal.—184 *Inarimem* inc. Heins. Exc. Petav. quart. *Inarimes* Moret. pr. *Inacrinam* Oxon. pr. cum glossa seqq. in VIII. *Æn.* IX. vs. 716. 'Inarime Jovis imperiis imposta Typhæo.' *fractane* Put. Voss. pr. Oxon. sec. *fractaque* Vat. pr. et tert. Jun. pr. *Vesei* Reg. Oxon. pr. *Vesivi* inc. Heins. *Vegei*, vel *Vesevi* vel *Miseni* Voss. sec.—185 *Alcyones* Vat. pr. Florent. Voss. pr. *Alcyonus* inc. Heins. *Alchineus* Jun. sec. *Alcionus* Oxon. pr. *Alchiones* Jun. pr. *Alchyoneus*, vel *Alchimenus* vel *Alceonus* Voss. sec. *Tyrrhena pedes per stagna* quatuor Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. tres Petav. Bonon. Tholos. Moret. pr. Jun. pr. duo Oxon. Vat. Livin. *velox pro pedes* inc. Heins. qui inde *ferox* legebat. *recurrit vel cucurrit* Ambr. tert.—186 *Aut vicina* duo Petav. *cassatis* Voss. pr. Exc. Petav. quart. *flatibus pro faucibus* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—

## NOTE

*Regnatne maritus*] Jupiter, quo sospite omnia tuta fore sibi fingebat. Jovis autem uxores Juno, Themis, et Ceres, ut supra ostendimus.

182 *Titanes*] Hi erant Titani filii, qui in Saturnum ejusque filium arma gerentes, a Jove victi sunt. Supra de his.

183 *Tonante*] Non tantum vivo Jove, sed Jove fulminante.

*Manus*] Quæ copia, quis exercitus, quod robur in manu positum?

*Typhoia cervix*] Cervix Typhæi gigantis, quem ex Titano Terra Jovi irata procreavit, contraque Jovem immisit, sed fulmine percussus et oppressus est Inarime insula Campaniæ in Italia: alii suppositum Ætnæ dicunt.

184 *Jugi Vesevi*] Montis Vesuvii, qui in Campania Italica flammam evomit; cujus rei causas indagaturus Pli-

nus cum propius accessisset, flammæ turbine absumtus est.

*Compage*] Compages est junctura rerum omnium; hic accipitur pro fundamentis quibus adhæret terra.

185 *Alcyoneus*] Gigas, Terræ itidem filius, et Deorum hostis, qui cum aliis Minervæ consilio altiora petens, et a terræ se invictum reddentis contactu remotus, domitus est, et sagittis Herculis confossus, et Vesuvio monte oppressus: filias habuit septem, quæ doloris impatientia, se in mare præcipites egerunt, sed Amphitrites commiseratione, in aves Alcyones mutatae sunt, quarum nidis mare hybernum per septem, aut undecim, aut novem dies sternitur. Alii aliter hæc narrant.

*Tyrrhena*] Thuscia aliter dicta est Tyrrhenia.

Protulit Enceladum? nostros an forte penates  
 Appetiit centum Briareia turba lacertis?  
 Heu, ubi nunc, ubi, nata, mihi? quo mille ministræ,  
 Quo Cyane? volucres quæ vis Sirenas abegit? 190  
 Hæccine vestra fides? sic fas aliena tueri  
 Pignora? Contremuit nutrix, mœrorque pudori

*Ætna finitima mihi emisit Enceladum, fornacibus eversis? An forsitan caterua Briarei invasit palatium nostrum brachiis centenis? Heu! Ubi nunc, ubi filia mea erepta mihi? Quo famulæ innumeræ fugerunt? Quo Cyane? Quæ violentia fugavit Sirenes alatas? An talis est fides vestra? An ita decet custodire liberos alienos? Altrix Electra tremuit ad hæc verba, et tristitia locum fecit terecundiæ,*

187 *Pertulit* Jun. pr. Petav. sec. *Perculit* Vat. tert. et quint. Tholos. *placidos pro nostros* Ambr. tert. *vestros* Bonon. *an forte* Vat. pr. *a fronte* Petav. sec.—188 *Appetiit* vel *Arripuit* Vat. sec. Voss. sec. *cælum pro centum* Exc. Petav. quart. *lacerti* Voss. pr. ex conjectura, ascripto, ‘multo festivius sic lego.’—189 *Heu* Exc. Læti. *Heus* Vat. pr. sec. et d. Pal. Florent. duo Med. duo Heins. Pnt. Reg. tres Petav. Tholos. Moret. pr. chart. Heins. duo Jun. duo Oxon. Exc. Petav. quart. Heinsius ascripserat Ovid. Epist. Phædræ: ‘Heu ubi nunc fastus altaque verba? jacent.’ Ut ipsi eo in loco distinguendum videtur. *ubi nata* Florent. *nata vel capta* Vat. sec. *nata vel raptu* Voss. sec. *nunc nata mihi es* Reg. Oxon. pr. Exc. Petav. quart. *mihi est omnes* Vatt. Pal. Cod. Bartholin.—190 *quamvis volucres* Moret. pr. *Sirenes* tres Vatt. Cod. Bartholin. Florent. inc. Heins. Ambr. tert. duo Jun. duo Petav.—191 *Hæccine* Vat. pr. *nostra* Vat. tert. Florent. inc. Heins.—192 *Contumuit* Put. *memor usque pro mœrorque* Vat. tert. *labor ille* Bonon. *pudorque* Vat. pr. et quint. *furori* inc. Heins. *timori* vet. Gyr. Petav. tert. *pudori* Florent. duo Med. Put. Reg. tres Petav. Oxon. sec. Ambr. tert. duo Jun. duo Voss. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *pudori vel timori* Reg. Oxon. pr.

NOTÆ

187 *Enceladum*] Hic gigas gemit oppressus Ætna.

188 *Briareia*] Briareus, seu Ægæon, gigas, Cæli Terræque filius, dictus centumgeminus, nam centum brachia habere dicebatur.

189 *Mille*] Id est, innumeræ. Virgil. ‘Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.’ Mille et centum sunt numerus certus pro incerto.

190 *Cyane*] Nympha fontis Cyanes, de qua supra.

*Volucres Sirenas*] In India aiunt Sirenas esse volucres, easque homines cantu delinitos, et somno sopitos lacerare: alii puellas fuisse fabulantur, Acheloi filias, avium pedibus plumisque insignes, quæ a Musis ad certa-

men provocatæ victæque pennis extatæ sunt. Porro alas aut a partu sortitæ sunt, aut rapta jam Proserpina, eam ut alis adjunctæ per mare perquirerent, quam toto orbe non invenerant: alii denique dicunt Sirenas castissimas fuisse, et ideo offensam Veneris incurrisse, quam cum fugerent alis sublata, ad Anthemusam Tyrreni maris insulam confugisse.

191 *Hæccine vestra fides*] Hæccine fidem et sedulitatem custodiendis alumnis adhibetis?

192 *Pignora*] Liberos, qui vobis ut deposita committuntur ad educationem.

*Mæror pudori cessit*] Mærore abeunte, nutrix cœpit erubescere et op-

Cessit, et aspectus miseræ non ferre parentis  
 Emtum morte velit : longumque immota moratur  
 Auctorem dubium, certumque expromere funus. 195  
 Vix tamen hæc : Acies utinam vesana Gigantum  
 Hanc dederit cladem ! levius communia tangunt.  
 Sed Divæ, multoque minus quod rere, sorores  
 In nostras nimium conjuravere ruinas.  
 Insidias Superum, cognatæ vulnera cernis 200  
 Invidiæ : Phlegra nobis infensior æther.  
 Florebat tranquilla domus : nec limina virgo

*atque optaret id emisse funere suo, ut non toleraret faciem Cereris matris afflictæ ; ac immobilis cunctatur diu indicare auctorem incertum cladis, et mortem certam. Tamen Electra nutrix vix dixit hæc verba : Utinam exercitus furens gigantum attulisset hanc calamitatem ! mala communia minus movent. At Deæ, et quod multo minus credes, sorores ejus conspiraverunt nimis in exitium nostrum. Vides dolos Dearum, plagas zelotypiæ sororum : Cælum nobis est infestius Phlegra. Domus pacata felix*

—193 *Cedit* duo Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Put. Reg. tres Petav. Tholos. Moret. pr. duo Jun. et Oxon. Exc. Petav. quart. *Credit* Ambr. tert. *aspectum* Ambr. tert.—195 *Actorem* Pal. duo Med. Petav. pr. Exc. Petav. quart. *Raptorem* Vat. quart. Tholos. Petav. tert. *exponere* Vat. pr. *expromere* vel *exponere* Ambr. tert.—196 *tandem* Exc. Petav. quart.—197 *cladem dederit* Petav. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *dederint* Jun. sec. Exc. Petav. quart. *tangunt* Pal. *tangunt* vel *lædunt* Reg. duo Oxon.—198 *minus* vel *magis* Vat. quint. *quæ rere* Petav. sec. *quam rere* Jun. sec.—199 *In vestras* Ambr. tert. *conspiraverunt* Jun. sec.—200 *fratrum* pro *Superum* Florent. m. pr. *cognatæ* Vat. tert. et d. Florent. Put. Jun. pr. *cognata* Petav. sec. *cognataque* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *cognataque* vel *collataque* Vat. sec. Voss. sec.—201 *Invidiæ*. cum *τελεία στυγμῆ*, Put. *nobis Phlegraque* Vat. pr. *impensior* Jun. pr. *infestior* Ambr. tert. *incensior* Vat. tert. et d. Pal. Med. pr. Put. Bonon. *offensior* Vat. quint. *infensior* Florent. inc. Heins. Petav. pr. Tholos. Voss. pr. Jun. sec. chart. Heins. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *incensior* vel *infestior* Voss. sec. *incensior* vel *infensior* vel *infestior* Reg.—202 *limina* Reg. Tholos. Petav. tert. duo Voss. Exc. Petav.

## NOTÆ

tare mortem, ut ne Cererem videret fratam et afflictam.

194 *Immota*] Stupore simul et pudore defixa.

195 *Auctorem dubium*] Quia non noverat eum qui Proserpinam raperat, aut eum quo volente id factum erat.

*Certum funus*] Quia Proserpina poterat videri mortua.

197 *Levius communia tangunt*] Si gigantes nobis hoc malum intulissent, pateremur quidpiam cum Diis, ac

proinde nos minus moveret. ' Nihil enim ' est præcipue dolendum in eo, quod accidit universis.' Cicero.

198 *Divæ*] Venus, Pallas, Diana, filiæ Jovis, ac proinde sorores Proserpinæ.

200 *Cognatæ invidiæ*] Quæ profecta est a cognatis, scilicet sororibus.

201 *Phlegra*] Locus est in Thessalia, vel in Campania Italica, ubi gigantes cum Diis confixerunt.

*Phlegra nobis infensior æther*] Hoc est, Dii ætheris seu cæli nobis sunt



Linquere, nec virides audebat visere saltus,  
 Præceptis obstructa tuis. Telæ labor illi,  
 Sirenes requies; sermonum gratia mecum, 205  
 Mecum somnus erat, cautique per atria ludi.  
 Cum subito (quonam, dubium, monstrante latebras  
 Rescierit) Cytherea venit, suspectaque nobis  
 Ne foret, hinc Phœben comites, hinc Pallada junxit.

*erat, et filia tua Proserpina adhærens imperiis tuis, non audebat exire domo, nec invisere sylvam viridantem: illi opus erant telæ: Sirenes erant laxamentum animi; mecum voluptas colloqui, mecum dormiebat, et ludebat tuta per aulam. Cum statim (incertum est quo indicante cognoverit recessus nostros) Venus adest, et ne esset suspecta nobis, duxit secum socias, hinc Dianam, inde Minervam. Mox cœpit simu-*

quart. Var. LL. e marg. Parm. *lumina* Put. Petav. sec. ed. Gryph.—203 *nunc virides* Petav. sec. *linquere saltus* Vat. tert.—204 *astrecta* Voss. sec. *adstricta* Vat. pr. et sec. Vat. Livin. *obstructa* Voss. pr. Oxon. pr. Tholos. Petav. sec. Exc. Petav. quart. *instructa* Ambr. tert. Heinsius huic voci asteriscum apposuerat. *meis* Jun. pr. *meis* Petav. sec. *telo pro telæ* Vat. pr.—205 *Sirene* Exc. Petav. quart.—206 *cunctique* Florent. *tantique* Vat. sec. duo Med. Heins. H. *cautique* Jun. pr. *cautique* tres Vatt. et d. Pal. Put. Reg. tres Petav. Bonon. Tholos. Vat. Livin. duo Voss. duo Oxon. Exc. Petav. quart. et Ald. *castique* Cod. Bartholin. *gratique* Jun. sec. *casti simul* ed. Vicet. *ludique per atria cuncti* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—207 *quonam* Ambr. tert. *quonam dubium* quatuor Vatt. et d. Pal. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *est dubium* Vat. quint. Petav. tert. *dubium est* Bonon. Jun. pr. *dubium est quonam* Voss. pr. *latebras* Florent. cum sedecim alijs, Exc. Schott. et Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm.—208 *Præscierit* Cod. Bartholin. Tholos. *Perscierit* Voss. pr. *Nescierit* Petav. tert. *Rescierit* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Jun. pr. Oxon. pr. Voss. sec. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Rescierit* vel *Ascierit* Oxon. sec.—209 *Non fuit pro Ne foret* Voss. pr. *Phæbem* Florent. tres Petav. Exc. Petav. quart. *socias*

NOTÆ

inimiciores, et magis timendi, quam gigantes Phlegræ.

205 *Sirenes*] Cantu suo animum Proserpinæ recreabant. Præter ea quæ de Sirenibus diximus, hoc addi posse videtur: Siren dicitur ἀπὸ τοῦ σείρειν, vincire, ligare, quod suo cantu veluti catena suavissima vincirent audientium animos. Ovidius: 'Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora, Quaslibet admissas detinnere rates.' Hæ parte corporis superiore virgines, inferiore pisces referebant.

Delph. et Var. Clas.

Alexander ab Alexandro tradit Theodorum Gazam et Georgium Trapezuntium ejusmodi monstra vidisse. M. Ant. Muretus dicit, Sirenas fuisse voluptates, Eusebius meretrices, quæ cantu et blanditijs navigantes deciperent.

208 *Cytherea*] Venus, quæ sic dicta ab insula Cytheris, ubi educata esse dicitur.

209 *Phæben*] Hæc est Diana, soror Phæbi.

Claud.

3 S

Protinus effuso lætam se fingere risu, 210  
 Nec semel amplecti, nomenque iterare sororis,  
 Et dura de matre queri, quæ tale recessu  
 Maluerit damnare decus, vetitoque Dearum  
 Colloquio, patriis procul amandaverit astris.  
 Nostra rudis, gaudere malis, et nectare largo 215  
 Instaurare dapes. Nunc arma habitumque Dianæ  
 Induitur, digitisque attentat mollibus arcum.

*lare se hilarem, ore sereno, et osculari Proserpinam, non semel, et repetere nomen sororis, et conquiri de matre difficili, quæ maluerit occultare talem pulchritudinem in latebris, et prohibito alloquio cælestium, ablegaverit longe a cælo paterno. Nostra Proserpina simplex cepit lætari infortunio suo, atque apparare epulas cum multo nectare. Illa sumit modo sagittas, et vestem Dianæ, et contendit arcum*

Vat. pr. Vat. Livin. *sumpsit* Exc. Petav. quart. *duxit* Vat. quart. Pal. duo Med. Heins. H. Voss. pr.—210 *se lætam* Bonon. *visu pro risu* Exc. Petav. quart.—211 *Non semel* Voss. pr.—213 *Maluerat* Exc. Petav. quart. *vetitamque* omnes Vatt. Pal. *vetitoque* Exc. Petav. quart. Isingr. *vetitamque* vel *raptamque* Reg. *vetitamque* vel *natamque* Oxon. sec. *deorum* Vat. sec. et d. *dearum* vel *deorum* Voss. sec.—214 *Eloquio* Voss. pr. *patriis* Petav. sec. *patriis procul amandaverit* Vat. tert. et quint. *patriis procul absentaverit* Vat. pr. et quart. ed. Vicet. *patriisque procul mandaverat* Tholos. Jun. sec. *patriisque procul mandaverit* Gesn. et ed. Bipont. *patriisque procul mandaverit oris* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *patriisque* Vat. quint. m. sec. Florent. inc. Heins. duo Petav. *mandaverit* Heins. H. duo Petav. *amandaverit* Vat. Livin. Jun. pr. Oxon. sec. *mandaverat* Voss. pr. *absentaverat* Ambr. tert. chartac. Heins. *abmandaverat* Med. pr. *amandaverat* Pal. Florent. Med. quart. Reg. duo Petav. Oxon. pr. Exc. Petav. quart. *et mandaverit* vel *mandaverat* Voss. sec. *patriis procul hanc mandaverat* vel *abmandaverit* Vat. d. *astris* vel *oris* Voss. sec.—215 *Nostra* vel *Illa* Reg. duo Oxon. *longo* duo Vatt. Pal. duo Med. Reg. Petav. tert. Tholos. Oxon. pr.—217 *digitis* Vat. pr. Jun. sec. ed. Vicet. et Parm. *obtentat* duo Petav. Tholos. Ambr. tert. *aptabat* Pal. Med. quart. Heins. H. *aptarat* Med. pr. *aptavit* Vat. sec. Jun. sec. *attentat*, vel *aptavit* vel *attendit* Voss. sec. *aptatur* conjiciebat Heins. *molliter* Exc. Petav. quart.—

## NOTE

213 *Damnare*] Hanc, ut ita dicam, ita condemnare pulchritudinem, ut perpetuo occultetur in latebris Siculis.

*Decus*] Pulchritudinis.

214 *Amandaverit*] Alii *mandaverit*, ut apud Ciceronem pro Sylla, 'Dimittere abs se et mandare in ultimas terras,' id est, amandare, ablegare. Nonnulli legunt, *procul absentaverit astris*, id est, ablegarit: minus placet.

*Patriis procul astris*] Procul a cælo, ubi est Jupiter, pater Proserpinæ.

215 *Rudis*] More puellarum, quæ sibi fucum fieri non sentiunt.

*Gaudere malis*] Gaudere verbis Veneris, quæ erant mala et perniciosa.

*Nectare*] Divina potione: nectar autem dictum volunt, ἀπὸ τοῦ ἡ κρείων, non occidere; est enim potus immortalium, qui occidi non possunt.

217 *Attentat*] Tentat flectere.

Nunc crinita jubis galeam, laudante Minerva,  
 Implet, et ingentem clypeum gestare laborat.  
 Prima Venus campos Hennæaque rura maligno 220  
 Ingerit afflatu. Vicinos callida flores  
 Ingeminat, meritumque loci, velut inscia, quærit.  
 Nec credit, quod bruma rosas innoxia servet,  
 Quod gelidi rubeant alieno germine menses,  
 Verna nec iratum timeant virgulta Booten. 225  
 Dum loca miratur, studio dum flagrat eundi,  
 Persuadet. Teneris, heu, lubrica moribus ætas!  
 Quos ego nequicquam planctus, quas irrita fudi

*digitis teneris: modo replet cassidem hirsutam cristis, Pallade probante, ut tentat ferre scutum magnum. Venus prior proponit malo consilio agros, et valles Hennæas: illa astuta repetit flores finitimos, et quasi ignara rogat eas super amœnitate loci, et simulat se non credere, quod hyems innocua foveat rosas, quod menses frigidi rubescant floribus temporis alterius, nec arbusta verna formident Arcturum vehementem. Dum admiratur loca, dum ardet desiderio exeundi, suadet ceteris. Heu! adolescentia facile labens ob indolem mollem! quos non ego sparsi fletus frus-*

218 *Nec Pal. crinata* Vat. d. Put. Voss. sec.—220 *Ætnæaque* pro *Hennæaque* quatuor Vatt. et d. *regna* Florent.—221 *afflatu* tres Vatt. Gesn. et ed. Bipont. *afflatu* duo Vatt. Pal. duo Med. duo Heins. Put. Reg. tres Petav. Bonon. Tholos. Moret. pr. Ambr. tert. duo Jun. duo Oxon.—223 *Non credit* Vat. quint. Voss. pr. *servat* pro *servet* Vat. pr. Oxon. pr. Petav. tert. *quærit* Petav. tert.—224 *gelidæ messes* Jun. sec. *germine menses* duo Med. Heins. H. Bonon. Tholos. Moret. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. duo Voss. duo Oxon. Exc. Læti. *gramine menses* Vat. tert. Petav. sec. Exc. Petav. quart.—225 *timeant* vel *teneant* Ambr. tert. *Boötem* Vat. quart. inc. Heins. *Boötem* tres Vatt. Pal. Moret. pr. Ald.—226 *mirantur* Petav. sec. Ambr. tert. Tholos. *fragrat* pro *flagrat* Petav. pr.—227 *Persuasit* Vat. sec.—228 *fletus* Var. LL. e marg. Parm. *planctus* vel *fletus* inc. Heins. *planctus* vel *gemitus* Oxon. sec.—229 *abit*

NOTÆ

218 *Crinita jubis*] Seta equina hirsutas galeas gestabant.

219 *Implet*] Inde caput Proserpinæ æquale erat capiti Palladis.

220 *Venus*] Ut hæc Jovi obtemperaret, et Proserpinam in campum eliceret, invitat comites ad deambulandum: proponit campos Hennæ floribus insignes; idque sæpius ingeminat, repetit, meritum gratiamque et amœnitatem loci commendans.

224 *Alicno germine*] Floribus, qui

sunt alterius tempestatis.

225 *Booten*] Sive Arcturum, sidus frigidum et vehemens, de quo nos supra.

227 *Persuadet*] Venus nihil non persuadet: hinc Pitho, seu Suadela, Veneris filia vocatur a Sappho; quod homines, ut amore, sic etiam ex Pindaro, ducuntur *μᾶστιγι κειθούς*, *flagello persuasionis*.

228 *Irrita*] Varia et ridicula repulsa sum.



Ore preces? Ruit illa tamen confisa sororum  
 Præsidio: famulæ longo post ordine Nymphæ. 230  
 Itur in æterno vestitos gramine campos,  
 Et prima sub luce legunt, cum rore serenus  
 Albet ager, sparsosque bibunt violaria succos.  
 Sed postquam medio sol institit altior axi,  
 Ecce polum nox fœda rapit, tremefactaque nutat 235  
 Insula cornipedum pulsu, strepituque rotarum.  
 Nosse nec aurigam licuit; seu mortifer æstus,  
 Seu Mors ipsa fuit. Luror permanat in herbas:

*tra? quas non effudi preces vanas? Tamen illa Proserpina freta auxilio sororum evolat. Nymphæ ancillæ post sequuntur longa serie: agri petuntur ornati herbis perpetuis, et die sublucente colligunt flores, cum campus placidus albicat pruinis, et prata hauriunt rores effusos. At postquam Sol apparuit excelsior in medio cursu, enox atra aufert Cælum; et insula Sicilia commota quatitur sonitu equorum, et impulsu currus. Nec potui cognoscere aurigam: sive spiritus letalis fuit, sive mors*

pro ruit Exc. Petav. quart.—230 Præsidio vel Consilio Ambr. tert.—231 In-  
 trat pro Itur Exc. Petav. quart. campos Vat. pr. Cod. Bartholin. duo Petav.  
 montes Med. quart. Heins. H. Ambr. tert. colles tres Vatt. et d. Pal. inc.  
 Heins. Florent. Put. Reg. Petav. sec. Tholos. Moret. pr. Oxon. pr. duo Voss.  
 Exc. Petav. quart. colles vel montes Med. pr.—232 cum luce Ambr. tert. sole  
 pro rore Tholos. m. pr. serenus vel sereno Vat. sec. Voss. sec.—233 Albet vet.  
 Gyr. Alget omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. duo Voss.—234 astitit altior axi  
 Bonon. altior exstitit axe vet. Gyr. altius exstitit axe Vat. pr. Cod. Bartholin.  
 Vat. Livin. acrior Exc. Petav. quart. altior institit Vat. sec. et d. Pal. astitit  
 orbe Voss. pr. exstitit orbi Exc. Petav. quart. exstitit axe Vat. quint. Reg.  
 Tholos. Jun. sec. Ambr. tert. axe Vat. quart. exstitit axi Oxon. pr. institit axi  
 Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. tres Petav. Jun. pr. Oxon.  
 sec. Var. LL. e marg. Parm. institit vel exstitit axi Voss. sec.—235 nox atra  
 Vat. pr. Cod. Bartholin. Tholos. Vat. Livin. fœda Florent. cum viginti duo-  
 bus aliis, Ald. et Var. LL. e marg. Parm. rapit vel tegit Ambr. tert.—  
 236 pulsu strepituque Bonon. strepitu pulsuque Vat. sec. Put. Reg. tres Petav.  
 Exc. Petav. quart. Gesn. et ed. Bipont. cursu strepituque Vat. pr. inc. Heins.  
 Var. LL. e marg. Parm. plausuque Vat. tert. cursuque Cod. Bartholin. ed.  
 Vicet. pulsuque duo Jun. duo Oxon. Ald.—237 augurium pro aurigam Pal.  
 Med. pr. Ambr. tert. licuit mihi, mortifer ille Jun. sec. sed mortifer Florent.  
 ille pro æstus omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Oxon. pr. chartac. Heins. duo  
 Jun. duo Voss.—238 mors illa Petav. sec. livor omnes Vatt. Pal. Cod. Bar-  
 tholin. vet. Gyr. duo Jun. totidem Voss. et Oxon. Exc. Schott. luror perman-  
 sit in herbis edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. et al. permanat in herbas Put. Reg.

## NOTÆ

232 Rore albet] Id est, pruinis, seu albo gelu.

235 Polum rapit] Eripit ex oculis cælum et diem. Virgilius: 'Eripiunt subito nubes cælumque diemque Teu-  
 crorum ex oculis,' &c.

238 Luror permanat] Color luridus atque niger penetrat herbas, et ideo mortem esse credebat Electra, quia quacumque incederet, omnia moriebantur.

Deficiunt rivi : squalent rubigine prata :  
 Et nihil afflatum vivit. Pallere ligustra, 240  
 Exspirare rosas, decrescere lilia vidi.  
 Ut rauco reduces tractu detorsit habenas,  
 Nox sua prosequitur currum ; lux redditur orbi.  
 Persephone nusquam. Voto rediere peracto,  
 Nec mansere Deæ. Mediis invenimus arvis 245  
 Exanimem Cyanen. Cervix redimita jacebat,  
 Et caligantes marcebant fronte coronæ.

*ipsa ; nigror serpit ad gramina, fluvii siccescunt, pascua fædantur ferrugine, et nihil vivit tactum anhelitu : asperi ligustra pallescere, rosas marcescere, lilia diminui. Cum auriga deflexit fræna redeuntia concussu sonanti, sua caligo comitatur currum ; dies restituitur mundo : Proserpina nullibi apparet : Divæ Venus, Pallas, et Diana reversæ sunt, desiderio impleto, neque remanserunt. Reperimus in mediis campis Cyanen fere mortuam. Collum ornatum languabat, et coronæ obscuratæ sordebant*

//////////

duo Jun. duo Voss. tres Petav. Exc. Læti et Petav. quart. Ald. *permanat in herbis* Voss. pr. *permansit in herbas* Vat. tert. et d. *permansit in herbis* vet. Gyr. Bonon. Var. LL. e marg. Parm. *permanat in herbas* vel *permansit in herbis* Voss. sec.—240 *Et nil* tres Vatt. et d. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Moret. pr. Voss. pr. tres Petav. Exc. Petav. quart. *Et nil afflatum* Voss. sec. *affectum* Petav. tert. *afflatu* Bonon. *viruit* pro *vivit* Vat. quint.—241 *decrescere* Var. LL. e marg. Parm. *livescere* pro *decrescere* Reg. m. sec.—242 *Et* Petav. sec. *Ut tanto* Voss. pr. *reduces rauco* Vat. pr. Cod. Bartholin. chartac. Heins. edd. Ald. Vicet. Parrh. et al. *detorquet* Vat. sec. *detraxit* ed. Vicet. et Parm. *demisit* Petav. tert.—243 *persequitur* Reg. Oxon. pr. *currus* duo Vatt. Voss. sec. *cursu* Jun. sec.—244 *Persephone est nusquam* Jun. sec. *nusquam est* Vat. pr. Cod. Bartholin. *nulla est* ed. Vicet. *Persephone nusquam sine est* Florent. duobus Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Jun. pr. Vat. Livin. duo Oxon. duo Voss. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *numquam* Petav. sec.—245 *invenimus undis* Voss. pr. *armis* Ambr. tert.—246 *Cyanem* Vat. pr. Florent. duo Med. tres Petav. *convix* pro *cervix* Med. quart.—247 *fronde* pro *fronte* Vat. quint. Reg. *forte* Petav. sec.—248 *subito*

NOTÆ

- 240 *Afflatum*] Tactum maligno anhelitu equorum Plutonis.  
 243 *Nox sua*] Nox, quam currus invexerat, abit cum curru.  
 244 *Persephone*] Quæ eadem est ac Proserpina. *Persephone nusquam*: alii legunt, *Persephone nulla est*, more Comicorum: Terentius, *nullus sum*, id est perii.  
 246 *Cyanen*] Nympham, quæ fonti Cyanæ præsidet, prope Syracusas.  
 247 *Caligantes*] Atra nebula afflata.  
 241 *Exspirare*] Marcescere, et odorem fragrantem amittere.  
 242 *Reuces detorsit habenas*] Convertit equos redituros, qua ipse venerat.  
 243 *Nox sua*] Nox, quam currus invexerat, abit cum curru.  
 244 *Persephone*] Quæ eadem est ac Proserpina. *Persephone nusquam*: alii legunt, *Persephone nulla est*, more Comicorum: Terentius, *nullus sum*, id est perii.  
 246 *Cyanen*] Nympham, quæ fonti Cyanæ præsidet, prope Syracusas.  
 247 *Caligantes*] Atra nebula afflata.

Aggredimur subitæ, et casus scitatur heriles,  
 (Nam propior cladi steterat) quis vultus equorum?  
 Quis regat? Illa nihil: tacito sed læsa veneno 250  
 Solvitur in laticem. Surrepit crinibus humor.  
 Liquitur, in roremque pedes et brachia manant,  
 Nostraque mox lambit vestigia perspicuus fons.  
 Discedunt aliæ. Rapidis Acheloides alis  
 Sublatæ Siculi latus obsedere Pelori; 255

in capite. Statim compellamus eam, et petimus calamitatem dominæ Proserpinæ, etenim Cyane proxima fuerat huic calamitati. Petimus quæ figura equorum? quis duceret? Illa nihil respondet. At corrupta tabe intestina dissolvitur in aquas, guttæ fluunt ex capillis; liquefit, et pedes et manus stillant in liquorem, atque statim rivus limpidus abluit pedes nostros. Reliquæ Nymphæ abeunt: Sirenes elatæ pennis velocibus occupaverunt oram Pelori Siculi, et indignantes

Vat. pr. Cod. Bartholin. propius inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. taciti Vat. tert. et d. Oxon. sec. tacitæ tres Vatt. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Reg. duo Petav. Tholos. Voss. pr. Oxon. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart. tacitæ vel subitæ Voss. sec. casusque citatur Jun. pr. casusque scitatur Voss. pr. casusque citamus tres Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Petav. tert. duo Oxon. casus citamus Jun. sec. casus Florent. Petav. sec. Bonon. ed. Parm. et Vicet. casum herilem Petav. sec. scitatur Petav. pr. citamus Petav. sec. Bonon. sociamus Vat. pr. citatur Moret. pr. casusque citamus vel scitatur Voss. sec. heriles vel ab illa Voss. sec.—249 Namque prior pro Nam propior Voss. sec. qui vultus Vat. tert. et d. Pal. Petav. sec. Oxon. pr.—250 Quis regat Moret. pr. Ald. Qui Vat. tert. et d. Pal. Oxon. pr. duo Petav. Quis vel Quos Voss. sec. Ista nihil tacite Voss. pr. læsa duo Jun. duo Oxon. Ald. ed. Parm. lassa Vat. pr. Put. lapsa Cod. Bartholin. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. dolore pro veneno Bonon.—251 Solvimur Ambr. tert. latices Oxon. sec. subrepat Vat. tert. et d. Florent. duo Petav. Bonon. Tholos. Exc. Læti et Petav. quart. Ald. surrepat vel subrepat duo Jun. subrepat Vat. quart. Pal. Cod. Bartholin. edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. et al. subrexit Put. surrexit tres Vatt. surrexit vel subrepat Voss. sec.—252 Linqitur Vat. tert. Jun. sec. Petav. tert.—253 ambit pro lambit Jun. sec. prospicius Florent. perpetuus Jun. pr. Perspicuus mox fons vestigia lambit Exc. Petav. quart.—254 Acheloes in alis Reg. m. pr. Oxon. pr. undis pro alis Vat. pr.—255 Sublatus Moret. pr.

## NOTE

248 Casus heriles] Casus heræ, seu dominæ Proserpinæ, quærimus.

250 Tacito veneno] Tabe vel aqua intestina, quam intra medullas hauserat. Sicque venenum hoc in loco noxium non est, nisi id omne noxium dicas, quod figuram humanam corrumpt.

254 Acheloides] Sirenes filiæ Ache-

loi, qui fluvius est Acarnaniæ in Græcia.

255 Pelori] Promontorii Siciliæ, ad cuius oras sunt Sirenes: alii alibi ponunt. Strabo enim has constituit ad oras Campaniæ, in insulis desertis et saxosis, quas καλοῦσιν Σειρηνοῦσας, vocant Sirenas.

Accensæque malo jam non impune canoras  
 In pestem vertere lyras. Vox blanda carinas  
 Alligat. Audito frænantur carmine remi.  
 Sola domi luctu senium tractura relinquitur.

Hæret adhuc suspensa Ceres, et singula demens 260  
 Ceu nondum transacta, timet: mox lumina torquens  
 Ultro in cœlicolas furiato pectore ferri.  
 Arduus Hyrcana quatitur sic matre Niphates,

haec injuriam, nunc non innocuæ converterunt in perniciem blandas citharas. Vox delicata remoratur naves: remi torpent auditis cantibus, ego sola passura senectutem in fletu, deseror domi. Ceres dubia hæsit adhuc, atque amens metuit omnia, quasi nondum præterita: statim vertens oculos, sponte cæpit rapi corde irato in Deos. Niphates altus ita tremuit a matre Hyrcana, cujus catulos abstulit eques ti-

~~~~~

et Siculi Cod. Bartholin.—256 Deerat hic versus Moret. pr. *invasere* pro *Accensæque* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *insedere* legebat Heins. nunc *impune* Vat. pr. *canoram...lyram* Jun. sec.—258 *Obligat* Exc. Petav. quart.—259 *domo* Florent. m. pr. *luctus* Exc. Læti. *luctus* Vat. tert. et d. Moret. pr. Voss. pr. Petav. sec. *senium luctus* Florent.—260 *Hæret* Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm. *Mæret* chartac. Heins. *Hæret* vel *Mæret* Put. *suspecta* Bonon. *cernens* pro *demens* Vat. tert.—261 *transacta* pro *transacta* Vat. pr. *torquet* Bonon.—262 *Ultro ad cœlicolas* Vat. quint. Bonon. Cod. Bartholin. *Vultu ad cœlicolas* tres Vatt. Pnt. Reg. Voss. sec. tres Petav. Exc. Petav. quart. *Vultu ad* Vat. d. *Multum ad* Var. LL. e marg. Parm. *Vultum* Voss. pr. *Vultum* vel *Multum* inc. Heins. *furibundo* Voss. pr. *furiato* vel *furiati* Voss. sec. *futur* Reg. m. sec. Var. LL. e marg. Parm. *fertur* quatuor Vatt. et d. Cod. Bartholin. ed. Bipont. *fertur* vel *ferri* inc. Heins.—263 *Arduus arcana* Jun. Oxon. pr. *queritur cum* pro *quatitur sic* Exc. Petav. quart. *Typhates* vel *Nyphates* Oxon.

NOTE

257 *In pestem vertere*] Nam allectos cantu devorant. Sirenes autem scorta fuerunt, quæ allectos juvenes usque eo detinebant, donec eorum substantiam degluberent, ut diximus. Tres numeratæ sunt, de quarum nominibus dissentiunt Poëtæ: una voce, altera tibiis, tertia vel lyra vel citharra canere solebat.

258 *Frænantur remi*] Torpent manus eorum qui remos agitant. Quod ne paterentur Argonautæ, 'Unum in Orpheo perfngium habuisse' dicuntur: 'qui cum assedisset in puppi, simulque fides blandis impellere digitis, simul vocem illam, qua rupes nemoraque traxerat, explicare cæpisset,

tanta simul aures animosque audientium voluptate complevit, ut jam Sirenum vocibus nemo navigantium moveretur.' Hæc M. Ant. Muretus, quavis Sirene dulcior.

259 *Senium tractura*] Id est, senectutem gravem toleratura, et tractura velut onus grave.

260 *Suspensa*] Stupore defixa, attonita.

263 *Hyrcana matre*] Id est, tigri fœta, quæ catulos peperit. *Hyrcana* autem, quia Hyrcania tigribus notissima.

*Niphates*] Armeniæ mons, nivibus, scopulis, et tigribus infamatus.

Cujus, Achæmenio regi ludibria, natos  
 Avexit tremebundus eques. Fremet illa marito 265  
 Mobilior Zephyro, totamque virentibus iram  
 Dispergit maculis, jamjamque haustura profundo  
 Ore virum, vitreæ tardatur imagine formæ.  
 Haud aliter toto genitrix bacchatur Olympo ;

*midus, editos ad ludibrium Regis Persarum. Illa tigris sævit velocior Favonio conjuge, et diffundit omnem iracundiam notis viridantibus, atque identidem sorptura equitem ore hiantē, retinetur specie figuræ crystallinæ. Sic mater Ceres furit in*

sec.—264 *Achæmenio* Put. Reg. tres Petav. Exc. Petav. quart.—265 *Avexit* Vatic. tert. *Acertit* Cod. Bartholin. *Adduxit* Vat. quint. Jun. sec. *Avexit* Florent. et viginti alii, item Exc. Petav. quart. *fremebundus* Med. quart. *furit* pro *fremet* Moret. pr. *premit* pro *fremet* legebat Heinsius, i. e. *persequitur. ista* Vat. pr. *marino* pro *marito* vet. Gyr. male. Sympos. *Ænigm.* 38. vs. 3.—266 *Mobilior* vel *Nobilior* Oxon. sec. *Zephyro* vel *velo* Reg. Oxon. pr. *notamque* Vat. tert. *tantamque* Petav. tert. Bonon. *moventibus* pro *virentibus* Ambr. tert. *liventibus* Vat. quint. *nitentibus* Tholos. *herbam* pro *iram* Med. pr. m. pr. *inde* pro *tram* Moret. pr.—267 *Dispergit* Florent. Med. quart. Heins. H. Reg. Petav. pr. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *Dispersit* quatuor Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. Jun. pr. chartac. Heins. duo Oxon. *Aspersit* Moret. pr. *lacrimis* pro *maculis* Bonon. *nimum* pro *jam jamque* Tholos. *nimumque* tres Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. Put. Moret. pr. *Divumque* Vat. sec. *inimicum* Exc. Schott. *timidumque* conjecerat Heinsius. *haustura* Vat. pr. et tert. *hausura* Florent. inc. Heins. Bonon. Exc. Petav. quart. *exhausta* Vat. quart. Pal. Heins. H. duo Med. *nimumque exhausta* Jun. pr. *nimumque haustura* duo Oxon. chart. Heins. *nimumque hausura* Voss. pr. Jun. sec. *vivum hausura* vel *haustura* Voss. sec.—268 *reddatur* pro *tardatur* Petav. tert.—269 *genitrix toto* Vat. pr. chartac. Heins. Exc. Petav. quart. Ald. ed. Parm. et Vicet.—

## NOTE

264 *Achæmenio*] Regi Persarum, quem ex Achæmenia tribu eligere solebant: erant autem tres tribus, Patiscores, Achæmenidæ, et Magi.

*Ludibria*] Nam Reges Persarum intra septa feras alebant, quibus conficiendis exercerentur.

265 *Tremebundus*] Ob tigrem velocius insequentem.

*Marito Zephyro*] Non tantum Poëtæ, sed et alii scriptores, ut Aristoteles, Columella, Plinius, Solinus, S. Augustinus, tradunt tigres, equas, gallinas, vultures ex vento concipere. Unde Statius de tigride, 'Spirantem fert ore virum:' et apud Lucilium, 'genitabilis aura Favoni;' et apud Oppianum de tigride, *Ἀστὴ γὰρ τε*

*θεῖν ἰκέλη ζεφύρω γενεῆρι*: Ipsi enim currere similis est Zephyro genitori. Quam tamen ipse opinionem non probat Oppianus.

266 *Iram dispergit maculis*] Vel ex ipsis maculis horrentibus et flagrantibus iracundia, iram agnoscas.

268 *Vitreæ formæ*] Raptor catulorum tigris, ut eludat matrem imminuentem, projicit speculum, illa spectat, hæret, quasi fætum aspiciens, et sic fugit raptor; ex Pomponio Mela: alii dicunt a raptore unum ex catulis raptis projici, quem cum mater colligit, et reportat in antrum, ipse interrim fugit.

269 *Bacchatur*] Instar bacchantis rapitur et furit.



Reddite, vociferans: non me vagus edidit amnis: 270  
 Non Dryadum de plebe sumus: turrata Cybebe  
 Me quoque Saturno genuit. Quo jura Deorum,  
 Quo leges abiere poli? Quid vivere recte  
 Proderit? En audet noti Cytherea pudoris  
 Ostentare suos post Lemnia vincula vultus. 275  
 Hos animos bonus ille sopor castumque cubile  
 Præbuit? Amplexus hoc promeruerè pudici?  
 Nec mirum, si turpe nihil post talia ducit.

*omni cælo, clamans, restituite filiam: flumen errans non procreavit me: non sumus de populo Dryadum. Cybele turrigera protulit me etiam ex Saturno. Quo jura Deorum recesserunt? Quo leges cæli recesserunt? Quid proderit bene vivere? Ecce Venus verecundiæ cognita audet monstrare faciem suam post catenas Vulcanias. Somnus ille innocens, et lectus pudicus dedit Veneri hæc consilia? Oscula casta hoc merita sunt. Neque admirandum est, si ipsa nihil putat inhonestum post*

271 *Nec Dryadum* Vat. quint. Jun. sec. *Cybele* Vat. pr.—272 *Saturnus inc.* Heins. Put. Jun. sec. Petav. tert. Ambr. tert.—273 *abiere* Vat. pr. Vat. Livin. *cecidere pro abiere* tres Vatt. et d. Pal. Put. *rectis pro recte* Moret. pr.—274 *Profuit* Vat. quint. *aut audet* Moret. pr.—276 *bonus iste* Vat. pr. *sapor* Jun. sec. *sopor vel pudor* Vat. sec. *dedit ille pudor* Voss. sec.—277 *istud meruerè* Vat. pr. *hoc præmeruerè* Exc. Petav. quart. *hos* Voss. pr. *hæc vel non* Voss. sec. Heinsius ascripserat locum Lucani l. x. vs. 68. ‘Hoc animi nox illa dedit, quæ prima cubili Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris.’—278 *Non mirum* Voss. pr. *ducat* Bonon.—279 *O vos* Exc. Petav. quart.

NOTÆ

*Olympo*] Olympus est mons Thesaliæ altissimus, qui ponitur pro cælo.

270 *Reddite*] Filiam quam surripistis.

*Non me edidit amnis*] Non orior a fluviis, ut Nais, aut a Dryadibus, sed a Saturno et Cybele, ac proinde indigne tractata sum, cum mea mihi filia erepta est.

*Edidit amnis*] Naides erant filiæ fluviorum.

271 *Dryadum*] Hæ Nymphæ sylvarum.

*Cybele*] Magna mater Deorum.

272 *Saturno*] Qui et Jovis pater erat.

274 *Noti Cytherea pudoris*] Per ironiam, id est, Venus famæ prostitutæ.

275 *Lemnia vincula*] Post catenas, quibus cum Marte adultero colligata est, et Deorum ludibrio exposita, postquam simul deprehensi sunt a Sole, per negligentiam Alectruonis, qui ideo a Marte in Gallum gallinæ mutatus est, et jam a media nocte canit Solis adventum. *Lemnia* autem, id est, vincula facta a Vulcano, qui præsidet Lemno insulæ maris Ægæi, in quam, a Cælo deturbatus a Jove vel Junone, decidit: quod ideo fictum est, quia ibi primum repertus ignis, et arma fabricata sunt.

276 *Bonus ille sopor, &c.*] Dictum per ironiam, quæ pronuntiatione et gestu juvanda est, ut agnoscatur sopor infamis.

278 *Post talia*] Post tale adulte-

Quid vos expertes thalami? Tantumne relictus  
 Virginitatis honos? Tantum mutata voluntas? 280  
 Jam Veneri, et sociis junctæ raptoribus itis?  
 O templis Scythiæ, atque hominem sitientibus aris  
 Utraque digna coli! tanti quæ causa furoris?  
 Quam mea vel dicto tenui Proserpina læsit?  
 Scilicet aut caris pepulit te, Delia, sylvis, 285  
 Aut tibi commissas rapuit, Tritonia, pugnas?  
 An gravis alloquio? vestros an forte petebat

*talem infamiam. Quid vultis vos, o Minerva et Diana, nesciæ nuptiarum? Sic-  
 cine gloria pudicitiae a vobis neglecta est? Siccine consilium vestrum mutatum  
 est? Jam vaditis conjunctæ Veneri et raptoribus comitibus? O ambæ dignæ ado-  
 rari in delubris Scythiæ, et altaribus cupientibus sanguinem hominum! Quæ ra-  
 tio est tantæ rabiei? Quam ex vobis mea offendit filia Proserpina, vel levi verbo?  
 Nempe an expulit te, o Diana, sylvis jucundis, vel eripuit tibi, o Pallas, prælia  
 commissa? An molesta erat sermonibus? An forsitan turbabat vestros cætus in-*

*nos Vat. quint. Florent. Vos Med. pr. Bonon. Tholos. ed. Vicet. thalamis  
 Ambr. tert. Cererine relictus Petav. tert. relictis Exc. Læti. In Vat. pr. et  
 sec. et quart. Cod. Bartholin. Reg. Bonon. Leid. Oxon. pr. Jun. sec. Ambr.  
 tert. Exc. Petav. quart. inc. Heins. et ed. Vicet. inseritur hic versus, Omnis  
 honos recti vobis sic rata recessit. vel recedit.—280 voluptas pro voluntas Exc.  
 Læti. deerat vero hic versus Reg. Voss. pr. Petav. pr. Jun. sec. In Oxon.  
 interseritur alter versus, ut et in Put. scilicet: Hæc ait, et lectura faces intrat  
 nemus altum. hic multa desunt in Vat. tert. quart. et d. item Pal. Florent.  
 Med. pr. et quart. Heins. H. Put. Petav. sec. et Exc. Petav. quart. et Oxon.  
 pr. usque ad vs. 361. sed in Petav. tert. margini ascripti erant.—281 jam  
 Veneri sociis Vat. pr. et quint. Cod. Bartholin. inc. Heins. Veneri junctæ so-  
 ciis Ambr. tert. Voss. pr. Jun. sec. junctæ sociis Vat. sec. Reg. Petav. pr.  
 vinctæ ed. Vicet. nuptæ sociis Var. LL. e marg. Parm.—282 In templis Jun.  
 sec. Quæ templis Voss. pr. A templis Scythiæ atque a sitientibus aris Vat. quint.  
 —283 quæ tanti Vat. sec. et quint. tanti quæ vel quæ tanti Voss. sec.—  
 284 Quem Petav. pr. m. pr. tenui dicto Vat. sec. et quint. lædit Jun. sec.  
 Ambr. tert.—285 aut Jun. sec. marg. Isingr. ed. Ald. hæc caris Vat. pr. Cod.  
 Bartholin. inc. Heins. Tholos. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet. aut vel an Vat.  
 quint. Ald. haud vel an Voss. sec. repulit Tholos. prohibet pro pepulit Vat.  
 quint. Proserpina pro Tritonia Vat. sec. Voss. sec.—287 Aut gravis Vat. pr.*

## NOTÆ

rium, ludibrium, infamiam.

279 *Expertes thalami*] Virgines in-  
nuptæ. Virgilius: 'Non licuit tha-  
lami expertem sine crimine vitam  
Degere,' &c.

281 *Raptoribus*] Jam non vos pu-  
det comitari raptores puellarum?

282 *Templis Scythiæ, atque hominem  
sientibus aris*] Versus Scythiam, in

Taurica Chersoneso, Dianæ immola-  
bantur homines: et Busiris illanda-  
tus in Ægypto hospites mactabat ad  
aras.

285 *Delia*] Diana, quæ cum Apol-  
line nata est in insula Delo. Præsi-  
det venationi et sylvis.

286 *Tritonia*] Pallas, quæ nata di-  
citur ex Palude Tritonide, et quæ

Importuna choros? atqui Trinacria longe,  
 Esset ne vobis oneri, deserta colebat.  
 Quid latuisse juvat? Rabiem livoris acerbi 290  
 Nulla potest placare quies. His increpat omnes  
 Vocibus: ast illæ (prohibet reverentia patris)  
 Aut reticent, aut nosse negant: responsaque matri  
 Dant lacrymas. Quid agat? Rursus se victa remittit,  
 Inque humiles demissa preces, Ignoscite, si quid 295  
 Intumuit pietas: si quid flagrantius actum

*tempestivo adventu? sed, ne foret vobis molesta, habitabat longe solitudines Siculas. Quid prodest delituisse? nulla requies valet mitigare furorem invidiæ amaræ: Ceres arguit singulas Deas his verbis. Sed illæ (observantia in patrem Jovem retat) vel silent, vel negant se cognoscere raptum Proserpinæ: et fundunt fletus pro responso. Quid Ceres faciat? Evicta iterum quiescit, et abjecta in preces submissas: Parcite, ait, si pietas irata est in aliqua re; si quid factum est arden-*

et sec. Reg. Petav. pr. Aut vel An Voss. sec. eloquio Vat. pr. et sec. Cod. Bartholin. inc. Heins. Reg. Tholos. Petav. pr. Voss. sec.—288 *thoros* Vat. sec. *choros* vel *thoros* Voss. sec. *atquin* Vat. pr. inc. Heins. Reg. Petav. pr. *atqui* vel *certe* Voss. pr.—289 *nobis* inc. Heins. ed. Vicet. hic incipit fragmentum chartaceum Vat. n. 2864. quem codicem litera A hic notavit Heinsius. —291 *quies* Vat. sec. Reg. Petav. pr. Voss. pr. Ambr. tert. duo Jun. Var. LL. e marg. Parm. *dies* Vat. pr. Cod. Bartholin. *quies* vel *dies* Voss. sec. *his* Tholos. Voss. pr. Ambr. tert. *ambas* pro *omnes* Vat. quint.—292 *ast illam* Voss. pr. *sententia* duo Vatt. Voss. pr. duo Jun. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *sententia* vel *reverentia* Voss. sec.—293 *scire negant* Voss. pr.—294 *lacrimis* Ambr. tert. *rursum* Ambr. tert. duo Jun. *victa revincit* Voss. pr. *experta* pro *se victa* Vat. quint.—295 *delapsa preces* duo Vatt. Petav. pr. Reg. Ambr. tert. *dilapsa* duo Jun. *elapsa* Voss. pr. *delapsa* vel *dimissa* Voss. sec. *pedes* pro *preces* Jun. sec. Heinsius ascripserat locum Bell. Gildon. vs. 45.—296 *Intumuit* duo Voss. *actum est* Vat. sec. et quint. *actum sine est* inc. Heins. Reg. Petav. pr.

NOTE

præsidet bellis et armis.  
 288 *Trinacria*] Id est, Sicula, sic Trinacria unda apud Virgilium: de hac voce dictum sæpius.  
 290 *Livoris*] Pestes, quæ animos hominum infestant, tempore molliuntur, at invidia augetur indies, nullumque remedium, nisi eorum, quibus invidetur, calamitate reperit. Invidia ut musca est Appula, quæ relictis partibus sanis, vel minima rimatur ulcera, quibus ad satietatem adhærescat, suumque pascat animum.

Quid vultis? simile simili gaudet, ulcera quærunt homunciones ulcerosi.  
*Acerbi*] Amari, importuni; quia invidus nulla re mitigatur: cumque nullum animal a natura immite adeo sit, ut obsequio non devinciatur, unus invidus redditur importunior atque acerbior.  
 291 *Nulla quies*] Nulla solitudo, nullæ latebræ, nulla fuga potest a nocendi proposito invidiam avertere: nullus locus est quo non pestis illa grassetur.



Quam decuit miseram : supplex dejectaque vestris  
 Advolvor genibus. Liceat cognoscere sortem.  
 Hoc tantum. Liceat certos habuisse dolores.  
 Scire peto, quæ forma mali : quamcumque dedistis 300  
 Fortunam, si nota, feram, fatumque putabo,  
 Non scelus : aspectum, precor, indulgete parenti :  
 Non repetam. Quæsita manu securus habeto  
 Quisquis es. Affirmo prædam : desiste vereri.  
 Quod si nos aliquo prævenit fœdere raptor ; 305

*tius quam fas erat matri afflictæ. Ego humilis et prostrata, ad genua vestra accido: detur mihi nosse calamitatem; hoc peto unum: detur indulgere doloribus cognitis. Cupio noscere quod sit genus calamitatis. Quodcumque attuleris mihi malum, si cognitum fuerit, patiar, et existimabo fatum esse, non crimen: concede matri, rogo, conspectum filix: non reposcam: quicumque es, tutus frueri filia rapta per vim: assero eam esse prædam: desine timere. Quod si raptor præve-*

Jun. pr. Voss. pr. Vat. Livin.—297 *decuit miseram* Var. LL. e marg. Parm. *miseram decuit* Vat. quint. duo Jun. *miseros decuit* Reg. Petav. pr. *miseras* duo Vatt. Tholos. Voss. sec. Ambr. tert. *miseros* Voss. pr. *miserandaque* pro *dejectaque* tres Vatt. duo Voss. Cod. Bartholin. *miserandaque matris* Leid.—298 *pedibus* Ambr. tert.—299 *Hoc tantum.* cum *τελείη στιγμή*, Leid. edd. Parm. Junt. Ald. *Hoc tantum liceat.* Colin. Parrhas. et al. *timores* Voss. pr. *furios* inc. Heins. Reg. Petav. pr. chart. Heins. Ambr. tert. vet. Gyr. ed. Parm. et Vicet. *dolores* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *dolores* vel *timores* Vat. sec. *dolores* vel *timores* vel *furios* Voss. sec. deest autem hic versus Vat. pr.—300 *Scire peto* Exc. Læti. *Si reparet quoque* pro *Scire peto quæ* ed. Vicet. *Scire peto* vel *Scire velim* Cod. Bartholin. *formam aliquam* pro *forma mali* Reg. Petav. pr. *quantamque* Vat. quint. *quantumque d. Fortunæ* Jun. sec. Voss. sec. Ambr. tert. *quamcumque tulistis Fortunam* duo Pulmann. Heinsius malit *quamcumque daturæ Fortunam*, vel *quodcumque dedistis Fortunæ*, sed in ed. Elzevir. 1665. N. Heins. legit *quamcumque dedistis Fortunam*.—301 *Fortunæ* Vat. sec. Reg. Petav. pr. Tholos. si Voss. sec. sic Tholos. *nota* Ambr. tert. *sit rapta* Vat. pr. Cod. Bartholin. *sit nota* duo Vatt. inc. Heins. Reg. Petav. pr. chart. Heins. Voss. pr. Jun. sec. Var. LL. e marg. Parm.—302 *indulgere* Vat. sec. *indulgete* Vat. pr. et quint.—303 *Non repeto* Reg. Petav. pr.—305 *nos* inc. Heins. *vos* duo

## NOTÆ

298 *Genibus*] Quæ supplicantes tangebant.

*Sortem*] Liceat nosse genus calamitatis, et quomodo filiam perdidit; nam 'sæpe solatium calamitatis est nosse calamitatem,' ut ait Darinus apud Curtium.

299 *Certos dolores*] Certas irascendi dolendique causas.

301 *Fatumque putabo*] Quia quæ fato contingunt, nullam habent cul-

pam, fatum quippe est inevitabile.

304 *Affirmo prædam*] Consentio, eum, qui rapuit filiam meam, eam possidere, instar prædæ: affirmoque ipsum eam tenere suo jure. Affirmator apud Tertullianum, est qui rem ratam habet, vulgo, qui *certificat*, seu qui testimonio suo rem ratam habet.

305 *Prævenit*] Si raptor vos, o Diana et Pallas, ita pignore aut juramento aliquo obligavit, ut *fidem*

Tu certe, Latona, refer. Confessa Diana  
 Forte tibi : nosti, quid sit Lucina, quis horror  
 Pro genitis, et quantus amor : partusque tulisti  
 Tu geminos : hæc una mihi. Sic crine fruaris  
 Semper Apollineo : sic me felicior ævum 310  
 Mater agas. Largis tunc imbribus ora madescunt.  
 [Quid tantum est dignum fieri, dignumque taceri ?]

*nit nos quodam pignore, tu quidem, o Latona, commemora: forsitan Diana filia tua confessa est tibi raptorem: cognovisti quid sit puerperium; quis timor sit pro liberis, et qualis amor. Tu genuisti liberos gemellos: hæc una mihi est Proserpina. Sic perpetuo potiaris pulchritudine Apollinis: sic tu mater fortunatior traducas vitam. Tunc vultus irrigatur multis lacrymis. Quid magis meretur lu-*

Vatt. et A. Cod. Bartholin. quos Vat. pr. munere Vat. pr. et sec. Cod. Bartholin. fœdere Vat. A. Reg. Petav. pr. Voss. pr. duo Jun. Var. LL. e marg. Parm.—306 Tu saltem Jun. sec. certe vel saltem Vat. sec. Voss. sec.—307 nostri quid Voss. pr. quis horror inc. Heins. Jun. sec. Voss. sec. quid horror Reg. Petav. pr. Tholos. Jun. pr. Voss. pr. quid vel quis Var. LL. e marg. Parm. timorque vel quis error Ambr. tert.—309 hæc una fuit Ambr. tert.—310 tu pro me chart. Heins.—311 nunc imbribus Ambr. tert.—312 tantum dignum fieri chartac. Heins. et inc. ejusd. Reg. Petav. pr. Tholos. Jun. sec. Voss. sec. Ambr. tert. Ald. ed. Parm. et Vicet. fieri dignum Vat. A. dignum pro fieri Tholos. Quid tanto dignum fetu Voss. pr. Deerat hic versus in Jun.

NOTÆ

dederitis vos eum non esse detecturas.

306 Latona] Mater Apollinis et Dianæ, quos ex Jove suscepit.

307 Quid sit Lucina] Scis quantus sit dolor in pariendo. Lucina præsidet puerperiis, et invocatur a fœminis parturientibus. Lucinam alii Lunam dixerunt, qua plena facilius a partu liberantur mulieres. Lucina dicitur, quod lucem præbeat. Græci vocant εἰλείθνια, ἀπὸ τοῦ εἰλεῖθαι, venire, nam venit opem latura parturientibus: hanc et Dictamno coronant, herba Cretensi, quæ parientibus prodesse dicitur.

309 Tu geminos] In quibus nosti, quantum timeant liberis matres, quantumque eos ament. Latona dicta gemellipara, quod ediderit gemellos, vel in Lycia vel in Delo insula. Ovidius:

‘Curva gemelliparæ spicula ferre Deæ.’

Hæc una mihi] Filia ex Jove scilicet, major ideo amor. Alios liberos Ceres suscepit, sed non ex Jove.

Crine] Visa pulchritudine, juventute filii Apollinis: quia semper Apollo juvenis, et ideo intonsus pingitur: idque fit ob radios solares semper nitidos.

310 Sic] Optantium particula Poëtis familiaris. ‘Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem, Sic tibi,’ &c. Hoc est, hoc mihi concede, et si concedas, sic tibi omnia faveant, arrideant.

311 Largis imbribus] Lacrymarum.

312 Quid tantum est dignum taceri] Quid tantum meretur taceri? indicate raptorem.

Hei mihi! discedunt omnes: quid vana moraris  
 Ulterius? non bella palam coelestia sentis?  
 Quin potius natam pelago terrisque requiris? 315  
 Accingar lustrare diem: per devia rerum  
 Indefessa ferar: nulla cessabitur hora.  
 Non requies, non somnus erit, dum pignus ademtum  
 Inveniam; gremio quamvis mergatur Hiberæ  
 Tethyos, et rubro jaceat vallata profundo. 320  
 Non Rheni glacies, non me Rhipæa tenebunt  
 Frigora: non dubio Syrtis cunctabitur æstu.  
 Stat fines penetrare Noti, Boreæque nivalem

*geri atque sileri? Hei mihi! Cuncti abeunt: quid, o Ceres decepta, remanes diutius? Non animadvertis aperte conspirantes Deos? Cur non investigas potius filiam in terra et mari? Parabo vestigare Solis semitas: ibo infatigabilis per loca mundi avia: nullo momento quiescam: non otium erit, non sopor, modo reperiam filiam ereptam: licet sepeliatur sinu maris occidui, et jaceat septa mari rubro. Gelu Rheni non retardabit me, non glacies Riphæi montis: non Syrtis morabitur me fluctu ancipiti. Statutum est adire terminos Austri, et scrutari sedem frigidam*

Voss. et uno Heins.—313 *Hei mihi* Vat. sec. Jun. sec. chartac. Heins. *Hei* Reg. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm.—314 *num bella* Vat. pr. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. *sentit* Vat. sec. *cernis* Jun. sec.—315 *Quin potius* Voss. pr. *terra pelagoque* id. Voss. pr. *requiras* Ambr. tert. Voss. pr.—316 *lustrare fretum* Ambr. tert.—317 *Indefensa* Voss. sec. *celabitur* pro *cessabitur* Ambr. tert.—318 *nec somnus erit* id. Ambr. *non pignus* inc. Heins. *tempus* Vat. pr.—319 *Ibero* Voss. pr. *hyberno* Jun. sec. *hiberno* Ambr. tert.—320 *rubeo* inc. Heins. *velata* chartac. Heins. ed. Parm. et Vicet. *vallata* Ald. Var. LL. e marg. Parm.—321 *nec me* Vat. quint. *tenebunt* vel *morebunt* Ambr. tert.—322 *Frigora* vel *Æquora* Vat. quint. *nec dubio* Vat. sec. et A. *contumbitur* pro *cunctabitur* Reg. Petav. pr.—323 *finem* Vat. quint. et A. Cod. Bartholin. Reg.

## NOTÆ

315 *Quin potius*] Præstat filiam terra marique perquirere, quam tempus terere rogando.

316 *Devia*] Quia non patet accessus.

318 *Pignus*] Filiam, quæ mihi erat pignus amoris Jovis.

319 *Hiberæ*] Hispanæ, quæ dicitur Hiberia a fluvio Hiberno, *Ebro*.

320 *Tethyos*] Tethys est mater Nympharum maris: sumitur pro mari.

*Rubro profundo*] Mari rubro, quod est et sinus Arabicus, *Mar di Rosso*,

*Mar di Meka*.

321 *Rheni*] Rhenus fluvius notissimus, ex Alpibus scaturiens, ex monte S. Gothardi, unde et oriuntur Rhodanus et Ticinus.

*Riphæa*] Riphæi montes a quibusdam confunduntur cum Alpibus; ab aliis dicuntur esse montes Thraciæ.

322 *Syrtis*] Duæ sunt Syrtis in ora Libyæ, quæ ob maris aut defectus aut incrementa, dubios habent æstus, sicque periculosos.

323 *Stat*] Statutum est adire extremos tractus plagæ Meridianæ.

Vestigare domum. Primo calcabitur Atlas  
 Occasu, facibusque meis lucebit Hydaspes. 325  
 Impius errantem videat per rura, per urbes  
 Jupiter: extincta satietur pellice Juno.  
 Insultate mihi: cœlo regnate superbi.  
 Ducite præclarum Cereris de stirpe triumphum.  
 Sic fatur, notæque jugis illabitur Ætnæ, 330  
 Noctivago tædas inflammatura labori.

Lucus erat prope flavum Acin, quem candida præfert  
 Sæpe mari, pulchroque secat Galatea natatu:  
 Densus, et innexis Ætnæa cacumina ramis,

*Aquilonis: prima parte Occidentis superabo Atlantem, et Hydaspes illustrabitur tædis meis: Jupiter crudelis aspiciat me vagantem per agros, per oppida; Juno satiretur mortua amica Jovis sui. Illudite mihi: triumphate in polo arrogantes: erigite illustre tropæum de filia Cereris. Ita Ceres loquitur, et descendit in culmina cognita Ætnæ, accensura faces pro opere noctis. Sylva erat juxta Acin flaventem, quem Galatea formosa anteponebat frequenter mari, et scindit pulchre natando. Spissa sylva, et operiens circum undique Ætnæos vertices ramis connexis. Pater*

Petav. pr. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. *brumalem* Voss. sec.—326 *castra pro rura* Vat. pr. m. pr. *per urbem* Vat. quint.—327 *saturetur* Voss. pr.—328 *Insultare* inc. Heins. Tholos. *Insultante Reg. regnante* Voss. pr. ed. Gryph. *regnate* Reg. Petav. pr. *superbi* vel *superbæ* Ambr. tert.—329 *de prole* vel *de stirpe* Ambr. tert.—330 *Hæc fatur* Vat. quint. et A. Petav. pr. Jun. sec. duo Voss. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *notæque* pro *notæque* Voss. pr. *notisque* Ambr. tert. *dilabitur* Ambr. tert.—331 *inflammatura* Vat. pr. Cod. Bartholin. *informatura* Vat. quint. et A. Reg. Petav. pr. duo Jun. Voss. pr. Isingr.—332 *flumen Athis* Voss. pr. *flumen* tres Vatt. et A. Cod. Bartholin. *Acyn* Reg. Petav. pr. *quod* Vat. pr. et quint. Cod. Barthol. *præfert* inc. Heins. *profert* ed. Vicet.—333 *natat* pro *secat* Vat. pr.—334 *innexis* Vat. Livin. *sylvis* pro *ramis* Reg.

NOTE

*Boreæque*] Regiones Septemtrionis, unde flat Boreas nivalis.

324 *Primo occasu*] Qua parte respicit mare, quæ pars inaccessa erat.

*Atlas*] Mons Mauritaniam, nubibus altior.

325 *Hydaspes*] Fluvius Indiæ, in Indum se exonerans, ad urbem Bucephalam.

326 *Impius*] In matrem filiamque crudelis.

327 *Pellice*] Pellex est concubina.

331 *Noctivago*] Vel ipsa nocte Ceres raptam Proserpinam quærebat.

332 *Flavum Acin*] Acis Siciliae flu-

vius, qui instar teli ex Ætna monte prorumpit; et inde dicitur Acis, nam *akis, idos*, significat *sagittam*. Flavus autem vocatur, ut flavus Tiberis, Alpheus, et alii.

*Præfert*] Ob memoriam Acis pueri, Fanni et Symethidos Nymphæ filii, quem amabat; et quem zelotypus Polyphemus in ejus gremio confodit, sed a Diis in fluvium cognominem mutatus est.

333 *Galatea*] Doridos et Nerei filia, facie lactis candorem provocante. 'Candidior foliis nivei Galatea ligustri.' Ovidius. Et inde dicta est Ga-

Qua libet usque, tegens. Illic posuisse cruentam 335  
 Ægida, captivamque pater post prælia prædam  
 Advexisse datur. Phlegræis sylva superbit  
 Exuviis, totumque nemus victoria vestit.  
 Hic patuli rictus, hic prodigiosa Gigantum  
 Tergora dependent; et adhuc crudele minantur 340  
 Affixæ truncis facies; immaniaque ossa  
 Serpentum passim cumulis exsanguibus albenit:

Jupiter dicitur deposuisse ibi clypeum sanguinolentum, et attulisse spolia parta post certamina. Nemus gloriatur spoliis regionis Phlegrææ, et victoria ornat omnem sylvam. Hic ora hiantia appenduntur; hic pelles monstrosæ gigantum; et vultus adhaerentes arboribus spirant adhuc crudelitatem, et ossa ingentia albescent undi-

Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. Vat. sec. duo Voss.—335 *Qua licet* Jun. sec. *Qua libet* Vat. Livin. *Quam* Reg. Tholos. *libet* Voss. pr. ed. Parm. *licet* duo Vatt. *Quam licet* vel *Quam libet* Voss. sec. *illic* vel *illo* Vat. sec.—336 *prædæ* chart. Heins.—337 *Adduxisse* Vat. quint.—338 *Exuviis*: Heinsius hic notat *spolia arboribus suffigi solita fuisse*. vid. Ouzel. in Minuc. p. 143. sic et passim in veteribus nummis.—339 *rictus et prodigiosa* duo Vatt. et A. Reg. Petav. pr. Jun. sec. duo Voss.—341 *truncis facies* Reg. Jun. sec. Ambr. tert. Voss. sec. Var. LL. e marg. Parm. *facies truncis* Vat. pr. *truncis faciesque* Voss. pr.—342 *tumulis* tres Vatt. et A. *ardent* Vat. sec.—343 *sanguine* inc.

## NOTÆ

latea, nam, γάλα, ακτος, lac significat.

334 *Densus*] Lucus ramis confertus.

*Ætnæa cacumina*] Quæ Atlantis instar a Pindaro vocantur, κίων δ' οὐρα- νία συνέχει νιφόεσσ' Αἴθνα πάτερης χιόνος ὀξείας τῆσδ' : *columna cælestis sustinet nivosa Ætna per totum annum nivis acutæ nutrix.*

335 *Cruentam*] Sanguine gigantum occisorum.

336 *Ægida*] Pellem capræ nutricis suæ, qua contra gigantes pro thorace usus fuerat: αἶξ, αἰγὸς, capra.

*Captivum prædam*] Parta spolia: Jupiter autem fixit tropæum, vel in Thessalia, vel in Sicilia, vel in Syria, vel in Pithecusis.

*Pater*] Jupiter quasi 'juvans pater,' ex Cicerone.

337 *Datur*] Dicitur. Virgilius: 'Sed tamen iste Deus quis sit da, Ti-

tyre, nobis:' id est, dic. Quam loquendi formam cur minus probet Julius Scaliger, non video.

*Phlegræis*] Spoliis gigantum in Phlegra monte, vel Campaniæ, vel Macedonia, devictorum.

338 *Victoria vestit*] Nulla arbor est quæ non gestet aliquod signum victoriæ Deorum contra gigantes reportatæ.

339 *Patuli rictus*] Immaniter hiantes, quasi rictus belluarum.

340 *Tergora*] Quia nonnullis gigantibus cutis detracta est.

341 *Affixæ truncis*] Arborum. Antiqui fugatis hostibus, stipitem humana specie statuebant in aliquo monte, eundemque spoliis ornatum vocabant *tropæum*, ἀπὸ τῆς τροπῆς, a fuga, quod constitueretur post fugam hostium.

342 *Serpentum*] Gigantum pedes desinebant in dracones, qui cum ipsis



Et rigidæ multo suspirant fulmine pelles :  
 Nullaque non magni jactat se nominis arbor.  
 Hæc centumgemini strictos Ægæonis enses 345  
 Curvata vix fronte levat: viventibus illa  
 Exultat Cœi spoliis: hæc arma Mimantis  
 Sustinet: hos onerat ramos exutus Ophion.  
 Altior at cunctis abies umbrosa que late  
 Ipsius Enceladi fumantia gestat opima, 350

*que acervis draconum extinctorum; ac coria tosta turgent multo ictu fulminis maleolentis; et omnis arbor gloriatur titulo ingenti. Hæc arbor ægre sustinet ramis curvatis gladios nudos Briarei centumgemini? illa gloriatur exuviis pallidis Cœi: hæc fert tela Mimantis: Ophion spoliatus gravat hos ramos. Sed abies excellentior omnibus, et spargens ramos longe, portat opima spolia fumantia Enceladi*

Heins. *flumine* Voss. pr. *flamine* Tholos.—344 *se jactat* Voss. pr. Jun. sec.—346 *fronte* Vat. sec. chartac. Heins. duo Voss. ed. Vicet. *fronde* Vat. pr. quint. et A. inc. Heins. Reg. Ambr. tert. Vat. Livin.—347 *Caci pro Cœi* duo Vatt. Cod. Bartholin. inc. Heins. et chartac. ejusd. Reg. Petav. pr. Voss. sec. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *Cachi* Vat. pr. *Chaci* Tholos. Jun. sec. Ambr. tert. *Æaci* Voss. pr. *Zancli* Exc. Læti, Ald. *Mimantis* Reg. Petav. pr. vet. Gyr. Var. LL. e marg. Parm. *Minantis* ed. Vicet. *Minantis* tres Vatt. Jun. sec. chartac. Heins. *Minatis* Voss. sec. *Minaci* Vat. A.—348 *ramos onerat* Ambr. tert. *exustus* Vat. sec. Cod. Bartholin. *extinctus* Ambr. tert. *Ophion* Exc. Læti. *Ophias* tres Vatt. et A. Cod. Bartholin. inc. Heins. Tholos. Voss. pr. chartac. Heins. Ambr. tert. ed. Vicet. *Osyon* Reg. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Osyon* Jun. sec. *Ophion* vel *Ophyas* Voss. sec.—349 *at* Reg. Petav. pr. Tholos. Jun. sec. Voss. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *a* Voss. pr. *his cunctis* Ambr. tert. *lati* Voss. pr.—350 *spumantia* inc.

NOTÆ

occisi sunt.

343 *Suspirant*] Pelles torridæ multo fulmine suspirant: id est, spirant adhuc atrocitatem, vel male olent, vel emittunt vapores fulmen, vel fulminis ustionem, redolentes. Sic apud Lucanum: ‘Suspirant nebulas,’ id est, emittunt vapores.

344 *Magni nominis*] Omnis arbor gloriatur magnis titulis, puta Enceladi, Ægæonis; nam in tropæis, devictorum ducum nomina scribebantur.

345 *Centumgemini Ægæonis*] Briarei, qui centum habebat brachia, centumque rotabat enses.

346 *Liventibus*] Pallentibus, nigris.  
*Delph. et Var. Clas.*

Alludit ad atram gigantum indolem.

347 *Cœi*] Gigantis, qui fuit pater Latonæ.

*Mimantis*] Gigantis etiam, qui Lemnum insulam contra Deos torquere parabat.

348 *Ophion*] Gigas, qui a Saturno exutus est cœli gubernaculis, cum uxore Eurynome.

349 *Umbrosa late*] Ramos, atque ideo umbras spargens latius.

350 *Enceladi*] Qui gigas oppressus Ætna gemit.

*Opima*] Spolia scilicet, quæ sunt ea quæ Dux Duci detrahit; ut Romulus Acroni, Marcellus Viridoma-

*Claud.*

3 T



Summi terrigenum Regis, caderetque gravata  
 Pondere, ni lassam fulciret proxima quercus.  
 Inde timor numenque loco, nemorisque senectæ  
 Parcitur, ætheriisque nefas nocuisse tropæis.  
 Pascere nullus oves, nec robora lædere Cyclops      355  
 Audet, et ipse fugit sacra Polyphemus ab umbra.  
 Non tamen hoc tardata Ceres. Accenditur ultro  
 Religione loci, vibratque incerta securim,  
 Ipsum etiam per itura Jovem. Succidere pinus,

*ipsius, supremi Principis gigantum, et oppressa onere procumberet, nisi quercus propinqua sustentaret eam fatigatam. Inde metus, et religio accessit loco, et ignoscitur antiquitati sylvæ, ac scelus est violare tropæa cælestia. Nullus Cyclops audet nutrire oves, neque hic offendere arbores, et Polyphemus ipse recedit ab umbra sacrata. Ceres tamen non retardata est hac reverentia: volens stimuletur pietate loci, et conjicit securim, incerta quo injiceret, percussura vel ipsum Jovem. Festi-*

Heins. Jun. sec.—351 *caderentque* Vat. pr.—352 *lassam* inc. Heins. Reg. Petav. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *lapsam* duo Vatt. et A. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. *lapsum* Vat. pr. Cod. Bartholin. *maxima* Vat. sec. *maxima* vel *proxima* Voss. sec.—353 *loci* Vat. quint.—354 *æthereis nec fas* Voss. pr. m. sec. *Æthnæisque Tholos. triumphis* Ambr. tert.—355 *Nullus pascit oves* Ambr. tert. *nec robor scindere* Voss. sec. *robur* Vat. sec. *lædere robora* Ambr. tert. *scindere* Vat. tert.—357 *Nec tamen* Vat. quint. et A. Jun. sec. *Non tamen est* Voss. sec. *est tardata* duo Vatic. *turbata* Ambr. tert.—358 *incesta pro incerta* Reg. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. *infesta* tres Vatt. et A. Cod. Bartholin. inc. Heins. Tholos. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. Ald.—359 *Ipsum seu* marg.

## NOTÆ

ro; et ex Regibus nostris, Clodovæus Alarico, quem sua manu occidit. Varro vocat opima, etiamsi miles detrahat, modo duci detrahat.

351 *Summi Regis*] Alii Porphyriorem, alii Alcyoneum gigantum Principem faciunt.

*Terrigenum*] Gigantum, qui terra matre editi sunt. Supra.

353 *Inde timor numenque loco*] Inde timor accessit, et quædam erga hunc locum velut numine plenum reverentia, quæ facit ut parcatur arboribus tanquam Numinibus: quia sacræ putantur.

354 *Ætheriis tropæis*] Quæ erecta sunt a Diis, qui sunt in Æthere seu Cælo.

355 *Cyclops*] Cyclops et Læstrygon fratres fuerunt; quorum Læstrygon Antiphatem, Cyclops Polyphemum, genuit, Cycloperum Principem.

356 *Ipsæ Polyphemus*] Licet 'visus ab hospite nullo Impune, et magnicum Diis contemtor Olympi.'

357 *Non tamen hoc tardata*] Ceres loci religione non impedita est, quominus sibi in ea faces conficeret.

*Accenditur ultro religione*] Ut se ulciscatur contra Deos, quorum consilio putat filiam esse raptam, sacras iis arbores depopulatur.

358 *Incerta*] Quasi nullo discrimine omnes evertat arbores.

359 *Ipsum etiam per itura Jovem*] Tam irata est, ut ipsum Jovem per

Et magis enodes properat prosternere cedros, 360  
 Exploratque habiles truncos, rectique tenorem  
 Stipitis, et certo percenset brachia nisu.  
 Sic, qui vecturam longinqua per æquora merces  
 Molitur tellure ratem, vitamque procellis  
 Objectare parat, fagos metitur et alnos, 365

*nat amputare pinus, et evertere cedros minus nodosas, ac vestigat stipites idoneos, et proceritatem trunci recti, et explorat ramos firmo concussu. Ita ille qui construit in terra navem portaturam merces per maria remota, et accingit exponere caput tempestatibus, dimetitur fagos et alnos, et aptat usum diversum arboribus nondum*

Isingr. *petit ira pro per itura* conjecerat Scalig. *petat ira* conj. Barth. *petitura* Mss. nonnulli, et sic ed. Bipont. *lasura* Ambr. tert. *pressura* tres Vatt. et A. Cod. Bartholin. Exc. Læti. *peritura* Tholos. *feritura* Petav. pr. Jun. sec. *succidere* Vat. sec. et A. *succidere* vel *succendere* Ambr. tert.—360 *Ac magis* Vat. pr. Cod. Bartholin. inc. Heins. Tholos. Ald. At ed. Parm. et Vicet. An tres Vatt. et A. Voss. pr. *Aut* Reg. Petav. pr. Jun. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Haud* Vat. quint. Ambr. tert. At vel *Haud* Voss. sec. *dubitat* Voss. pr. Jun. sec. Reg. Petav. pr. Vat. quint. et A. marg. Isingr. *properat* vel *dubitat* Voss. sec. Hic denuo incipit Put. inserto hoc versu, *Hæc ait, et lectura faces intrat nemus altum.*—361 *Explorat* Oxon. pr. *Explorat salices* Reg. m. pr. *habiles* Vat. quart. inc. Heins. Ald. Exc. Schott. *abiens* Vat. pr. et A. Florent. chartac. Heins. *abies* Vat. sec. quint. et d. Cod. Bartholin. duo Med. Voss. pr. Oxon. sec. Petav. sec. ed. Vicet. *abiens* vel *abies* Jun. pr. *abies* vel *habiles* Voss. sec. *salices* vel *habiles* Oxon. pr. *abies truncus* Vat. tert. Pal. duo Med. *abiens truncos* Petav. pr. *obiens truncos* Gesn. ed. Bipont. *acies truncum* Put. *truncas* Vat. quint. *abies truncas* Petav. tert. Ambr. tert. *rectumque* Vat. d. Put.—362 *et vero* Put. *texto* Voss. pr. *recto* Oxon. pr. Ambr. tert. *certo* vel *arrecto* Oxon. sec. *percenset* duo Vatt. et d. Florent. Med. quart. Put. Reg. Oxon. sec. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *præcenset* Jun. pr. Voss. pr. *procenset* Pal. Med. pr. Heins. H. duo Petav. *prætentet* Oxon. pr. *prætentat* Gesn. et ed. Bipont. *pertentat* Vat. A. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. ed. Parm. *pertentat* vel *percenset* Vat. quint. Heinsius ascripserat seqq. ‘*percensere* Spartian. p. 53. l. 24. quod male mutat Salmas. p. 123. a. Ovid. II. Met. vs. 335. ‘totum percensuit orbem.’ hinc et *recensere*, sic *recensere* *rempubl.* Trebell. Poll. in Valeriano Patre p. 173. l. 44. hinc et *Censura* pro perlustratione. Claudian. alibi, *Percensere manum. nisu* Florent. Put. Reg. Tholos. Vat. Livin. duo Voss. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *nixu* chartac. Heins. *visu* duo Med. duo Heins. totidem Petav. Oxon. pr. Bonon. Ambr. tert. *risu* duo Vatt. in Petav. pr. hic multa desunt usque ad vs. 380.—363 *vecturam* Reg. m. sec. *vecturus* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *venturus* Vat. A. *vectorum* inc. Heins. *venturas* Tholos. Oxon. sec. *venturas* vel *vectoras* Med. pr.—365 *Abjectare* Exc. Petav. quart. *Oblectare*

NOTÆ

itura sit, si obstat. *Per itura* est 360 *Cedros*] Quæ ob pinguem suc-  
 transpositio, quasi diceret *itura*, seu cum aptissimæ sunt ad tædas confi-  
 ictum inflictura, per Jovem medium. ciendas.  
 Alii legunt *petat ira Jovem*, id est, 365 *Fagos et alnos*] Quia aquis ob-  
 ejus ira tanta est, ut vel ipsum Jovem rutæ diu, non corrumpuntur.  
 peteret, percuteret.

Et varium rudibus sylvis accommodat usum.  
 Quæ longa est, tumidis præbebit cornua velis :  
 Quæ fortis, malo potior : quæ lenta, favebit  
 Remigio : stagni patiens aptanda carinæ.  
 Tollebant geminæ capita inviolata cupressus 370  
 Cespitem vicino ; quales non rupibus Idæ  
 Miratur Simois ; quales non divite ripa  
 Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.

*cæsis.* Arbor quæ est longa dabit antennas velis turgentibus : quæ est dura, convenientior est malo navis : quæ est flexibilis, utilis erit ad remos : aquis resistens arbor adhibenda est carinæ. Cupressus duæ erigebant in solo propinquo verticem intactum : quales Simois non suscipit in saxis Idæ, quales Orontes altor sylvæ

Petav. sec. *mentitur* Reg. Petav. sec. *ulmos metitur* Jun. sec.—366 *rudibus varium* Vat. A. *Et rudibus silvis varios acc. usus* Voss. pr. *varios silvis rudibus acc. usus* Vat. quint.—367 *tumidis* Voss. sec. *timidis* Florent. *præbebat* Vat. sec. Tholos. *carbasa* pro *cornua* Exc. Petav. quart. *ventis* pro *velis* Moret. pr.—368 *malo potior* Bonon. Voss. pr. duo Jun. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *malis* Ambr. tert. *clavo* tres Vatt. et d. Pal. duo Med. Heins. H. ed. Vicet. *malo* vel *clavo* Vat. quint. *lata* pro *lenta* Vat. pr. *fovebis* Petav. sec.—369 *est apta* pro *aptanda* Florent. *carinis* Exc. Petav. quart.—370 *gemi* Reg. *capita inviolata*, Heinsius ascripserat locum Vopisci in Aureliano p. 211. ‘ut duarum arborum capita inflecteret.’ *Cypressi* Vat. pr. et d. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. sec. Vat. Livin.—371 *in rupibus* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. duo Heins. Reg. duo Petav. Tholos. Ambr. tert. duo Voss. *in manibus* Put.—372 *Miretur* inc. Heins. *nunc divite* Voss. sec. Petav. sec.—373 *nemori* Vat. quart. *Anapis* Moret. pr. *Orontes* vel *Anapis* Reg. Oxon. pr.—

## NOTÆ

- 366 *Rudibus sylvis accommodat usum*] Cogitat in sylva, ad quem usum aptæ sint arbores rudes, quæ nondum informatæ sunt ad ullum opus.
- 369 *Carinæ*] Fabricandæ infimæ parti navis ; nam carina fundus est navis.
- 370 *Cupressus*] Dicitur cupressus, i, et cupressus, us.
- 371 *Cespitem vicino*] Cespitem vicinum habentes, id est, inter se proximæ.
- Quales, &c.*] Pulchriores non nascuntur in Ida monte prope Simoënta fluvium Trojanum.
- 373 *Apollinei nemoris nutritor*] Apollineum nemus est lauretum. Alludit ad nemus, quod *Daphnon* dicitur, a laurorum frequentia, et in suburbis Antiochiæ reponebatur : ubi nonnulli gesta esse referunt, quæ de Daphnes fabula jactantur. Apollinis autem Daphnæi lucus alit cupressus immensæ proceritatis propter memoriam pueri Cyparissi ob cervi mortem contabescentis, et in cupressum mutati.
- Orontes*] Fluvius alluens Antiochiam. Olim Typhon, a Typhone gigante illic dejecto : deinde Orontes, ab Oronte Indo, ibi sepulto, cujus cadaver, undecim cubitis altum, inventum est.

Germanas adeo credas: sic frontibus æquis  
 Astant, et socio despectant vertice lucum. 375  
 Hæ placuere faces. Pernix invadit utramque,  
 Cincta sinus, exerta manus, armata bipenni:  
 Alternasque ferit, totisque obnixa trementes  
 Viribus impellit. Pariter traxere ruinam,  
 Et pariter posuere comam, campoque recumbunt, 380  
 Faunorum Dryadumque dolor. Complectitur ambas,  
 Sicut erant, alteque levat; retroque solutis  
 Crinibus ascendit fastigia montis anheli,

*Phæbeæ non alluit in littore locuplete. Certo putes esse sorores: ita assurgunt ramis æqualibus, et exsuperant pari altitudine: hæ lædæ placuerunt Cereri. Illa prompta habens vestes succinctas, et nudata brachia, instructa securi, aggreditur ambas cupressus, et percutit unam post aliam, atque incumbens omni impetu dejicit tremulas. Simul pertulerunt exitium, et simul deposuere frondes, et procubuerunt in agro, qui mæror est Faunorum et Dryadum. Ipsa corripit utramque, ut erat, et extollit in altum, et comis rejectis post tergum, exsuperat cacumina montis suspi-*

374 frondibus tres Vatt. item A. et d. Pal. frondibus vel frontibus Vat. sec. Ambr. tert. Oxon. sec. Voss. sec. adstant Æquis Vat. A.—375 Exstant duo Vatt. Florent. Bonon. Ambr. tert. duo Jun. Voss. Var. LL. e marg. Parm. Adstant vel Exstant Vat. quart. inc. Heins. qui ascripserat Epigr. LXI. Priapeiorum: 'Quod quondam bene fructuosa malus Autumnis sterilis duobus adstem.' despectat Petav. tert. prospectant Vat. pr. lucum Med. quart. laurum Put. cælum Pal. Florent. m. pr. Heins. H. lucum vel cælum Med. pr. Vat. sec. Voss. sec.—376 utrumque Put. utrasque Voss. pr.—377 extensa manus Voss. pr. experta Petav. sec. erepta Vat. quint. ornata bipenni Bonon.—378 Alternansque Pal. duo Med. Heins. H. secat pro ferit Put. totis obnixa Jun. sec.—379 tenuere ruinam Vat. quint.—380 Et posuere comam pariter Vat. pr. Cod. Bartholin. comas Vat. A. Exc. Læti. comam duo Med. Heins. et chartac. ejusd. Put. Reg. tres Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Exc. Petav. quart. Ald. ed. Parm. recumbit Florent.—381 umbras pro ambas Voss. pr.—382 erant Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Voss. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. erat edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. Colin. Gryph. altoque Voss. pr.—383

## NOTÆ

374 Germanas credas] Adeo sunt similes.

376 Hæ placuere faces] Hæ arbores placuerunt Cereri ad faces conficiendas; forte quia erat præsağa funeris. Apud Ovidium lædæ Cereris sunt pineæ.

377 Exerta manus] Id est, nudata quoad manus, ut foret expeditior ad ictus inferendos.

381 Faunorum Dryadumque dolor]

Id quod allatum erat dolorem Faunis et Dryadibus. Faunos et Dryades communibus pæne sacris venerabatur antiquitas, sicut numina agrestia: Dryades porro arboribus æquævæ una cum iis cadebant. Magna Cereris indignatio, quæ ne Nymphis quidem, quas in Eresichthone, vel Erisichthone vindicat, pepercerit.

383 Montis anheli] Ætnæ, quæ ob incendia anhelare ac suspirare, et

Exsuperatque æstus, et nulli pervia saxa,  
 Atque indignantes vestigia calcat arenas : 385  
 Qualis pestiferas animare ad crimina taxos  
 Torva Megæra ruit ; Cadmi seu mœnia poscat ;  
 Sive Thyesteis properet sævire Mycenis.  
 Dant tenebræ manesque locum, plantisque resultant  
 Tartara ferratis : donec Phlegethontis ad undam 390

*rantis, et exadit vapores ignis, et rupes inaccessas omnibus, et proculcat cineres non patientes pedem : sicut Megæra irata properat accendere taxos perniciosas ad scelera patranda ; seu petat urbem Cadmi, seu festinet furere Mycenis Thyeste infamatis. Obscuritas et umbræ cedunt loco, et Tartara resonant pedibus ferreis,*

*montis fastidia* Voss. pr. *anhelans* pro *anheli* conjiciebat Heins.—384 *Exuperat* sine copula, Florent. Var. LL. e marg. Parm. *saxo* Petav. sec.—385 *habenas* pro *arenas* Voss. pr.—386 *armare* Vat. Livin. *animarum* Reg. m. sec. Oxon. sec. m. sec. ed. Parm. ex conjectura. *ad carmina* Vat. pr. *ad prælia* Oxon. sec. *limina* Vat. d. Cod. Bartholin. Moret. pr. *ad culmina* Voss. pr.—387 *ruit* Reg. cum glossa, *i. e. eruit. seu Cadmi* Vat. quint. et d. *mœnia poscat* Voss. sec. *mœnia* vel *limina* Vat. sec. *poscit* Put.—388 *properat* Vat. tert. et A. Pal. duo Med. Heins. H. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. pr. *properent* Ambr. tert. *servire* Vat. pr. quart. et d. inc. Heins. Tholos.—389 *plantisque* vel *palmisque* vel *portisque* Reg. Oxon. pr.—390 *in undam* Voss. pr. *in unda* tres Vatt. item A. et d. Pal. Cod. Bartholin. *ad undas* Exc. Petav. quart. *in*

## NOTÆ

anhelantibus similis esse videtur.

385 *Indignantes vestigia arenas*] Calidos atque æstuantés cineres, quos nemo audeat tangere.

386 *Qualis*] Talis est Ceres dum cedros accendit, qualis est Megæra dum accendit taxos. Præterea Ceres Erinnyis aliquando dicitur, et sumta Furix forma cum Neptuno concubuisse dicitur.

*Pestiferas taxos*] Perniciosas, mortíferas ; inde toxicum vulgo dicimus.

*Animare*] Accendere : nonnulli credidere ignem esse animal, quia alitur, movetur, crescit, extinguitur.

*Ad crimina*] Ad patranda scelera, vel ad homines depravandos, quod Furiarum munus est.

387 *Megæra*] Dicitur ἀπὸ τοῦ μεγάλειν, *invidere*, et ideo torva appellatur, quod excitet invidios, torvis

oculis alterius res secundas aspicere solitos.

*Cadmi mœnia*] Thebas, quas Cadmus ex Phœnicia profectus in Bœotia condidit, ex Oraculo præviam bovem secutus. Ideo autem Megæra Thebas petere fingitur, ob innumera crimina ibi patrata.

388 *Thyesteis Mycenis*] Perseus, Jovis et Danaës filius, condidit Mycenæ, quæ dicuntur Thyestæ, quod ibi Thyestes regnarit.

*Sævire*] Quia eo impulit Thyesten, ut Æropen Atrei fratris uxorem vitaret ; et deinde Atreum, ut editum ex hoc concubitu infantem Thyestæ epulandum apponeret, quæ scelera ita Sol aversatus est, ut cursum retro converterit.

389 *Tenebræ*] Dant locum, ob lucem lampadis Megærx.



Constitit, et plenos exceptit lampade fluctus.  
 Postquam perventum scopuli flagrantis in ora,  
 Protinus arsuras adversa fronte cupressus  
 Faucibus injecit mediis, lateque cavernas  
 Texit, et undantem flammaram obstruxit hiatum. 395  
 Compresso mons igne tonat, claususque laborat  
 Mulciber: obducti nequeunt hærere vapores.

*donec stet ad ripam Phlegethontis, et accepit tæda aquas plenas. Posteaquam ventum est ad ostium montis ardentis, statim Ceres jecit vultu non reflexo in voragine mediam cupressus accendendas, et antrum operuit undique, et interclusit exitus ignium erumpentium: mons reboat flamma cohibita, et Vulcanus inclusus æstuat: flammæ præclusæ non possunt retineri: culmina conifera effulserunt: Ætna*

*unda vel ad undam* Reg. Oxon. pr.—391 *Adstitit* Bonon. *Obstitit* Put. *accepit* Vat. pr. Cod. Bartholin. *suscepit* Florent. *exceptit* duo Med. duo Heins. Put. Reg. Tholos. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *fluctus* Moret. pr. Ald. *fructus* ed. Barth. pr.—392 *pervenit* Ambr. tert. *perventum* Florent. duo Med. duo Heins. Put. Tholos. Moret. pr. Jun. sec. duo Oxon. tres Petav. Exc. Petav. quart. et Ald. *perventum est* duo Vatt. et A. Reg. Bonon. duo Voss. *est perventum* edd. Vicet. Parm. Isingr. Barth. et al. *ferventis* Florent. inc. Heins. *flagrantis* Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *ferventis ad ora* Var. LL. e marg. Parm. *ad oram* Cod. Bartholin. *ad ora* Jun. sec.—393 *aversa* duo Vatt. et A. Cod. Bartholin. *adversa* Vat. quint. inc. Heins. Put. Petav. pr. Oxon. pr. Voss. sec. Ambr. tert. duo Jun. *fronde* Oxon. pr. Ambr. tert.—394 *incendit* Voss. sec.—395 *Traxit* pro *Texit* Vat. sec. *undantes...hiatus* Exc. Petav. quart. *flammis* Vat. pr. Vat. Livin. *flammis* vel *flammarum* Vat. sec. Voss. sec. *obtegit* Bonon. *obtrudit* vel *obstruxit* Reg. Oxon. pr. *obstrinxit* inc. Heins.—396 *mons* Petav. sec. *mox* Vat. quart. et d. Florent. inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Voss. pr. duo Jun. Exc. Petav. quart. *sonat* Pal. Med. pr. Jun. pr. m. sec. Ambr. tert. Heins. ascripserat locum Valer. Flacc. lib. iv. vs. 508. ‘Sic ubi prorupti tonuit cum forte Vesevi Hesperiaë letalis apex.’—397 *Mulcifer* Florent. Oxon. pr. *exire* quatuor Vatt. Cod. Bartholin. Vat.

NOTÆ

*Manes*] Dant locum, ceduntque metu Furiaë. Manes sunt Dii Inferi.

391 *Plenos exceptit lampade fluctus*] Id est, plenas aquas tæda accepit, seu accendit tædas in aquis plenis Phlegethontis fluvii, qui flammam volvit: φλεγέθω, ardeo; quia hic est fluvius ignis. Sunt fontes, qui lampadas admotas accendunt. S. Augustinus de fonte Garamantico; ‘Facem mirabiliter idem ipse accendit extinctam.’

392 *Scopuli*] Montis scopulosi, ar-

dentis, et flammam vomentis. Virgilius: ‘Saxi de vertice pastor.’ Id est, montis saxosi.

*Ora*] Ostium, hiatus; vocant ‘Crateras montium.’

393 *Adversa fronte*] Adeo ut ne vultum quidem averteret a flammis bacchantibus.

394 *Faucibus injecit*] In mediam voragine Ætnæ æstuantis.

396 *Laborat*] Completis omnibus antris æstu et fumo.

397 *Mulciber*] Vulcanus, Jovis et



Goniferi micuere apices : crevitque favillis  
 Ætna novis : stridunt admisso sulfure rami.  
 Tum, ne deficerent tantis erroribus ignes,  
 Semper inocciduos insopitosque manere  
 Jussit, et arcano perfudit robora succo ;  
 Quo Phaëthon irrorat equos, quo Luna juvencos.  
 Jamque soporiferas nocturna silentia terris

400

*aucta est novis ignibus : arbores crepitant sulfure accepto. Tunc ne flammæ deessent in peregrinationibus tam longis, imperavit eas remanere perpetuo inextinctas, semperque accensas, et aspersit arbores secreto liquore, quo Sol aspersit equos, quo Luna tauros suos. Et jam silentia noctis reddidere Orbi vicissitudinem somni-*

~~~~~

Livin. *hære* Vat. tert. item A. et d. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Bonon. Tholos. Jun. pr. m. pr. duo Oxon. Pal. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *exire* vel *hære* Reg.—398 *Coniferi* duo Med. Florent. m. sec. Reg. Petav. pr. Vat. Livin. ed. Vicet. *Corniferi* Vat. d. Pal. Jun. sec. Ald. Exc. Læti. *Canniferi* Exc. Petav. quart. *Cornigeræ* Voss. pr. *Horrifici* Ambr. tert. *Conferti* inc. Heins. *decuritque* pro *crevitque* Petav. sec. *cavillis* Voss. pr.—399 *strident* duo Vatt. et A. Cod. Bartholin. *stridunt* Vat. tert. et d. Florent. Med. pr. duo Heins. Tholos. duo Oxon. tres Petav. vid. lib. II. in Eutrop. 106. Cons. Olybr. 101. *sidunt* Med. quart. *amisso* Pal. *adverso* Ambr. tert. *panni* pro *rami* Petav. sec. *saxa* pro *rami* Moret. pr.—400 *Tunc* Vat. pr. et quint. Florent. Reg. Oxon. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *Et* Exc. Petav. quart. *tantis ardoribus* Vat. pr. *fervoribus æstus* Ms. Pulm.—401 *inocciduas* Petav. sec.—402 *profudit* Vat. A. *perfudit* Vat. pr. inc. Heins. Put. Oxon. pr.—403 *Quæ Phaëton* Vat. pr. *Pheton* Moret. pr. *juvencos* duo Voss. *jugales* duo Petav. *juvencos* vel *jugales* Ambr. tert.—404 *soporiferas* Exc. Læti.

## NOTÆ

Junonis filius ; vel Junonis tantum sine viri consortio. Mulciber dictus, quasi mulcens ferrum. Æolias insulas, Ætnam, Lemnonque habitabat.

398 *Coniferi apices*] Cupressi comæ, quæ desinunt in conum, seu figuram pyramidis.

399 *Admisso sulfure*] Arbores crepitant correptæ incendio sulfuris admissi atque urentis : sulfur autem delitescit in Ætna, et inde causa putatur incendii. Solum 'intrinsicus stratum sulfure et bitumine traditur : quæ res facit ut, spiritu cum igne inter interiora luctante, frequentes et compluribus locis, nunc flammæ, nunc vaporem, nunc fumum eructet. Inde denique Ætnæ montis per tot

sæcula durat incendium.' Justinus.

402 *Arcano succo*] Secreto, sacro medicamine, seu gramine, quod in eunte vere nascitur apud insulas Beatorum, quo Sol pascit equos, ut resistant ignibus, et cursu irrequieto non rumpantur. Ovid. 'Tum pater ora sui sacro medicamine nati Contigit, et rapidæ fecit patientia flammæ.'

403 *Phaëthon*] Ponitur pro Sole : *φαέθω, luceo, ardeo.*

*Luna juvencos*] Juvenci trahunt currum Lunæ ; quod fingitur vel ob similitudinem cornuum, vel quod, tauri instar, omnia circumeat. Sed et vehiculum Lunæ mulus trahere dicitur ; quod, sicut mulus non ex suis paren-

Explicuere vices : laniato pectore longas 405  
 Inchoat illa vias, et sic ingressa profatur :  
 Non tales gestare tibi, Proserpina, tædas  
 Sperabam : sed vota mihi communia matrum,  
 Sed thalami festæque faces, cœloque canendus  
 Ante oculos Hymenæus erat : sic Numina fatis 410  
 Volvimur, et nullo Lachesis discrimine sævit ?  
 Quam nuper sublimis eram, quantisque procorum  
 Cingebar studiis ? Quæ non mihi pignus ob unum  
 Cedebat numerosa parens ? Tu prima voluptas,  
 Tu postrema mihi : per te fœcunda videbar. 415

*feram : illa Ceres, sinu lacerato, aggreditur iter longinquum, et ita loquitur incedens : Non sperabam, o Proserpina, me laturam esse tibi tales faces : sed desideria matrum communia mihi erant, sed nuptiæ et tædæ solennes, et Hymenæus cantandus in cœlo versabatur in oculis meis. Sic nos Deæ vexamur a fatis, et Parcæ furunt absque ulla differentia ? Quam excelsa eram modo ? Quantoque ambitu procorum circumdabar ? Quæ mater vel fœcundissima non cedebat mihi ob unam filiam ? Tu, o Proserpina, gaudium primum fuisti, tu ultimum : per te existima-*

*Et jam somniferis* Vat. pr. Cod. Bartholin. *soporiferis* Vat. quint. chartac. Heins. ed. Vicet. *soporiferis* vel *soporatis* Ambr. tert.—405 *longe* Petav. sec.—406 *progressa* Vat. sec. Voss. sec. Hic in Petav. pr. desunt multa usque ad vs. 421.—407 *portare* Vat. quint.—409 *Sed thalami* Oxon. sec.—410 *Ante Deos* vel *oculos* Reg. Oxon. pr.—411 *Volvimur* Moret. pr. *Ducimur* Vat. pr. Cod. Bartholin. Vat. Livin. *Lachesis nullo* Vat. pr. Cod. Bartholin. *nullo Lachesis* Florent. inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Ambr. tert. Vat. Livin. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *nulla in discrimina* Petav. sec.—412 *Quam sublimis eram nuper* Jun. sec.—413 *qui non inc.* Heins. *heu nunc* Vat. pr. *quæ non modo* Jun. sec.—414 *Credebar pro Cedebat* Vat. pr. *generosa pro numerosa* Vat. quint. *voluntas pro voluptas* Petav. sec. Oxon. sec.—415 *postrema mei* tres Vatt. et

NOTÆ

tibus procreatur, sed ex asino et equa, ita illa alieno non suo fulgore lucet.

405 *Explicuere vices*] Sparserunt somnum, qui mortalibus exhibet laborum vicissitudinem, efficitque ut alterna quiete corpora reparentur.

407 *Tales tædas*] Alludit ad morem veterum, quo matres filiarum faces nuptiales accendebant atque præferrebant.

409 *Thalami*] Thalamus significat nuptias : supra.

*Faces*] Quinque faces ex alba spina præcedebant novam nuptam, pueri-

que patrimi et matrimi gestabant.

*Cœloque canendus Hymenæus*] Sperabam tuas nuptias esse celebrandas in cœlo, et canendum hymnum. Catullus : ' O hymenæe hymen ades o hymenæe.' Hymenæus supra explicatus.

410 *Fatis volvimur*] Nos Dii fatis subjicimur : sunt enim fata supra Deos.

411 *Lachesis*] Una ex Parcis, sed ponitur pro ipsis Parcis.

412 *Procorum*] Proserpinam petentium.

413 *Pignus*] Unicam filiam, quæ

O decus, o requies, o grata superbia matris!  
 Qua gessi florente Deam: qua sospite, nusquam  
 Inferior Junone fui: nunc squalida, vilis.  
 Hoc placitum patri. Cur autem ascribimus illum  
 His lacrymis? ego te, fateor, crudelis ademi, 420  
 Quæ te deserui, solamque instantibus ultro  
 Hostibus exposui: raucis securo fruebar  
 Nimirum thiasis et læta sonantibus armis,  
 Jungebam Phrygios, cum tu raperere, leones.

*bar fertilis mater. O ornamentum! O quies! O jucunda gloria parentis, Proserpina! qua sospite sustinui dignitatem Deæ: qua incolumi nunquam fui minor Junone; nunc sum sordida, abjecta. Sic placuit Jovi. Quid vero tribuimus illi hos fletus? Ego immitis perdidisti te, confiteor, ego quæ reliqui te, o Proserpina, et volens objeci te solam inimicis impendentibus; tuta scilicet potiebar choris raucis, atque hilaris in agris resonantibus copulabam leones Berecynthia, dum tu rapie-*

d. Pal. Florent. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Petav. sec. Tholos. Oxon. sec. ed. Vicet. *facunda* Jun. pr. *ferebar* Exc. Petav. quart.—416 *species* pro *requies* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *tanta superbia* Vat. pr. Cod. Bartholin. inc. Heins. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—417 *Dea* Med. pr. *nusquam* Vat. tert. et d. inc. Heins. Petav. sec. et Ald. *numquam* quatuor Vatt. Pal. Vat. Livin.—418 *Inferior Junone parens* Jun. sec. *nec squalida* Ambr. tert. *vili* pro *vilis* Petav. sec. *vultus* pro *vilis* Exc. Petav. quart.—419 *Hoc placuit* Ambr. tert. *Hoc patri placitum* Exc. Petav. quart. *placitum est* Vat. quint. *cur non pro cur autem* Jun. sec. *sed cur* Vat. quart. *causam...ullam* Tholos. *acembimus* [f. *accensebimus*] inc. Heins. *ullum* pro *illum* Vat. tert. et d. Pal. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. Bonon. duo Petav. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm.—421 *solamque* Med. quart. duo Heins. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. duo Voss. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm. *solam quæ* Vat. tert. et d. *solam quam* Med. pr. *solam te* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ambr. tert. *infantibus* Vat. quart.—422 *imposui* Vat. pr. *opposui* Vat. quint. *secunda* pro *secura* Petav. pr. *ferebar* Petav. sec.—423 *armis* tres Vatt. item A. et d. Pal. Cod. Bartholin. Jun. pr. *avis* Voss. pr. Vat. pr. Reg. Petav. sec.—424 *Zephyros* pro *Phrygios* Put. duo Petav. *te rapere* Vat. tert. et d. Pal. Tholos. Oxon. sec. Ambr. tert. *te cum rapere* duo Med. *cum te rapere* Put. duo Pe-

## NOTE

mihī erat pignus amicitiae Jovis.

416 *O Decus, &c.*] O filia, quæ eras meus honor, mea requies, qua superbiebam, &c.

418 *Squalida*] Sordibus obsita.

419 *Ascribimus*] Cur Jovem facimus auctorem hujus cladis? cur has ipsi ascribimus tribuimusque lacrymas?

423 *Thiasis*] Choris Cybeles fana-

ticis, ad rancum tympani sonitum saltantibus potiebar ipsa tripudians. *Θιάσος, chorus Bacchantum.*

*Sonantibus armis*] Plausu armorum, quæ Corybantes movebant. Sed et *θιάσος* est *cætus tripudiantium*: unde legitur optime *thiasis*.

424 *Leones*] Qui trahunt currum Cybeles.

Accipe, quas merui, pœnas. En ora fatiscunt 425  
 Vulneribus; grandesque rubent in pectore sulci.  
 Immemor en uterus crebro contunditur ictu.  
 Qua te parte poli, quo te sub cardine quæram?  
 Quis monstrator erit? quæ me vestigia ducent?  
 Quis currus? ferus ipse quis est? terræne marisne 430  
 Incola? quæ volucrum deprendam signa rotarum?  
 Ibo, ibo, quocumque pedes, quocumque jubebit  
 Casus: sic Venerem quærat deserta Dione.  
 Efficietne labor? Rursus te, nata, licebit

*baris. O Proserpina, disce supplicium quod merui. En vultus dehiscit plagis, et cicatrices magnæ rubescunt in sinu: ecce venter oblitus officii sui percutitur ictibus repetitis. Sub quo tractu cœli vestigabo te? Qua sub regione? Ecquis erit index? Quæ via conducet me? Quis cursus? Quis est ipse raptor barbarus? An incola terræ an maris? Quæ animadvertam vestigia rotarum velocissimarum? Vadam, vadam, in quamcumque partem pedes, in quamcumque fortuna imperabit. Sic Dione ipsa derelicta vestiget Venerem filiam. An labor faciet aliquid? An*

*tav. te raptore Voss. pr.—425 Aspice Vat. quint. nunc ora Vat. pr. heu ora Vat. quint. operta pro en ora Exc. Petav. quart. patescunt pro fatiscunt Vat. sec.—426 ruunt pro rubent Vat. pr. Cod. Bartholin. sub pectore Exc. Petav. quart.—427 est uterus Oxon. pr. venter Vat. quint. pleno pro crebro Ambr. tert. contenditur Voss. sec.—428 sub sidere vel climate Florent. qua me Vat. quart. quo me Jun. sec. Ambr. tert.—430 Qui currus Vat. quart. et d. Oxon. pr. ille duo Vatt. et A. Cod. Bartholin. ipse Reg. Jun. pr. Oxon. sec. Petav. tert. duo Voss. terræne marisne Vat. pr. Pal. Put. Petav. sec. Voss. sec.—431 qui Petav. tert. qua Vat. quart. rotarum Vat. sec. tuarum Pal. Med. quart. viarum tres Vatt. item A. et d. Med. pr. duo Heins. Put. Reg. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Oxon. pr. duo Jun. duo Voss. tres Petav. Exc. Petav. quart. rotarum vel viarum Voss. sec.—432 Ibo tamen quocumque Jun. sec. quantumque Exc. Petav. quart. jubebunt Jun. sec. rubebunt Ambr. tert. videbit Vat. pr. Put. Petav. sec.—433 Error pro Casus inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. quærit duo Med. quæret Put.—434 Efficietne Put. Proficietne Reg.*

NOTÆ

426 *Vulneribus*] Genæ unguibus laceratæ.

431 *Volucrum rotarum*] Velocissimarum, et quarum ideo vestigia non tam firme impressa sunt ut possint animadverti.

433 *Sic*] Imprecatio. Sic Dione quærat filiam, ut ego deserta quæro Proserpinam.

*Deserta*] Alludit ad Cererem, quæ deserta dicta est post amissam

Proserpinam. Virgilius: 'Templumque vetustum Desertæ Cereris.' Vel deserta dicitur ob solitudinem; Cereris enim templa sunt in angulis et secessibus.

*Dione*] Tethyos et Oceani filia, mater Veneris.

434 *Efficietne labor*] An proderit aliquid labor in te quærenda susceptus?

Amplecti? manet ille decor? manet ille genarum 435  
 Fulgor? an infelix talem fortasse videbo,  
 Qualis nocte venis; qualem per somnia vidi?  
 Sic ait, et prima gressus molitur ab Ætna;  
 Exitiique reos flores, ipsumque rapinæ  
 Detestata locum, sequitur dispersa viarum 440  
 Indicia, et pleno rimatur lumine campos,  
 Inclinatque faces. Omnis perit orbita fletu.  
 Omnibus admugit, quacumque it in æthere, sulcis.  
 Adnatat umbra fretis, extremaque lucis imago

*concedetur osculari te iterum, o filia? An tua illa pulchritudo remanet? An ille splendor vultus remanet? An ego infortunata aspiciam talem te, qualis ades per noctem, qualem aspexi in somnis? Ita Ceres loquitur, et capessit viam primum ab Ætna; execrata flores auctores calamitatis, et locum ipsum raptus, sequitur signa sparsa orbitæ, et scrutatur agros tæda ardenti, et demittit lumen: omne vestigium rotæ deletur lacrymis: ejulat in cunctis tractibus rotæ, quacumque currit per aërem. Umbra Cereris natat super mare, et*

Tholos. *te nota* Petav. sec.—435 *color pro decor* Vat. pr.—436 *tandem pro talem* Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *te nata pro fortasse* Vat. quint.—437 *qualis per somnia* Petav. sec. *Proserpina pro per somnia* Cod. Bartholin. Hic deficiunt Vat. quart. Pal. Florent. Med. pr. et quart. Heins. H. Put. Reg. Petav. sec. et tert. Exc. Petav. quart. Put. Jun. pr. duo Oxon.—438 *primos* Vat. pr. et primo Jun. sec.—439 *Exitiique vel Excidiique* Voss. sec.—440 *diversa viarum* Vat. A. Hic deficit Tholos.—441 *plenos* Vat. pr. inc. Heins. *prono* Livin. ut apud Stat. x. Theb. 364. *pleno* i. e. *toto* Heins. *scutatur* Vat. sec. *scrutatur* vel *rimatur* Voss. sec.—442 *largo madet pro omnis perit* Vat. quint. *perit orbita* Voss. pr. *madet* Vat. pr. et A. Cod. Bartholin.—443 *adjungit pro admugit* Ambr. tert. *quacumque it in æquora* Exc. Læti. *quocumque it in æquore* Vat. pr. et quint. Cod. Bartholin. chartac. Heins. Voss. pr. Jun. sec. *quocumque it in* Vat. Livin. *quocumque iit* Ald. *quocumque in litora* Vat. A. *quocumque it in æquore* vel *in tempore* Voss. sec. *sulcis* Vat. quint. *silvis* Moret. pr. *lucis* Exc. Schott. *fultus* inc. Heins. *fulvis* Vat. pr. Cod. Bartholin. chartac. Heins. Voss. pr. Jun. sec. Exc. Læti. *fulvis* vel *silvis* Voss. sec.—444 *Adnatat* Petav. pr. *Ac natat* Vat. sec. *Innatat* Jun. sec. *unda* inc. Heins. *extremaque* ed. Vicet. *externaque* Cod. Bartholin. Jun. sec. Ald. *extremaque* vel *ex-*

## NOTÆ

435 *Genarum fulgor*] Forte alludit ad Lunam, quæ eadem est cum Proserpina.

438 *Prima ab Ætna*] Primum ab Ætna proficiscitur, vel a summo Ætnæ vertice.

439 *Exitiique reos flores*] Qui in causa fuerant, cur raperetur Proserpina; et hinc indicat rem gestam esse prope Ætnam montem.

440 *Viarum indicia*] Sequitur legitur que signa orbitæ currus late dispersa.

441 *Rimatur*] Diligenter exquirat cum tæda, quæ repleta est toto suo lumine.

442 *Inclinat faces*] Demittit, perscrutando diligentius, et ut propius inspiciat, et ut melius etiam tæda luceat.

443 *Sulcis*] Quacumque sulcat cur-



Italiam Libyamque ferit. Claescit Hetruscum 445  
 Littus, et accenso resplendent æquore Syrtes.  
 Antra procul Scyllæa petit: canibusque reductis  
 Pars stupefacta silet, pars nondum exterrita latrat.  
*Reliqua desiderantur.*

*species ultima luminis percutit Italiam et Libyam. Littus Hetruriæ refulget, et Syrtes relucent mari inflammato. Longe verberat cavernam Scyllæ, et canibus coercitis, pars attonita tacet, pars nondum perterrita allatrat.*

~~~~~  
*ternaque* Voss. sec.—445 *Siciamque* pro *Libyamque* inc. Heins. *petit* pro *ferit* Vat. quint. *utrisque* pro *Etruscum* Vat. pr.—446 *accensæ* id. Vat. *respondent* inc. Heins. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *splendescunt* Vat. quint.—447 *Antra petit Scyllæa procul* Ald. *relictis* Var. LL. e marg. Parm. *reductis* vel *reclusis* chart. Heins. *reductis* vel *relectis* inc. Heins. *non exterrita* Vat. A. *nondum territa* Vat. pr. Moret. pr. Jun. sec. Vat. Livin. *deest reliquum* Gyrard. in Lucens. sec. erat, *Explicit liber Claudiani de Raptu Proserpinæ. nota, quod unum tantum librum facit.* Notandum vero hic, mirum videri, si in Lucensi Codice sec. carmen hoc de Raptu fuerit [nam in Luc. pr. non legitur] cur nullæ ex eodem ab Heinsio Var. LL. notatæ sint; uno loco excepto Lib. II. 258. ubi *noxæ* pro *culpæ* legitur. nisi ibi perperam E pro F. i. e. Lucensem pro Vicetina notaverit, vel hic memoriæ lapsu Lucensi sec. tribuerit, quod alii Codici tribuendum erat. in chartac. Heins. ed. Vicet. marg. Parm. erat *Finis Cl. Claudiani de Raptu Proserpinæ, ejus quod invenitur, nam ultimum volumen apud nos non exstat.* Voss. pr. exhibet, FINIS EST TRAGŒDIÆ HEROICÆ CLAUDII CLAUDIANI POETÆ SUAVISSIMI. NUMQUAM FEFELLIT VERITAS.

NOTÆ

ru rotisque aërem, admugit, ejulat.

445 *Italiam*] Sic dictum a Duce Italo: alias dicebatur Argessa, Sarnia, Ansonia, Tyrrhenia, Cœnotria.

*Libyam*] Littus Africæ, ubi Libya est.

*Hetruscum littus*] Littus Hetruriæ, quæ pars est Italiæ.

*Syrtes*] Supra, vide vs. 322.

447 *Scyllæa*] Scylla duplex: filia Nisi, quæ succiso fatali patris crine Megaram Minoi prodidit; et a patre

vexata, in avem Cirin seu Alaudam mutata est; et sub hac Dalila Sansonis intelligitur: alia Scylla, filia Phorci, quæ quod degluberet amatores, indignatione Deorum conversa est in maris monstrum, corporis ingenti vastitate, senis cervicibus, duodecim pedibus, triplici dentium ordine, fauces ad prædam profert ex alto antro.

*Reductis*] Metu coercitis atque recedentibus.



XXXVII.

CL. CLAUDIANI  
GIGANTOMACHIA.

---

---

ARGUMENTUM.

TERRA irata in Deos parit gigantes, eosque ad bellum excitat. Hi erumpunt: Dii territi, Jovis Regiam petunt: Gigantes pugnant, volvuntque montes. Dii contra Cœlum defendunt, et primum Mars, tum Pallas hos elidunt.

---

TERRA parens quondam, cœlestibus invida regnis,

*Terra mater olim, æmula imperii Deorum, et una commota cruciatibus repetitis*

//////////

Deest hoc carmen Oxon. pr. Vossianis, Junianis, tribus Heinsii, Med. tert. Farn. Pric. Reg. Thuan. Petav. tert. Pat. Ambr. sec. Tholos. Moret. sec. et Lov. Legitur contra in omnibus Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tribus Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. et sec. Bonon. Ambr. pr. et sec. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Lucens. pr. Cod. Rhem. vet. Gyr. Vat. Livin. Buslid. Exc. Pat. rec. Ald. ed. Parm. et Var. LL. e marg. Parm. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. item in Codice S. Galli, in quo varia Catalecta descripserat Goldastus, et quem Heinsius hic litera *D* notaverat. Moret. pr. Med. quart. et inc. Heins. *De Gigantomachia* inscribunt. In plurimis aliis Inscriptio deest.

De Gigantibus Apollodorus copiose in Bibliotheca p. 9. 10. 11. Severum vide initio Ætnæ.

1 *Terra reperta olim* Ambr. tert. recens quondam Cod. ab Heinsio litera *I*

NOTÆ

*Gigantomachia*] Id est, pugna Gigantum in Deos: γίγας, ἄνθρωπος, et μάχη, pugna. Heinsius putat hoc Poëma a Claudiano Græce scriptum esse, nec

Titanumque simul crebros miserata dolores,  
 Omnia monstrifero complebat Tartara foetu,  
 Invisum genitura nefas : Phlegramque retextit  
 Tanta prole tumens, et in æthera protulit hostes. 5  
 Fit sonus : erumpunt Erebo, nondumque creati  
 Jam dextras in bella parant, Superosque lacessunt,  
 Stridula volventes gemino vestigia lapsu.  
 Pallescunt subito stellæ, flectitque rubentes  
 Phœbus equos, docuitque timor revocare meatus. 10  
 Oceanum petit Arctos, innociduique Triones

*Titanum, replebat cuncta loca inferorum partibus portentosis, productura scelus horrendum : et turgescens tanta sobole, aperuit Phlegram, atque edidit hostes in cælum. Murmur auditur. Gigantes emergunt ex Orco, et nondum nati, jam accingunt manus ad prælia, et provocant Deos, torquentes gradus stridentes gyro duplici serpentis. Astra statim pallent, et Sol avertit equos ardentis, ac metus jussit illum cohibere cursum. Ursa major descendit in Oceanum, et Triones non occidentes*

notatus, qui hinc repente olim vel repens conjiciebat.—2 dolores vel labores Rott.—3 mortifero Var. LL. ed. Antv. foetu Vat. pr. m. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Vat. Livin. Exc. Pat. rec. ed. Parm. cætu quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. m. sec. Var. LL. e marg. Parm.—5 tument Vat. pr. Ambr. pr. propulit pro protulit conjiciebat Heins.—6 Erebi Buslid. crebri quatuor Vatt. Pal. Oisel. Exc. Pat. rec. m. sec. Var. LL. e marg. Parm. cerebri Rott. crebro Vat. pr. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. m. pr. Cod. S. Galli, ed. Parm. Erebo legit Heins. nec dumque Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Ald. ed. Parm. Exc. Lucens. pr.—7 ad bella tres Vatt. lacessant Vat. pr.—8 gressu pro lapsu Exc. Cod. Rhem.—9 Pallescunt Moret. pr. flectitque Petav. pr.—10 cogitque timor conjiciebat Heins.—11 Oceanumque Med. sec. Arctus Var. LL. e marg. Parm.—

## NOTE

ab illo traductum, sed ab alio. Fuisse autem viros gigantes nemo dubitet, cum de iis sæpius mentio fiat in sacris Codicibus.

1 *Invida*] Quod depressa fuisset, et velut in infimam mundi partem relegata.

2 *Titanum*] Terra commota doloribus Titanum filiorum suorum, qui a Jove in Tartara dejecti magnis supplicii cruciabantur. Sunt qui merito Luciferi et Angelorum aliorum casum Titanibus comparent.

3 *Tartara*] Profundior est Inferorum locus.

4 *Genitura nefas*] Genitura gigantes, qui nefas invisum, seu scelus horrendum, in Deos patraturi erant : sicque ponitur effectus pro causa : metonymicōs.

*Phlegram retextit*] Id est, quassatis fundamentis Phlegram montem Thesaliæ in Græcia eruit in producendis gigantibus, vel aperuit quasi campum ad pugnam.

8 *Gemino lapsu*] Quia gigantes pro pedibus utebantur serpentibus ; unde ab Ovidio dicuntur 'Anguipedes.'

11 *Arctos*] Calisto invisæ Junoni, conversaque in ursam majorem, et

Occasum didicere pati. Tum fervida natos  
 Talibus hortatur genitrix in prœlia dictis :  
 O pubes domitura Deos, quodcumque videtis,  
 Pugnando dabitur : præstat victoria mundum. 15  
 Sentiat ille meas tandem Saturnius iras.  
 Agnoscat, quid Terra potest. Sic viribus ullis  
 Vincor ? cur Cybele nobis meliora creavit ?  
 Cur nullus Telluris honos ? cur semper acerbis  
 Me damnis urgere solet ? quæ forma nocendi 20  
 Defuit ? Hinc volucrem vivo sub pectore pascit  
 Infelix Scythica fixus convalle Prometheus.

*didicerunt ferre occasum. Tum mater ardens Terra accendit filios ad bella, his verbis: O filii mei superaturi Deos, certando donabitur vobis quicquid aspiciatis: victoria dat Cælum. Ille Jupiter experiatur tandem furores meos. Sentiat quid Terra possit. Itane superior ullo impetu? Quare Cybele fecit ea quæ præstantiora nobis sunt? Quare nulla est reverentia Terræ? Quare consuevit me semper infestare detrimentis molestis? Quæ ratio nocendi omissa est? Hinc Prometheus miserandus affixus in valle Caucasii Scythici, nutrit avem sub sinu vivente. Inde caput*

12 Occasus Med. sec. Oceanum Vat. quart. voluere quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Exc. Pat. rec. m. sec. didicere Vat. pr. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. Cod. S. Galli, Exc. Pat. rec. m. pr. cum fervida duo Vatt. Pal. duo Med. inc. Heins. Put. Bonon. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. perfida conjiciebat Heins. in prælia Ambr. pr. ad prælia Vat. pr. Cod. S. Galli.—14 Deos Var. LL. e marg. Parm. Deas ed. Parm. quæcumque Buslid.—16 Sentiet Vat. pr. Petav. pr. Cod. S. Galli.—17 Agnoscat Vat. Livin. Agnoscet Ambr. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. Agnoscit ed. Parm. Cognoscet tres Vatt. Cod. S. Gall. et Exc. Lucens. pr. Cognoscat duo Vatt. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. ed. Parm. Barth. et Var. LL. ed. Antv. quid Vat. Livin. quod Pal. Rott. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. si omnes Vatt. Pal. Rott. si turribus illis Buslid. curribus illis Oisel. Florent. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. curribus ullis Vat. tert. m. sec. Rott.—18 cur Cybele Vat. pr. si Cybele Exc. Lucens. pr. Ald. vobis Vat. tert. Florent. paravit Vat. tert. m. pr.—19 Cui nullus Vat. pr. honor tres Vatt. Florent. Exc. Pat. rec. qui Vat. pr. et quart. Oisel. cur Moret. pr. Exc. Lucens. pr. quin Livin. ¶ Cod. S. Gall. q semper Buslid. quæ tres Vatt. Pal. Florent. tres Med. Put. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm.—21 Deficit. hic Buslid. hic volucrem Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Ambr. tert. Cod. S. Galli, Exc. Lucens. pr. nullo pro vivo Pal. duo Med. sub vivo Exc. Pat. rec.—22 confixus valle Buslid. cum valle Petav. pr. Oxon. sec. pro valle

## NOTE

prohibita ab Oceano; sed hac de re diximus supra, sicut et de Trionibus.

16 Saturnius] Jupiter, Saturni filius.

22 Prometheus] De Prometheo, vide iv. Cons. Hon. vs. 228. Hic ob raptum e Cælo ignem, jussu Jovis a Mercurio Caucasii rupibus alligatus est, et ejus jecur aquilæ rodenti ex-

Hinc Atlantis apex flammantia pondera fulcit,  
 Et per canitiem glacies asperrima durat.  
 Quid dicam Tityon, cujus sub vulture sævo 25  
 Viscera nascuntur gravibus certantia pœnis?  
 Sed vos, o tandem veniens exercitus ultor,  
 Solvite Titanas vinclis: defendite matrem.  
 Sunt freta, sunt montes: nostris ne parcite membris.  
 In Jovis exitium telum non esse recuso. 30  
 Ite, precor; miscete polum, rescindite turres  
 Sidereas. Rapiat fulmen sceptrumque Typhoeus.

*Atlantis sustinet onus stellarum, et glacies durissima diu manet in crinibus ejus albis. Quare commemorem Tityon, cujus jecur sub vulture crudeli resistens suppliciiis acerbis, renascitur? At vos, o tandem catervæ vindices, erumpentes, liberate Titanas ex catenis, tutamini matrem vestram; sunt nobis maria et montes: ne omittite viscera nostra ad bellum: non renuo esse jaculum ad perniciem Jovis. Vadite, rogo, confundite cælum, avellite arces cælestes. Typhæus auferat fulmen et sceptrum!*

\*\*\*\*\*

Cod. S. Gall.—23 *Hic vel Quin Rott. Atlantis apex fumantia* duo Vatt. *Atlanteis fumantia* Med. sec. *sidera Rott. pectora Oisel. Med. sec. Exc. Pat. rec. fulcet* Cod. S. Gall.—24 *Deerat hic versus Ambr. tert. et Exc. Pat. rec.—25 Tityo Moret. pr. vulture Vat. pr. Pal. Oisel. gutture Moret. pr. vulnere tres Vatt. Exc. Pat. rec. m. pr.—26 certamina pro certantia Vat. quart. et quint.—27 nos Med. sec. veniet Buslid. ultro Vat. pr. Med. quart. Ambr. pr. m. pr. ed. Parm. ultor Var. LL. e marg. Parm. ultro vel ultor Exc. Pat. rec.—28 Solvite Titanas. cum τελεία στήμη, Vat. pr. et sec. Cod. S. Galli et Buslid. in Lucens. pr. vero hic unius versus spatium erat relictum.—29 nostris duo Med. Put. duo Petav. Oxon. sec. duo Ambr. Exc. Pat. rec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. vestris Vat. tert. Rott. nec Vat. pr. ne parcite Put. duo Petav. Oxon. sec. Ambr. tert. Buslid.—30 In necis exitium Buslid. telis duo Med. Put.—31 miscere Buslid. mulcete Vat. sec. restinguite turbas Vat. pr. Cod. S. Galli, Vat. Livin. rescindite turres vel restinguite turbas Ambr. pr.—32 flumen Flo-*

## NOTE

positum: sed tamen ab hac ave depascente Hercules eum liberavit, jussu ejusdem Jovis, quem Prometheus monuerat, ne Thetidem uxorem duceret, quia ex ea nasciturus erat filius patre major futurus. Id explicant multi de Astrologia, cui intentissimus erat Prometheus, ut qui ex altissimo Caucasi vertice Astra spectaret, et doctis sollicitudinibus, quasi aquila devorante, si ita loqui fas est, torqueretur.

*Delph. et Var. Clus.*

23 *Atlantis*] Quasi gigantes eum liberaturi sint, et Dii cælum sustinere cogantur.

25 *Tityon*] De hoc supra etiam dictum est.

27 *Titanas*] Filios meos in inferis detentos liberate.

29 *Membris*] Ne parcite montibus et saxis, quæ sunt membra Terræ.

32 *Typhoeus*] Typhoeus, Enceladus, et Porphyriion sunt totidem gigantes.

*Claud.*

3 U

Enceladi jussis mare serviat. Alter habenas  
 Auroræ pro Sole regat. Te Delphica laurus  
 Stringat, Porphyrio, Cirrhæaque templa teneto. 35  
 His ubi consiliis animos elusit inanes,  
 Jam credunt vicisse Deos, mediisque revinctum  
 Neptunum traxisse fretis. Hic sternere Martem  
 Cogitat, hic Phœbi laceros divellere crines.  
 Hic sibi promittit Venerem, spiratque Dianæ 40  
 Conjugium, castamque cupit violare Minervam.  
 Interea Superos prænuntia convocat Iris,  
 Qui fluvios, qui stagna colunt. Cinguntur et ipsi  
 Auxilio Manes: nec te, Proserpina, longe  
 Umbrosæ tenuere fores. Rex ille silentum 45

*mare obediat imperio Enceladi: alter gigas moderetur imperium orientis pro Sole. Laurus Delphica ornet te, o Porphyrio, et possideas detubra Cirrhæ. Postquam Terra infatuavit his hortatibus animos gigantum vanos, jam illi putant se superasse Deos, et raptavisse Neptunum constrictum per mare medium: hic gigas sibi fingit prosternere Martem, ille laniare capillos scissos Apollinis: hic pollicetur sibi Venerem, et meditatatur matrimonium Dianæ, et ardet stuprare Minervam pudicam. Interim Iris prænuntia congregat Deos qui habitant flumina et stagna. Quinetiam ipsi Manes accinguntur ad præsidium; neque januæ obscuræ te retardaverunt procul, o Proserpina. Rector ille tacentum, Pluto, fertur curru inferno, et equi*

rent. cælumque Typhoeus Var. LL. ed. Antv.—33 sæviat Ambr. pr. arenas tres Med. avenas Pal.—34 Auctore pro Auroræ Med. sec. legat inc. Heins. Delphica tellus Med. sec. Exc. Pat. rec.—35 Stringet Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Porphyrio Vat. Livin. Porfurio Vat. pr. Circeaque Var. LL. ed. Antv. teneto quatuor Vatt. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Cod. S. Galli. tenebo Oxon. sec. Exc. Pat. rec. tenebit Pal. duo Med. tenebis Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Exc. Lucens. pr. tenete Ambr. pr. tenebunt Barth.—36 animose lusit duo Vatt. Pal. tres Med.—37 revinctum duo Med. Petav. sec.—38 transisse Pal. duo Med. Ambr. tert. vadis pro fretis inc. Heins. matrem pro Martem id. Heins.—39 evellere Buslid. devellere ed. Parm. divellere duo Ambr. Moret. pr. Vat. Livin. Cod. S. Galli et alter ab Heins. littera J notatus, Oxon. sec. Exc. Vat. rec.—40 promittet Med. pr. spiratque Vat. pr. m. pr.—42 Ifas pro Iris Buslid.—44 matres pro Manes Pal. duo Med. 45 tenere moræ Exc. Pat. rec. m. pr.—47 mutantur Buslid. trepidosque Pal.

## NOTE

34 *Delphica*] Qualem gerit Apollo Delphicus, seu Delphis adoratus.

35 *Cirrhæa*] Cirrha oppidum Phocidis ad radicem Parnassi, ubi Apollo religiose colebatur.

42 *Iris*] Dicitur Deorum nuntia, quod cum pluviae, fulmina, tempesta-

tes in terram caderent, Dii etiam in terras descendere dicerentur. Isthæc porro non raro nuntiat Iris.

46 *Lethæo*] Curru nigro, et qualis esse debet, qui transvehitur Lethen, fluvium oblivionis, fluvium Inferorum.

Lethæo vehitur curru, lucemque timentes  
 Insolitam mirantur equi, trepidoque volatu  
 Spissas cœruleis tenebras e naribus efflant.  
 Ac velut hostilis cum machina terruit urbem,  
 Undique concurrunt arcem defendere cives ; 50  
 Haud secus omnigenis coëuntia Numina formis  
 Ad patrias venere domos. Tum Jupiter infit :  
 O nunquam peritura cohors, o debita semper  
 Cœlo progenies, nullisque obnoxia fatis ;  
 Cernitis, ut nostrum Tellus conjuret in orbem 55  
 Prole nova, dederitque alios interrita partus ?  
 Ergo, quot dederit natos, tot funera matri  
 Reddamus. Longo maneat per sæcula luctu ;

*ejus metuentes diem insuetum obstupescunt, et volatu timido emittunt ex naribus nigris caliginem densam. Et quemadmodum cum tormentum bellicum hostium terrificavit urbem, cives undequaque conflunt ad tutandas turres; non aliter Dii confluentes figuris omnigenis advenerunt ad palatium patrium: tum Jupiter sic loquitur: O cætus nunquam moriturus, o proles usque devota Cælo, et nulli exposita vicissitudini, videtis ut Terra cum nova sobole conspiret in mundum nostrum, et intrepida emiserit fœtus alios? Igitur referamus matri tot cadavera, quot peperit filios, jaceat in tristitia diu per tempora omnia, condemnata tumulis similibus pro*

Oisel. duo Med.—48 *cæruleisque* Cod. S. Galli. *cum naribus* Vat. tert. Florent.—49 *terrui orbem* Vat. sec. deest vero hic versus Moret. pr.—51 *nomina pro numina* Vat. sec. *formis* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *turmis omnes* Vatt. Pal. Rott. Oisel.—52 *patrias pro patrias* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Vat. Livin. *tunc* Pat. Moret. pr. *cum* Vat. tert. Florent. Buslid. *inquit* Vat. quart. Ambr. pr.—53 *dedita semper* Exc. Cod. Rhem. *dedita cælo Semper* Buslid. *debita cælo Semper* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Oxon. sec. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. *cælo Progenies semper* Med. sec.—54 *nullis obnoxia* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Exc. Lucens. pr. Ald. *nullisque* Vat. Livin.—55 *nostrum Tellus* Florent. duo Med. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *vestrum tellus* inc. Heins. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. *tellus nostrum* Vat. pr.—56 *novos pro alios* Med. sec.—57 *tot dederit* Vat. pr. *dederat* Ambr. tert. *partus pro natos* Cod. Epigr. Ambr.—58 *longoque manet* Pal.

## NOTE

- 51 *Omnigenis*] Adeo ut Dii etiam animalium corpora mutarentur. Ovidius: 'Delius in corvo, proles Semeleia capro, Fele soror Phœbi, nivea Saturnia vacca, Pisce Venus lauit.'
- 52 *Patrias*] Claudianus sequitur Platonem, qui unum Numen statuebat, unde origo ceteris foret.
- 54 *Fatis*] Nulli vicissitudini mortis obnoxia: nam alioqui, vel ipse Jupiter fatis subest, ac proinde a fortiori Dii ceteri, quos fatum hujus belli, seu hoc bellum fatale, infestat.
- 55 *Orbem*] Triplex mundus, Cœlestis, Terrenus, Infernus.



Tanto pro numero paribus damnata sepulcris.  
 Jam tuba nimborum sonuit : jam signa ruendi 60  
 His Æther, his Terra dedit : confusaque rursus  
 Pro domino Natura timet. Discrimina rerum  
 Miscet turba potens. Nunc insula deserit æquor :  
 Nunc scopuli latuere mari. Quot littora restant  
 Nuda ! Quot antiquas mutarunt flumina ripas ! 65  
 Hic rotat Hæmonium præduris rupibus Ceten :  
 Hic juga connexis manibus Pangæa coruscat :

*tanta multitudine. Jamque buccina cæli resonat ; jam Cælum his, Terra dedit illis indicia erumpendi ; et Natura turbata iterum metuit pro rectore suo Jove. Catera Gigantum valida turbat ordinem diversum rerum. Modo insula relinquit mare, modo rupes absconduntur in pelago. Quot littora nudata remanent ! quot fluxii verterunt ripas veteres ! Hic gigas volvit Ceten Thessalum cum cautibus durissimis : ille jaculatur manibus conjunctis culmina Pangæa : Athos frigidus dat uni*

Med. pr. Exc. Lucens. pr. *per sæcula* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. duo Ambr. Buslid. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. S. Galli, Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. ed. Parm. Exc. Lucens. pr. *luctu* Buslid. *ductu* Vat. pr. Ambr. pr. *victu* Pal. Med. pr. Exc. Lucens. pr. *cursu* Vat. sec. *luctus* Vat. quart., unde Heinsius legebat *longi maneant per secula luctus*.—59 *merito pro numero* Med. sec. *nostro pro numero* Cod. Epigr. Ambr.—60 *tuba membrorum* duo Vatt. *stagna pro signa* Buslid. *ruenti* Vat. tert. Pal. Oisel. Florent. tres Med. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Ald. *ruendi* Buslid. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr.—61 *His æther, his terra* tres Vatt. Pal. Med. quart. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Cod. Rhem. Var. LL. ed. Antv. *Terra dedit his æthereo* Florent. Vat. tert. Oisel. *Terra dedit his Etheo* Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *confusaque rursus* Vat. tert. Oisel.—63 *tunc* Buslid. *non* Exc. Pat. rec. *hinc conjiciebat* Heins.—64 *Nunc scopuli* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. *Non* Exc. Pat. rec. *Huc* Buslid. *maris* Pal. Cod. S. Galli.—65 *ripas* Var. LL. e marg. Parm. *terras* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. ed. Parm.—66 *Æmonium* quatuor Vatt. Rott. Cod. S. Galli. *Hæmonium* Put. Bonon. Oxon. sec. *Æmoniam* Vat. pr. duo Ambr. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *pro duris* Bonon. *rupibus* Buslid. Exc. Cod. Rhem. *artubus* Sched. Gud. *rupibus* vel *ducibus* ed. Parm. *orbem* Moret. pr. *Cetum* Med. sec. *Cetem* Buslid. duo Petav.—67 *conixus* Vat. pr. *connixus* Exc. Lucens. pr. *conexis* Oxon. sec. *convexis* tres Vatt. Put. *connixus* Ambr. pr. Vat. Livin. Ald. *connexis* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid.

## NOTÆ

60 *Tuba nimborum*] Jovis tuba sunt fulmina et tempestates.

61 *His Æther, his Terra*] Æther seu Cælum dedit signum Diis, Terra gigantibus.

62 *Discrimina rerum*] Ordinem diversum, quo res discriminantur.

63 *Insula deserit*] Insula multa ab-

sorbetur, aut avellitur, et sic deserit mare.

65 *Nuda*] Nudata suis scopulis et munimentis naturalibus.

66 *Ceten*] Cete, Athos, Pangæus, Ossa, et Rhodope sunt totidem Thessaliæ et Thraciæ montes.

Hunc armat glacialis Athos : hoc Ossa movente  
 Tollitur : hic Rhodopen Hebri cum fonte revellit,  
 Et socias truncavit aquas, summaque volutus 70  
 Rupe Giganteos humeros irrorat Enipeus.  
 Subsedit patulis tellus sine culmine campis,  
 In natos divisa suos. Horrendus ubique  
 It fragor, et pugnae spatium discriminat aër.  
 Primus terrificum Mavors non segnis in agmen 75  
 Odrysios impellit equos, quibus ille Gelonos,  
 Sive Getas, turbare solet. Splendentior igni  
 Aureus ardescit clypeus, galeamque nitentes

*arma: Ossa attollitur, altero attollente: alius avellit Rhodopen cum origine Hebri, et abscindit aquas cognatas, et Enipeus defluens ex scopulo alto irrigat humeros giganteos. Terra absque montibus distributa in filios suos deprimitur, campis immensis. Murmur horribile auditur ubique, et aër separat intervallum praelii. Primus Mars non impiger incitat equos suos Thracios in catervas terribiles Gigantum, quibus equis ille Mars consuevit terrere Gelonos, aut Getas. Scutum aureum ejus micantius flamma ardet, et cristæ coruscantes attollunt cassidem ejus. Tum ipse*

Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. *revellit* pro *coruscat* Vat. quint.—68 *Hunc armos* Oxon. sec. *hiems* pro *Athos* Buslid. *hic Ossa moventem* id. Buslid.—69 *cum pondere vellit* ed. Parm. ex conjectura. *sponde* Pal. duo Med. *ponte* quatuor Vatt. Oxon. sec. Buslid. Cod. S. Galli, et Var. LL. ed. Antv. Heinsius *Hæmi cum monte* conjecerat, sed postea delevit.—70 *curravit* Vat. sec. *volutus* Exc. Pat. rec. *lavatus* Moret. pr.—71 *irrorat* inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *erorat* Cod. Epigr. Ambr. *exornat* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. Petav. sec. Buslid. tres Med. Exc. Cod. Rhem.—72 *Subditur et* Exc. Lucens. pr. *Subsedit* Pal. Med. pr. *Subsedit* Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Subsedit* Vat. pr. et sec. item Vat. Livin. *patuli . . . montis* Buslid. *sine crimine* duo Vatt. *ripis* Exc. Pat. rec.—73 *In vates* Florent.—74 *Fit fragor* Med. sec., quod placet Heinsio.—75 *terrificus* duo Vatt. Florent. Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—76 *Odrisios* Buslid. *Odrisios* Vat. quint. Moret. pr. Exc. Lucens. pr. *Odrisios* Cod. S. Galli. *implevit equos* Pal.—77 *splendidior* Moret. pr. *igne* Exc. Lucens. pr. 78 *ignescit* Vat. tert. Rott. Florent. *nitentis* Vat. pr.—79 *Aspexere* Ambr.

## NOTÆ

- 69 *Hebri*] Hebrus fluvius est Thraciæ.  
 70 *Socias truncavit aquas*] Abscidit cursum aquarum sociarum, cognatarum, hoc uno amne defluentium; abscedit, inquam, avulso medio loco, seu scopulis et montibus interjectis.  
 71 *Humeros*] Adeo ut gigas aliquis cum rupibus avellat ipsum fluvium Enipeum, et humeris suis imponat; qui humeri ideo asperguntur aquis ex monte scaturientibus.  
*Enipeus*] Fluvius Thessaliæ.  
 74 *Pugnae spatium*] Aër separat pugnae spatium, quia gigantes non tangunt Deorum sedes ob interfusum aërem.  
 76 *Odrisios, Gelonos, Getas*] Supra de his omnibus abunde dictum est.

Arrexere jubæ. Tunc concitus ense Pelorum  
 Transigit adverso, femorum qua fine volutus 80  
 Duplex semiferis connectitur ilibus anguis,  
 Atque uno ternas animas interficit ictu.  
 Dum superinsultans avidus languentia curru  
 Membra terit, multumque rotæ sparsere cruoris,  
 Occurrit pro fratre Mimas, Lemnumque calentem 85  
 Cùm lare Volcani spumantibus eruit undis:  
 Et prope torsisset, si non Mavortia cuspis  
 Ante terebrato cerebrum fudisset ab ore.

*Mars incitatus trajicit gladio opposito Pelorum Gigantem, qua parte serpens geminus replicatus in extremitate femorum alligatur ilibus semiferis, et impetu uno occidit tres animas. Tunc Mars super assiliens, elidit cupidus curru corpus fractum Pelori, et tunc rotæ effuderunt plurimum sanguinis. Mimas succedit pro fratre, et avellit ex aquis spumosis Lemnum fumantem, cum foco Vulcani; et fere jaculatus esset Lemnum, nisi lancea Martis prius effudisset cerebrum ejus, capite perfosso.*

pr. *Aspersere* conjiciebat Heins. *tum* inc. Heins. Put. Petav. sec. Oxon. sec. Lucens. pr. *cum* Ambr. tert. *concius* duo Vatt. Rott. *consitus* Pal. Med. quart. Put. Petav. sec. Bonon. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv.—80 *Transiit* Med. sec. *averso* Pal. duo Med. *senior* pro *femorum* Vat. quint. *femore* Moret. pr. *fine* Vat. pr. Cod. S. Galli, Ambr. pr. Ald. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *parte* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Buslid. *solutus* Med. sec.—81 *signiferis* Moret. pr. *semifero* Vat. tert. Cod. S. Galli. *connectit* Petav. sec. *complectitur* Petav. pr. *ignibus* pro *ilibus* Moret. pr. deest hic versus Med. sec.—82 *trinas animas* Med. sec. Exc. Pat. rec. ed. Parm.—83 *Tunc* Vat. pr. Oxon. sec. *Tum* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. S. Galli et Epigr. Ambr. Exc. Petav. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *sæpe insultant* Med. sec. *avido* Exc. Cod. Rhem. *cursu* Vat. pr. Cod. S. Galli et Buslid. *cursum* Exc. Lucens. pr. *currus* Cod. J. deest hic versus duobus Med.—84 *inspersere* Vat. sec. Oxon. sec. *inspersere* Moret. pr. *cruoris* Vat. pr. Ambr. pr. *cruorem* Florent. tres Med. Petav. sec. Ambr. tert. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Exc. Lucens. pr. *cruorum* Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—85 *Mimas* Exc. Lucens. sec. *Minas* quatuor Vatt. Med. quart. duo Ambr. *Minas* Oxon. sec. *minans* Put. *minax* Oisel. Vat. tert. Pal. Rott. Florent. Buslid. Moret. pr. duo Med. *proferre minas* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *cadentem* Vat. Livin. Exc. Lucens. pr.—86 *Vulcani* tres Vatt.—87 *sed non* Ambr. tert. *nec non* Buslid.—88 *revelato* Vat. Livin. *revelatum* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *relevato* Oisel. Petav. sec. Moret. pr. Cod. S. Galli,

## NOTÆ

79 *Pelorum*] Gigantem portentosæ magnitudinis: *πέλωρ, πέλωρος*, et *πελώριος*, magnus, enormibus monstrosisque membris terribilis. Ceterum gigantes in Sicilia reponuntur, quia hæc fuit patria Cycloporum, hominum immanissimorum, et ingenti corporis proceri-

tate formidabilium.

85 *Mimas*] Gigas insignis, frater Pelori.

*Lemnum*] Insula hæc est maris Ægæi, inter officinas Vulcani reposita, qui et dicitur a Virgilio 'Pater Lemnius.'

Ille viro toto moriens, serpentibus imis  
 Vivit adhuc stridore ferox, et parte rebelli 90  
 Victorem post fata petit. Tritonia virgo  
 Prosilit, ostendens rutila cum Gorgone pectus.  
 Aspectu contenta suo, non utitur hasta :  
 Nam satis est vidisse semel : primumque furentem  
 Longius in faciem saxi Pallanta reformat. 95  
 Ille, procul subitis fixus sine vulnere nodis,  
 Ut se letifero sensit durescere visu,  
 Et steterat jam pæne lapis, Quo vertimur ? inquit,

*Ille Mimas emoriens secundum totum corpus humanum, vivit adhuc secundum partem anguinam infimam ferus sibilis, et aggreditur parte hac inimica victorem post mortem suam. Puella Tritonia Pallas prorumpit, monstrans sinum cum Gorgone micante, non impendit cuspidem, contenta visu suo, nam sufficit semel aspexisse. Ac primo transformat Pallantem sævientem procul in speciem saxi. Ille Pallas, affixus longe nexibus repentinis sine plaga, postquam animadvertit concrecere sese aspectu mortali Palladis, (et jam fere constiterat ut saxum) Quo rapimur ? ait ;*

\*\*\*\*\*

Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *reluctato* Exc. Cod. Rhem. *relaturo* duo Vatt. *celebrato* inc. Heins. unde *terebrato* legebat Heins. *fudisset ab ore cerebrum* Buslid. Post hunc versum desinit Ms. Bodleianus. [Oxon. sec.] deerant aliquot folia usque vs. 28. Lib. 1. de Raptu Proserpinæ.—89 *velut tuto pro viro toto* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. *spernentibus* pro *serpentibus* Pal. *serpente superstes* Cod. S. Galli.—90 *stridore* Exc. Pat. rec. *stridere* Ambr. tert.—91 *petit* Exc. Pat. rec. m. sec. *ferit* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. pr.—93 *Aspectu contempta* Florent. Med. pr.—94 *Non satis* Ambr. tert. *Non vel Nam* Moret. pr. *vidisse feram* Buslid. *ferentem* Vat. quart. *fremmentem* Vat. sec.—95 *facie* Cod. S. Galli. *forma* Med. sec. *formam* quatuor Vatt. Pal. Rbtt. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Varr. LL. ed. Antv. *saxa* Cod. S. Galli. *Pallante* Buslid.—96 *fixis* Vat. tert. Pal. Rott. duo Med. Buslid. Var. LL. ed. Antv.—97 *Et se* Buslid. *lentifero* Cod. Epigr. Ambr.—98 *pene* Exc. Lucens. pr. *pæne* Vat. pr. *parte* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr.

## NOTE

89 *Serpentibus imis*] Gigantes habebant inferiores corporis partes anguineas, unde et dicuntur a Græcis *δρακοντόποδες*, *anguipedes*, vel ob invisam hominibus formam, vel ob incensum superbum, vel quod nihil rectum agerent. Per hos intelliguntur seditiosi, impii, sacrilegi, vel tyranni, vel venti, vel denique turris Babel insani molitores.

91 *Tritonia*] Supra de Tritonia, et de Medusa una ex Gorgonibus, cujus caput spectantes in saxa vertebat.

92 *Cum Gorgone pectus*] Ostendens pectus suum munitum ægide, in qua Medusa inserta erat.

93 *Contenta*] Contenta aspectu suo, seu contenta aspici a gigantibus ; id enim ad victoriam sufficebat.

Quæ serpit per membra silex ? qui torpor inertem  
 Marmorea me peste ligat ? Vix pauca locutus, 100  
 Quod timuit, jam totus erat : sævusque Damastor,  
 Ad depellendos jaculum dum quæreret hostes,  
 Germani rigidum misit pro rupe cadaver.  
 Hic vero interitum fratris miratus Echion,  
 Inscius auctorem dum vult tentare nocendo, 105  
 Te, Dea, respexit, solam quam cernere nulli  
 Bis licuit : meruit sublata audacia pœnas,  
 Et didicit cum morte Deam. Sed turbidus ira  
 Palleneus, oculis adversa tuentibus atrox,

*quæ cautes gliscit per corpus memm ? Quis stupor alligat me exsanguem cum peste saxea ? Vix fatus pauca, jam totus factus erat quod formidavit ; et Damastor crudelis, dum rimaretur telum ad hostes pulsandos, torsit corpus saxeam fratris pro caute. Hic autem Echion obstupescens mortem fratris, ignarus dum cupit lacessere auctorem mortis ejus jaculando, aspexit te, o Dea Pallas, quam nemini datum est bis videre solam : temeritas ejus extincta meruit supplicium, et cognovit Deam cum leto. At Palleneus turbulentus rabie incedit immotis oculis crudeliter aspicientibus,*

tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Cod. S. Galli, Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *vertitur* Buslid.—99 *Quo* Med. sec. *Quæ* tres Vatt. duo Med. Put. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Cod. S. Galli et Epigr. Ambr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *serpit* Buslid. *serpsit* Pal. *qui torpor* Vat. pr. et tert. Pal. *quis* tres Vatt. Med. pr. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. pr. Buslid. Exc. Pat. rec. *quid* Med. sec. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr.—100 *veste* pro *peste* inc. Heins. *longa* pro *pauca* duo Vatt. *plura* Exc. Pat. rec.—101 *Quid timuit* Vat. quart. *sævique* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Exc. Pat. rec. *Damastor* Ambr. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. *Gemaster* Put. Var. LL. ed. Antv. *Demaster* Vat. quart. *Remastor* Moret. pr. *Jamaster* Cod. J. *Janaster* Buslid. *Jumaster* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. *Jamauster* Petav. sec. *Jemaster* duo Vatt. Pal. Oisel. duo Med. Petav. pr. inc. Heins. Bonon. Ald.—102 *cum* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *torqueat ictus* pro *quæreret hostes* Vat. sec. *torqueret ictos* Vat. quart. et quint.—104 *Hinc* Rott. *meritum* pro *interitum* inc. Heins. *miratus* Ambr. tert. *miratur* tres Vatt. Pal. Rott. Exc. Pat. rec. m. sec. *Echion* Vat. Livin. *Ethion* Cod. S. Galli. Ald.—105 *actorem* duo Med. Buslid.—106 *Tedam* pro *Te Dea* tres Med. *Thea* Exc. Pat. rec. *sol* pro *solam* Cod. S. Galli.—107 *sublati* legebat Heins. *pœnam* Pal. Med. quart.—108 *turpius* pro *turbidus* Buslid. *ira* vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. S. Galli. *Ida* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *iram* Vat. pr. Exc. Pat. rec. m. sec. ed. Parm. *Idam* Vat. sec. et tert. Pal. Rott. Oisel. *Idan* duo Vatt. Petav. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. *Idas* Ambr. tert. Med. quart.—109 *Pallanes* Cod. S. Galli.

## NOTE

- 100 *Marmorea peste*] Id est, saxo pentes annexos, ἔχισ, ἔχιος, vipera.  
 seu marmore, quod pestis instar ser- 107 *Sublata audacia*] Extincta cum  
 pit per meum corpus. auctore suo.  
 101 *Damastor*] Gigas ἀπὸ τοῦ δαμᾶν, 109 *Palleneus*] Gigas alius, forsau  
 domare. ἀπὸ τῆς πάλης, a lucta.  
 104 *Echion*] Gigas quoque ob ser-



- Ingreditur, cæcasque manus in Pallada tendit. 110  
 Hunc mucrone ferit Dea cominus : ac simul angues  
 Gorgoneo riguere gelu, corpusque per unum  
 Pars moritur ferro, partes periere videndo.  
 Ecce autem medium spiris delapsus in æquor,  
 Porphyryon trepidam conatur rumpere Delon, 115  
 Scilicet ad superos ut torqueat improbus axes.  
 Horruiet Ægeus : stagnantibus exsilit antris  
 Longævo cum patre Thetis, desertaque mansit  
 Regia Neptuni, famulis veneranda profundis.  
 Exclamant placidæ Cynthi de vertice Nymphæ : 120

*et impellit manus temerarias contra Palladem. Dea Pallas hunc percutit cuspidē prope : et statim serpentes Pallenei obriguerunt frigore Gorgoneo, et in uno corpore pars extinguitur armis, pars extinguitur visu. En autem Porphyryon gliscens per volumina anguinea in medium mare, tentat avellere Delon pavidam ; nimirum ut ferus jaculetur eam ad orbēs cælestes. Neptunus Ægæus expavit : Thetis cum parente sene emergit ex cavernis undosis, et palatium Neptuni, colendum famulis profundis, remansit vacuum. Nymphæ lenes de culmine Cynthi exclamant :*

\*\*\*\*\*

*Pallaneus* Vat. pr. Exc. Lucens. pr. *Palladiis* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *Pallaneus* vel *Palleneus* Var. LL. e marg. Parm. *aversa* Ambr. tert. *ruentibus* inc. Heins. —110 *certasque* Pal. duo Med. *telasque* Oisel. m. sec. *cæcas* sine copula, Vat. pr. m. pr.—111 *protinus* inc. Heins. *at simul* Med. sec.—112 *Gorgonea* Med. pr. *sinu pro gelu* Vat. sec. et quart. *corpusque perinde* Buslid. *inum pro unum* Rott.—113 *pars et pro partes* legebat Heins.—114 *delapsus* omnes Vatt. *dilapsus* Pal. duo Med. Put. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. Moret. pr. Buslid.—115 *Porphyryon* Vat. pr. Ald. *trepidum* inc. Heins. *vincere* Moret. pr. *rumpere* omnes Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Vat. Livin. Cod. S. Galli, et Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—116 *Si licet* Med. pr. *ad vel aut Superos* Moret. pr. *axes vel ignes* Rott.—117 *Obruit pro Horruiet* vet. Gyr. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *extulit pro exsilit* Exc. Pat. rec. *undis* tres Vatt. Petav. pr. Ambr. tert. *antris* Exc. Pat. rec. m. sec.—118 *dum patre* Moret. pr.—119 *famula profunda* Cod. S. Galli. *profundum* Moret. pr.—120 *Et clamant* Vat. pr. *placidæ* Cod. Epigr. Ambr. S. Galli, Exc. Pat. rec. *placido cunctæ* Vat. pr. et quart. *placidæ tunc* Vat. tert. Pal. Rott. Florent. tres Med. Petav. sec. Exc. Lucens. pr.

## NOTE

111 *Angues*] Qui connexi sunt in parte inferiori corporis gigantei, ut diximus. Virgilio, 'Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.'

115 *Porphyryon*] Immanis inter gigantes, et velut dux ceterorum.

*Delon*] Insula hæc est maris Ægæi, quæ dicebatur errare ; sed Apollo, ex

118 *Thetis*] Cum Oceano Deorum hominumque parente.

120 *Cynthi*] Cynthus est mons Deli insulæ.



Nymphæ, quæ rudibus Phœbum docuere sagittis  
 Errantes agitare feras, primumque gementi  
 Latonæ struxere torum, cum lumina cœli  
 Parturiens geminis ornaret foetibus orbem.  
 Implorat Pæana suum conterrita Delos,  
 Auxiliumque rogat: Si te gratissima fudit  
 In nostros Latona sinus, succurre precanti.  
 En iterum convulsa feror.

125

*Reliqua desiderantur.*

*Nymphæ, quæ exercuerunt Apollinem vexare telis juvenilibus feras vagantes, et apparaverunt lectum primum Latonæ laboranti, cum illa pariens duos oculos cœli, illustraret mundum partu duplici. Delos obstupefacta invocat Apollinem suum, et petit opem, hæc dicens: Si Latona pulcherrima peperit te in gremio nostro, auxiliare roganti. Ecce ego rursus avulsa rapior.*

Var. LL. e marg. Parm. *placidæ cunctæ* Vat. quint. inc. Heins. Put. Buslid. in Vat. quarto hæc legi non potuere. *placidæ Cynthi* Ambr. tert. *sacro pro Cynthi* Cod. S. Galli. *Cinti* Ambr. pr. cum glossa *i. e. montis. Cynthi* Exc. Cod. Rhem. *mensæ pro Nymphæ* Cod. Epigr. Ambr.—121 *domuere pro docuere* Pal.—122 *gemendi pro gementi* Var. LL. ed. Antv.—123 *exstruxere* Moret. pr. *lumina cœli* Put. *culmina* Cod. Epigr. Ambr. *lumina cœli i. e. ornamentum* Barthius; immo revera *lumina cœli* Phœbus et Diana. Virgil. 1 Georg. vs. 5. 6. 'Vos o clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.'—124 *oneraret* Pal.—125 *cum territa* Pal. Rott. Med. pr. Put. deerat hic versus in vet. Gyr. Florent. Med. sec. et Exc. Lucens. pr. *\*perterrita* Moret. pr. Buslid.—126 *rogant* Vat. tert. Rott. Oisel. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *cum te gratissima* Buslid.—127 *latura pro Latona* Med. sec. *nostro...sinu* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. ed. Parm. *nostros...sinus* Var. LL. e marg. Parm. *succede precanti* Buslid. Ultima verba *succurre roganti* desunt in Florent. tribus Med. Exc. Lucens. pr. Put. duobus Petav. Bonon. Ambr. tert. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. et marg. Parm. in qua scriptum *Desunt plura*. in Med. quarto ascriptum quoque erat *Opus imperfectum*. In fine Buslidiani additum erat, *Desiderantur nonnulla*. In Vat. pr. erat *Gigantomachia explicit. Incipit de Salvatore*. Ad fragmentum ex *Gigantomachia* Græca nihil in Mss. notatum erat.

## NOTÆ

123 *Lumina cœli*] Latona gemens      125 *Pæana*] Dictus est Apollo puerpera, seu laborans, peperit duo Pæan, ἀπὸ τοῦ πάλειν, *percutere*, quod lumina Cœli; id est, Solem et Lunam; seu Phœbum et Dianam.

XXXVIII.

Κ Λ Α Υ Δ Ι Α Ν Ο Υ

ΕΚ ΤΗΣ

ΓΙΓΑΝΤΟΜΑΧΙΑΣ.

ΚΥΠΡΙΣ δ' οὔτε βέλος φέρεν, οὔθ' ὄπλον· ἀλλ' ἐκόμιζεν  
Ἄγλαίην· θεμένη γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἄγγελον αὐδὴν,

INTERPRETATIO POETICA

*Diva potens Cypri nec tela nec arma ferebat,  
Sed formam, inque oculis vocem quæ nuntia mentis:*

INTERPRETATIO PROSA

Venus nec telum ferebat, nec arma, sed ornata erat pulchritudine; p̄-  
nens enim in oculis vocem nuntiam *mentis*, primum quidem capillos non tor-

NOTÆ

Hæc et sequentia Carmina Græca, quia a nemine, præter unum aut alterum de Crystallo Epigramma, fuerant illustrata, soluta et stricta oratione notisque illustravimus.

Κλαυδιανοῦ] Claudianus versuum Græcorum studio tenebatur; a quibus, auctore Olybrio, ad Musas Latinas animum feliciter adjunxit. Ceterum Gigantomachiam ab eo Græce scriptam esse testatur Arsenius, si Heinsio fides.

Γιγαντομαχίας] Hæc est Gigantum pugna: gigantes autem, seu homines portentosæ magnitudinis, extitisse certum est vel ex sacra Scriptura, in qua legitur, 'Vallis et terra gigantum;' et in Libro Judith c. xvi. 'Nec filii Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi,' &c.

2 Ἄγλαίην] Nulla Cypridi seu Veneri arma sunt in bello contra gigantes suscepto; sed una hujus Deæ

Πρῶτα μὲν ἀπλεκέας περόνη διεκρίνατο χείτας,  
 Καὶ πλεκτὰς ἔσφιγξε πυκνῷ περιπλέγματι σειρὰς,  
 Στίλβει δ' ὀφθαλμῶν ἔρατος ὑπεγράψατο κανθούς·  
 Λεπτὰς εὐανέμοιο ραφὰς χαλάσασα χιτῶνος,  
 Πορφύρεων οὐ κρύπτειν ὑφ' εἴμασιν ἄνθεα μαζῶν,

5

## INTERPRETATIO POETICA

*Non tortas primum alma comas discriminat aurea  
 Cyprius acu, et tortas densi premit ordine nodi;  
 Hinc fulgore novos oculis afflavit honores;  
 Arte laboratos ventis expandit amictus,  
 Purpureique sinus roseas sub veste papillas  
 Non tegit, ad prædas oculorum armata: capilli*

## INTERPRETATIO PROSA

tos acu distinxerat, et tortos crines densis nexibus astrinxerat, fulgore vero amabiles orbes oculorum ornauerat: eximias tenuis vestimenti commissuras explicans, non texerat sub vestibibus florem papillarum purpurearum,

## NOTÆ

pulchritudo armis omnibus præstat. Quæ quidem res indicat viros quosque fortissimos, qui nulla vi, nullis armis vinci queunt, mulierum forma et illecebris fuisse superatos.

2 *Ἀδὴν*] Oculi Veneris vocales erant, et mentis ipsius nuntii atque interpretes; adeo ut statim atque videbatur ab hostibus, muta quadam sed efficaci tamen eloquentia victoriam ab iis non tam peterent, quam extorquerent. Id quod eorum potest opinione confirmari, qui Suadelam, eloquentiæ Deam, Veneris filiam esse finxerunt. Noverant ingeniosi fabularum inventores pulchritudinem esse mutam facundiam, et in pulchritudine oculos esse multo facundissimos, et nihil non suadere, nihil non posse obtinere. Nobilis Torodæus popularis noster, vir certe cum multa eruditione, tum maxime Græca literatura, (ut edendi mox ab ipso de Græcia libri probabunt) conspicuus, non *Ἀδὴν* legit, sed *ἠγγελον Ἀγλῆν*, prænuntium pulchritudinis splendorem oculorum assumens, suamque conjecturam eo confirmat, quod splendor oculis maxime conveniat. Sic et postea legit non *σειρὰς*, sed *περιπλέγματ' ἑθειρας*: ἑθειρα autem apud Homerum sæpe

usurpatur pro cæsarie: sic de Patroclo dixit *μάνθησαν δὲ ἑθειραι Αἵματι καὶ κονίησι*, fœdati vero erant crines sanguine et pulvere.

4 *Σειρὰς*] *Σειρὰ* tamen significat etiam *crines* et *cincinnos*. Sic apud Pollucem legitur, *σειρὰ τριχῶν*, *crines intorti*. Hic autem ait Poëta Venerem crines habuisse non tortos partim, scilicet in vertice, et partim tortos, ut in extremitatibus, id quod usurpant fœminæ in crinibus ornandis.

5 *Στίλβει*] Vel potius *στίλβη*, *nitore*, quo Venus ornavit oculos. Et forsitan poëta alludit ad veterem consuetudinem mulierum, quæ olim supercilia et palpebras stibio depingebant. Testis hujusce rei *Jesabel*, quæ quidem, ex sacra Scriptura, 'introitu ejus *Jehu* audito depinxit oculos suos stibio.' Id autem vocabatur *ὀφθαλμοὺς στιμμίξεσθαι*, vel *δύματα ὑπογράφειν*: unde et *ὑπογράμματα ὀφθαλμῶν* sunt unum et idem ac *στιμμίσματα*, oculorum pigmenta. Id ita sentit nobilissimus doctissimusque Huetius, cujus consiliis velut oraculis uti consuevi.

6 *Εὐανέμοιο*] Vestis tenuis, et quæ vento facile impellatur.

Ἔμματος εἰς ἄγρην ὠπλισμένη· εἶχε γὰρ αὐτῇ  
 Πλέγμα κόρυν, δόρυ μαζόν, ὄφρῶν βέλος, ἀσπίδα κάλλος,  
 Ἔπλα μέλη, θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν· εἰ δέ τις αὐτῇ  
 Ἔμμα βάλη, δέδηγτο.

10

## INTERPRETATIO POETICA

*Flaventes huic cassis erant: erat hasta, papillæ;  
 Tela, supercilium; scutum impenetrabile, forma est,  
 Armaque membra Deæ, luctus lenimina: si quis  
 Ferret in hanc oculos, clades hunc certa manebat.*

## INTERPRETATIO PROSA

oculorum ad prædam armata: habebat enim ipsa capillos *pro* casside, *pro* lancea papillas, *pro* telo supercilia, *pro* clypeo formam, *pro* armis membra, fomentum in doloribus; et si quis *ad* eam oculos adjiceret, vincebatur.

## NOTÆ

8 Ἔμματος εἰς ἄγρην] Venus armata erat ad prædam, seu victoriam oculorum: siquidem plures oculis, quam alii armis, vinceret.

10 θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν] Lenimentum doloris seu cladis erat, quod victi a Dea pulcherrima vincerentur, et incruento certamine superati sese dedere cogentur, et se ita cogi gauderent.

CL. CLAUDIANI  
EPISTOLÆ.

---

EP. I. DEPRECATIO AD HADRIANUM PRÆ-  
FECTUM PRÆTORIO.

ARGUMENTUM.

CLAUDIANUS in Mallium et Hadrianum scripsisse dicebatur sequens Epigramma: ' Mallius indulget somno, noctesque diesque; Insomnis Pharius sacra, profana rapit. Omnibus hoc Italæ gentes exposcite votis; Mallius ut vigilet, dormiat ut Pharius.' Per Pharium intelligit Hadrianum Ægyptium, quia Alexandria oriundum, quem hoc Epigrammate vehementer offenderat, ut qui eum velut latronem et sacrilegum carperet. Ideoque sibi postea conscius malorum imminentium, et vexatos ab Hadriano amicos suos dolens, ejus iram hac Epistola deprecatur, sed ita tamen, ut homo ad dicacitatem propensus, (ut esse solent Africani) et Stilichonis auctoritate fretus, vix se teneat, quin ipsi illudat Hadriano.

USQUE adeone tuæ producitur impetus iræ?

*An violentia iracundiæ tuæ huc usque progreditur? An finis nullus erit fletibus*

~~~~~

In Bonon. Codice legebatur hoc carmen post Epigramma xxx. in quo *Præfatio ad Adrianum* inscribitur, uti et in Moret. pr. inc. Heins. et Cod. Epigr. Ambr. vocatur. in Lucens. pr. *Deprecatio ad Hadrianum.* et in marg.

NOTÆ

*Deprecatio*] In veteribus libris legitur hic titulus: *Epigramma satisfactionis apud Hadrianum.*

*Præfectum Prætorio*] Præfectus Prætorio ab Augusto Cæsare primum institutus est ex Equestri Ordine, ut

Nullus erit finis lacrymis? subitisne favorem  
 Permutas odiis? Quo mens ignara nocendi,  
 Quo sensus abiere pii? Tantumne licebit  
 Invidiæ? tantum strepitus valere maligni? 5  
 Me dolor incautus, me lubrica duxerit ætas;  
 Me tumor impulerit, me devius egerit ardor:

meis? *An convertis benevolentiam in me tuam, in odium repentinum? Quo animus nescius nocendi recessit? quo sensus mites recesserunt? An tantum permittetur livori? an rumores malitiosi tantum potuerunt, ut irritarent te contra me? Esto, dolor imprudens, juvenus mobilis impulerit me ad peccandum; arrogantia*

ed. Parm. simpliciter *Deprecatio* audit. Vat. Livin. habet *Cl. Claudiani Satisfactio pro se apud Stiliconem*. in Vat. pr. erat *Excusatio pro se, vel Satisfactio pro se apud Stilichonem*. Sched. Gud. *Epistolam ad Hadrianum Præfectum Prætorio* inscribunt. in Buslid. *Epistola ad Hadrianum* simpliciter vocatur.

1 tuo Rott. Med. pr.—2 erat Exc. Lucens. pr. erit quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. tot pro erit Exc. Pat. rec. subitisque quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. subitusque duo Med.—3 Permittas Vat. quart. Med. sec. Put. Ambr. pr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Sched. Gud. quæ mens Med. pr.—4 tui pro pii Pal. Vat. sec. m. pr. duo Med. Petav. pr. Cod. Ursin.—5 Invidiæ et tantum Var. LL. e marg. Parm. potuere pro valere Cod. Ursin.—6 decor pro dolor Med. sec. incautus quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. incautum Var. LL. e marg. Parm.—7 Me tumor Vat. quart. inc. Heins. Florent. Med. sec. Put. Oxon.

## NOTÆ

Cohortibus Prætorii imperaret: idque auctore Mæcenate, ait Dio. Postea 'Præfecturam Prætorii unam et modicam antea primus Sejanus intendit:' ex Tacito. Dicti sunt 'Præfecti Prætorio,' quod veteres omnem Magistratum, qui exercitui præesset, Prætores appellarent. Unde et Prætorium est Ducis exercitus tabernaculum; et in castris porta præcipua dicitur, 'Porta Prætoria.' Præfecti Prætorio dignitas magna est, et prima potestas a Principe, qui se fidei Præfectorum Prætorio credit. Hanc ob rem in Codice Justinianæo de eo dicitur 'sublimissima sedes,' l. II. de Cursu publico. Constantinus, victo Maxentio, quatuor instituit Præfectos Prætorio: unus erat Præfectus Prætorio Galliarum, alter Italiæ, tertius Illyrici, quartus Orientis, sub quo continebatur Ægyptus. Sed et Justinianus, Africa restituta, Vandalis-

que superatis, instituit Præfectum Prætorio Africae. De quibus omnibus Præfectis, id legitur in Codice Justinianæo, l. I. de Præfect. Præt. 'Præfectum urbi, et Præfectum Prætorio, et Magistros equitum ac peditum indiscretæ ducimus dignitatis.'

4 *Sensus pii*] Animus mitis, qui dicebatur esse in Hadriano.

5 *Invidiæ, strepitus maligni*] Ita se Claudianus excusat: tribuit enim quod dictum erat, invidiæ et malis sermonibus hominum malevolorum.

6 *Dolor*] Ob raptas res sacras et profanas: sed et Claudianus sic indicat se, etsi peccasset, non tamen ira Hadriani dignum esse.

*Lubrica ætas*] Ætas juvenilis, quæ mobilis est, et instar glaciei lubrica, qua ingredi sine casu aut prolapsione vix possis.

7 *Devius ardor*] Iracundia et teme-



Te tamen haud decuit paribus concurrere telis.  
 Humanæ Superos nunquam tetigere querelæ,  
 Nec vaga securum penetrant convicia cœlum. 10  
 Excessit jam pœna modum. Concede jacenti.  
 En adsum, et veniam confessus crimina posco.  
 Manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles.  
 Ultrices Furias matris placavit Orestes.  
 Reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces. 15  
 Pellæum juvenem Regum flexere ruinæ:  
 Darium famulis manibus doluisse peremptum

*rapuerit me, fervor ætatis præceps incitarit me; tamen non decorum fuit tibi pugnare armis similibus. Querimoniam hominum nunquam moverunt Deos, neque injuriæ incertæ pertingunt cœlum placidum. Jam supplicium præterit moderatiorem: parce afflicto: ecce offero me et confitens culpam peto veniam. Achilles immitis pepercit umbris Hectoreis. Orestes mitigavit Furias vindices parentis suæ Clytæmnestræ. Hercules restituit Priamo mania quæ expugnaverat. Casus regum commoverunt juvenem Pellæum Alexandrum. Hic dicitur genuisse Darium occisum manibus servi, et consolatus esse mortem ejus tumulto magnifico.*

sec. duo Petav. timor tres Vatt. Pal. Oisel. Med. pr. Exc. Lucens. pr. ingerit Moret. pr. egerit ardor vel error Exc. Pat. rec.—8 *Me tamen* Med. sec. Put. aut pro haud Buslid. licuit Moret. pr. perhibent pro paribus Florent. Med. sec.—9 *Humani* Vat. pr. m. pr. querelis Pal. Med. pr.—10 *sincerum* pro securum Med. quart. convicia pro convicia Var. LL. ed. Antv.—11 *Excellit* Buslid. modis Med. sec. nocenti Petav. sec.—12 *En sumat* Med. pr. *En sumant* Med. quart. *En adsum, veniam* Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *adsum et* Vat. pr. Med. sec. inc. Heins. Vat. Livin. Cod. Ursin. Raphel. *adsum at* Pal. *en veniam* legit Heins. *confessum* Buslid.—13 *Hectoreis manibus* Pal. duo Med. *sævus* Buslid. *agnovit* Med. pr.—14 *Ultrices* Florent. cum sedecim aliis, Exc. Lucens. pr. Pat. rec. Ald. et ed. Parm. *Victrices* al.—15 *fecerat* pro *ceperat* Bonon.—16 *flexere* Pal. duo Med. *fluxere* Med. pr.—17 *Hic Darium* Ambr. pr. *Et famulus Darium* Pal. duo Med. *Et Darium famulis* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *Darium famulis* inc. Heins. *Darius* Vat. sec. *famuli* Ambr. tert.

## NOTE

ritas præceps, quæ a recta officii via me dejecerit.

10 *Securum cœlum*] Licet mortales occinant verba pessima, Dii tamen securi remanent, et his minime tanguntur.

12 *En adsum*] Virgilius: 'Me me adsum qui feci.'

13 *Achilles*] Ignovit, dum corpus Hectoris reddidit Priamo ejus patri.

Hoc, et exemplis sequentibus hortatur Hadrianum, sibi parcat, et clarissimorum Heroum clementiam imitetur.

14 *Orestes*] Ille sæpe confessus excitari se materna specie, verberibus Furiarum ac tædis ardentibus, sed tandem placavit hasce Furias.

15 *Alcides*] Hercules Trojam expugnatam Priamo reddidit.

Fertur, et ingenti solatus fata sepulcro :  
 Tradita captivo spatiosior India Poro.  
 Conditor hic patriæ : sic hostibus ille pepercit. 20  
 Hunc virtus tua digna sequi. Quemcumque Deorum  
 Læsimus, insultet jugulo, pascatque furorem.  
 Gratia defluxit : sequitur feralis egestas.  
 Desolata domus : caris spoliatur amicis.  
 Hunc tormenta necant : hic undique truditur exul. 25  
 Quid superest damnis ? quæ sæva pericula restant ?

*India vastior ab Alexandro data est Poro capto. Hic Alexander conditor est patriæ nostræ. Ita ille ignorit hostibus ; virtus tua meretur imitari illum. Ceterum quemcumque Superiorum offendimus, puniat caput meum, et expleat iram suam. Gratia parta mihi abiit, paupertas misera consecuta est : domus mea exhausta : orbamur amicis dilectis : supplicia occidunt hunc ex amicis nostris. Ille expellitur exul undequaue : quid restat detrimentis meis ? quæ discrimina*

*familis* Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Ald.—18 *solatus feda* Vat. sec. Cod. Ursin.—19 *Reddita* conijciebat Heins. *spatiosi gaudia* pro *spatiosior India* Pal. duo Med.—20 *ut patriæ* Ambr. tert.—21 *quodcumque* Pal. duo Med. *quæcumque* Cod. Epigr. Ambr.—22 *insultet gladio* Ambr. tert. *poscatque* Florent. Put. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Ursin. et Epigr. Ambr. *poscitque* duo Vatt. Rott. *favorem* Var. LL. ed. Antv. *furorem* vel *favorem* Buslid.—23 *crescit* pro *sequitur* Var. LL. e marg. Parm. *mortalis egestas* Med. sec.—24 *domos* Vat. quart. *spoliatur* Vat. quart. Ambr. pr. Var. LL. ed. Antv.—25 *Hinc...hinc* legebat Heins. *negant* duo Vatt. Rott. Florent. Petav. sec. Cod. Ursini, *ligant* Med. sec. *hinc undique* Vat. tert. Buslid. *mundi* vel *undis* conijciebat Heinsius, qui ascripserat locum Ovid. *Metam. vi. 189. 'Exul erat mundi.' traditur pro truditur* Pal. Buslid. tres Med.—26 *quid sæva* Vat. quart. Ambr.

NOTÆ

18 *Solatus*] Alexander in mortis solatium extruxit tumultum regalem Dario, quem Bessus servus occiderat.

19 *Poro*] Rex Indiæ, miræ proceritatis, quem vicit Alexander, ipsique regnum Indiæ restituit, cum Alexandro petenti qui tractari vellet, respondisset, βασιλικῶς, *regie*. Plutarchus.

20 *Conditor*] Alexander condiderat Alexandriam patriam et Hadriani et Claudiani ; ideo dicitur, *conditor patriæ communis*. Sed et idem Alexander aliam ‘urbem Alexandriam super annem Tanain condidit.’ Jus-

*Delph. et Var. Clas.*

tinus.

21 *Quemcumque Deorum*] Ceterum, quemcumque Deorum læserimus, si ulcisci velit et explere iram suam, ego certe satis punitus videar, spoliatus rebus omnibus, ut mox patebit.

23 *Gratia defluxit*] Dum tibi fuimus accepti, o Hadriane, grati fuimus omnibus ; te nunc adversario, nemini grati sumus, omnes oderunt nos, sicque gratia nostra abiit, effluxit : quod supplicium majus ?

*Feralis egestas*] Quam omnes fugiunt, ut quiddam funestum et ferale, instar cadaveris.

*Claud.*

8 X

Prætereunt subjecta feræ : mortisque facultas  
 Emollit rabiem prædæ : torvique leones,  
 Quæ stravisse calent, eadem prostrata relinquunt.  
 Nec nisi bellantis gaudent cervice juveni 30  
 Nobiliore fames. Secuit nascentia fata  
 Livor, et ingesto turbavit gaudia luctu.  
 Jam jam suppliciis fessos, humilesque serenus  
 Respice. Quid tanta dignaris mole clientem ?  
 In brevibus nunquam sese probat Æolus undis : 35

*crudelia supersunt ? Animalia generosa negligunt humilia, et potestas cædis faciendæ mitigat furorem prædæ : et leones crudeles despiciunt dejecta ea quæ ardent dejecisse : et fames leonum non lætatur, nisi jugulo insigniore tauri pugnantis. Invidia vero amputat fila vitæ exorientis, et evertit lætitiâ dolore obruso. Jam jam tu benignus aspice nos fatigatos pænis, et demissos. Quid sustines premere clientem tuum tanto onere ? Æolus nunquam experitur sese in cavernis parvis, ne-*

pr.—27 Hic versus in omnibus Vatt. et Pal. sequenti postponebatur. *morasque secutus pro mortisque facultas* Buslid.—28 *Et mollit* Med. pr.—29 *Quod stravisse* Pal. Med. pr. *calent* Vat. pr. Pal. duo Med. Heins. H. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *valent* duo Vatt. Rott. Oisel. *volunt* Buslid. Ms. Barthii *calent* Lib. xxv. Advers. c. 18. idem tamen *volunt* corrigit Lib. xxxi. c. I. *ea mox* Vat. pr. Pal. Oisel. tres Med. *eadem* Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *relinquent* Petav. pr.—30 *Nec qui* pro *Nec nisi* Oxon. sec. *mihi* Ambr. pr. *bellantes* Vat. pr. Pal. Oisel. Ambr. pr. duo Med. *bellantes* Med. sec. *bellanti* Sched. Gud. *gaudent* Vat. pr. et sec. *gaudet* Vat. tert. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec.—31 *Nobiliore* duo Med. *Mobiliore fames* Sched. Gud. *fame* Vat. pr. et quart. Oisel. Med. sec. *fames* duo Vatt. Rott. Florent. Put. Petav. sec. Cod. Ursin. et Epigr. Ambr. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *fata* Vat. tert. Florent. Med. sec. Petav. sec. *vota* tres Vatt. Pal. *vota vel fata* Oisel.—32 *ingestus t. g. luctus* Cod. Epigr. Ambr. *ingesto vultu* Med. sec. *luctu vel vultu* Moret. pr.—33 *Janua* pro *Jam jam* Buslid. Var. LL. ed. Antv. *Lumina* Med. sec. quod Heinsius per Græcismum cepisse videtur, nam ascripserat sc. *lumine sereno. supplicibus fessus* Pal. *fessus* etiam duo Med. *severus* Moret. pr. *humilisque serenus* vel *serenos* Buslid.—34 *Aspice* Vat. tert. Rott. *Despice* Vat. pr. Pal. *Respice* Med. sec. Put. duo Petav. Bonon. Cod. Ursin. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. *more* Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *mole* Put. Buslid. Cod. Ursin. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *morte* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. Petav. pr. inc. Heins. tres Med.—35 *se comprobat* Pal. duo Med. *undis* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. *antris*

## NOTE

32 *Livor*] Invidiæ est rumpere fila nascentia vitæ, seu fati melioris cujusdam juvenis: et fortitudinis est 'parcere subjectis,' &c.

33 *Serenus*] Ut Sol, post disjectas tenebras, serenus est, sic tu, pulsa furoris nube, serenus esto mihi, et me

sereno vultu et æquis oculis aspice.

34 *Mole*] Tanto onere, tanta mole miseriorum me premere potes, dignaris, sustines ?

35 *Æolus*] Venti fulmina non sæviunt in res humiles, sed in res altas et reluctantes.

Nec capit angustus Boreæ certamina collis.  
 Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina lassat.  
 Incubuit nunquam cœlestis flamma salictis,  
 Nec parvi frutices iram meruere Tonantis.  
 Ingentes quercus, annosas fulminat ornos. 40  
 Hoc pro supplicibus ramis, pro fronde Minervæ,  
 Hoc carmen pro thure damus : miserere tuorum.  
 Me, precor, heu, me redde mihi ! gravibusque medere  
 Vulneribus, vitamque jube famamque reverti.  
 Quæ per te cecidit, per te fortuna resurgat. 45  
 Sanus Achillea remeavit Telephus hasta,  
 Cujus pertulerat vires : et sensit in uno

*que collis arctus comprehendit prælia Aquilonis. Ille Aquilo concutit Alpes, et fatigat cacumina Rhodopes : ignis æthereus nunquam irruit in salices, neque arbusta tenuia merentur furorem Jovis tonantis ; sed hic tonans ferit quercus magnas, et ornos vetustas. Nos offerimus tibi hos versus pro fronde pacifica, pro foliis Minervæ, pro thure ; miserere tuos. Heu ! oro ut restituas me mihi, et ut sanes plagas meas acerbis, et imperes vitam et famam meam reviviscere. Fortuna mea, que dejecta est per te, resuscitetur per te. Telephus rediit sanatus cuspide Achillea, cujus passus fuerat impetum : et expertus est in eodem Achille manum mor-*

Var. LL. e marg. Parm. Ald.—36 *rapit* Pal. duo Med.—37 *Rhodopeaque* Vat. pr. Pal. Ald. *Rhodopeia* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *quassat* Vat. pr. Pal. *lassat* duo Vatt. Rott. Florent. inc. Heins. Put. Oxon. sec. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *quassat* vel *lassat* Vat. sec. Oisel. Moret. pr. Cod. Ursin.—38 *In brevibus n. c. flamma salictis* Buslid. qui duos seqq. omittit. *fama* pro *flamma* Pal. *solutis* pro *salictis* Med. pr.—39 *metuere Tonantis* Cod. Epigr. Ambr.—40 *annosos* Med. sec. Ald. *animosas* Vat. tert. Florent. *alimosas* Med. quart. *almosas* Pal. Med. pr. *cornos* pro *ornos* Med. pr.—42 *Hoc pro thure damus carmen* Buslid.—43 *Næ præcor* Vat. pr. *redde mihi* Vat. sec. *mederi* Pal. duo Med.—45 *Quæ pro te* Oxon. sec. Buslid. *Quod pro te* Pal. *Quod* Med. pr. *pro te* Pal. Buslid.—46 *Achillea...hasta* vet. Gyr. *Achilleis...hastis* Med. sec. *herbis* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Heinsius ascripserat Passerat. in Propert. p. 252. et Column. in Enn. p. 415.—47 *perculerat* Med. pr. *protulerint* Pal. *consensit* Pal. duo Med.—50 *non*

## NOTÆ

41 *Supplicibus ramis*] Non quod rami sint supplices, sed quia a supplicibus prætendi solent.

*Fronde Minervæ*] Oleæ, quæ præferebatur ab iis qui pacem et veniam petebant.

42 *Pro thure*] Pro sacrificio hoc carmen tibi offerimus, teque numinis instar rogamus ut parcas.

43 *Redde mihi*] Quia qui spoliatus est omnibus rebus, nec seipsum habere dicitur, non est secum, sed totus est in mœrore et tristitia, totus in recordatione fortunæ florentioris.

44 *Vulneribus*] Offensionibus, quæ, ut vulnera, lædunt amicos.

46 *Achillea*] Achilles, ex Apuleio, Achilleam herbam invenit, unde vul-

Letalem placidamque manum. Medicina per hostem  
 Contigit, et pepulit, quos fecerat ipse, dolores.  
 Quod si nec precibus, fletu nec frangeris ullo, 50  
 Eripe calcatis non prospera cingula Musis,  
 Eripe militiam. Comitem me pelle sodali.  
 Scilicet insignes de paupere vate triumphos!  
 Scilicet egregiis ornabere victor opimis!  
 Irruat in miseros cognata potentia cives. 55

*tiferam et salutarem: remedium accidit per hostem, et ipse Achilles expulit malum quod creaverat. Quod si neque flecteris precibus, neque lacrymis ullis, aufer mihi balteum infaustum, Musis contentis, aufer mihi dignitatem militarem, ejice me amicum tu qui fuisti amicus. Nimirum tu referes victoriam egregiam de poeta misero? Nimirum tu triumphator ditaberis spoliis eximiis? Potestas popularis videlicet irrumpat contra Cives infelices. Patria communis nobis exaudiat*

si Put. si ne Med. sec. nec fletu Pal. Med. pr. flecteris tres Med. Rott. Var. LL. e marg. Parm. vinceris inc. Heins. frangeris Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. ed. Parm. Heinsius seqq. notaverat. frangeris V. C. sic Tibull. lib. I. Eleg. VIII. 'Desistas lacrimare, puer, non frangitur illa.' Propert. lib. II. El. XVIII. 'Frangitur in tacito saepe puella viro.' et El. XXVIII. 'Frangitur et Juno, si qua puella perit.' Cicero in Bruto. 'Injuria accepta fregit tamen C. Gracchum patientia Octavii.' moveris Pal. duo Med. Heins. H.—51 nunc prospera Pal. duo Med. deerat autem hic versus Vat. tert. cingula prospera Ambr. pr. Heinsius seqq. annotavit. 'Cingula proprie gestamen militare. vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 210. f. eadem cum baltheis, de quibus fuse Salmas. p. 295.'—52 Erige militiam Med. sec. militiam comitem. cum τελεία στρυμῆ, Vat. pr. nec pelle Ambr. pr. ne pelle Vat. pr. Pal. Oisel. tres Med. sodalis Var. LL. e marg. Parm. et Raphael. sodali quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Bonon. sec. deerat vero inc. Heins. hic versus.—53 insignes de p. vate triumphos tres Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. ingentes...triumphos Moret. pr. insignis... triumphus Var. LL. e marg. Parm. egregios de p. nocte triumphos Buslid. deerat autem hic versus Vat. sec. et tert. Petav. sec. Florent. Ambr. tert. Cod. Ursin. et Epigr. Ambr.—54 et spoliis pro egregiis Exc. Lucens. pr.—55 Irruat

## NOTE

nera ferro facta sanabat: hac sanasse Telephum dicitur. Hinc Ovidius: 'Ego Telephon hasta Pugnante domui, victum orantemque refeci.' Et alibi: 'Vulnus et auxilium Pelias hasta tulit:' id est, eadem hasta, vel potius manus Achillis, qui erat filius Pelei, vulneravit et sanavit Telephum, millefolio, ut quidam dicunt. Achilles enim a Chirone artem medicam didicerat.

51 Cingula] Eripe mihi balteum, et omnia militaria privilegia. Cingulo autem quibusdam caerimoniis adhibitis nobiles ornari consueverant.

54 Scilicet] Verbum Ironiæ accommodatum. 'Scilicet is Superis labor est!'

Opimis] Opima spolia sunt ea, quæ dux duci detrahit; sed hic sumuntur Ironicæ.

55 Cognata potentia] Concessio

Audiat hæc commune solum, longæque carinis  
 Nota Pharos, flentemque attollens gurgite vultum  
 Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis.

*hoc ; et Pharos procul cognita navibus ; et Nilus efferens ex alveo vultum madentem defleat cladem nostram in littoribus suis plurimis.*

Pal. tres Med. Vat. Livin. Sched. Gud. *Inruat* Vat. pr. Ambr. pr. *Serviat* Vat. sec. Cod. Ursin. *Sæviat* duo Vatt. Rott. *Sæviat* vel *Irruat* Exc. Vat. rec. ceterum in Bonon. hic versus sequenti postponitur.—56 *hoc* Florent. duo Med. Put. Moret. pr. *hæc* tres Vatt. *longisque* Pat. pr. Pal. Oisel. duo Med. Ambr. pr. ed. Parm. *longeque* Var. LL. e marg. Parm.—57 *fluentem* pro *flentem*, et in vs. seq. *munerosis* pro *numerosis* Var. LL. e marg. Parm.

## NOTÆ

*amara.* Quid? an potestas ejusdem gentis et ejusdem, ut ita dicam, cognitionis, scilicet Alexandrinæ, insecrabitur suos cives? an irruet in suos cives? 57 *Pharos*] Parva Nili insula, unde Ægyptus Pharia terra dicitur. 58 *Numerosis ripis*] Septem olim Nili ostia esse dicebantur.

## XL.

## EP. II. AD SERENAM.

## ARGUMENTUM.

Sicut Orpheo uxorem ducenti Juno favit impensius, sic et Claudiano Serena, a qua, ut a Dea, reditum facilem precatur.

ORPHEA cum primæ sociarent lumina tædæ,  
 Ruraque compleret Thracia festus Hymen;

*Cum lux primæ facis nuptialis jungeret Orpheum, et celebritas festiva nupti-*

In Lucens. pr. subnectitur hæc Epistola carmini in Laudem Serenæ cum hac inscriptione, *Ejusdem Epistola ad Serenam.* Vat. pr. et Sched. Gud. habent

## NOTÆ

1 *Tædæ*] De his supra. Proper- que facem: id est, inter facem nuptiarum et facem mortis.



Certavere feræ picturatæque volucres,  
 Dona suo vati quæ potiora darent.  
 Quippe antri memores, cautes ubi sæpe sonoræ 5  
 Præbuerant dulci mira theatra lyræ,  
 Caucaseo crystalla ferunt de vertice lynces,  
 Gryphes Hyperborei pondera fulva soli.  
 Furatæ Veneris prato per inane columbæ  
 Florea connexis sarta tulere rosis. 10

arum repleret terras Thraciæ, feræ et aves pictæ inter se contenderunt, quæ offerrent cantori suo munera præstantiora. Etenim lynces recordatæ cavernarum, ubi sæpius rupes resonantes dederant admirabile theatrum citharæ gratæ, lynces afferunt ex culmine Caucasi crystalla; gryphes afferunt massas aureas regionis hyperboræ. Columbæ surripientes sarta florida rosis conjunctis in prato Veneris, ea attulerunt

*Epistola ad Serenam de Nuptiis.* In aliis fere deest Inscriptio.

1 *primæ* Vat. pr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *primo* Petav. pr. Exc. Pat. rec. *primum* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Oxon. sec. *prima teda* Vat. Livin. *numina* Vat. pr. et quart. Oxon. sec. *numine* Florent. Med. sec. Put. Thuan. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *munere* duo Vatt. Oisel. *numine* vel *munere* Var. LL. ed. Antv. —2 *complueret Thracia tristis hiems* Buslid. *Thracia* Florent. tres Med. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm. *Tertia* Ald. *honor* pro *Hymen* Oisel. —4 *valent* pro *darent* Petav. pr. —5 *cantus ubi sæpe sonore* Vat. pr. et sec. Pal. Med. pr. Petav. pr. Ambr. pr. *cautes* Gevart. *cantu subis* . . . Exc. Lucens. pr. *cantu subisse feruntur* Var. LL. e marg. Parm. *cantus sonori* Vat. quart. *ubique ante sonoro* Buslid. *sæpe sonare* Ambr. tert. *sæpe sonoræ* Med. quart. [hæc duæ voces deerant Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Thuan. Put. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr.] *canore* vel *sonore* Moret. pr. Heinsius conjecerat ex lectione Cod. Buslid. *Quippe haud immemores cantus, ubi caute sonora.* —6 *Præbuerant* Med. quart. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm. *pura theatra* Var. LL. ed. Antv. —7 *crustata* pro *crystalla* Florent. —8 *Gryphes*: Heinsius ascripserat locum Priscian. Perieg. p. 384. ed. Pithæi. *pondera magna* Vat. quart. *thori* pro *soli* Vat. pr. —9 *Furato* Vat. tert. *Purgato* Rott. *pratis* Buslid. *prata* Vat. tert. *columbæ* Med. pr. *volucres* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. —10 *retis*

## NOTÆ

2 *Thracia*] Orpheus, Apollinis et Calliopes filius, Thracia oriundus.

4 *Suo vati*] Orpheus quippe delectatus fuerat sylvis, in quibus feras rupesque traxisse dicitur, quod homines a ferino victu abstraxerit, vel quod ex visceribus ferarum futura prædixerit.

5 *Cautes*] Rupes enim arboresque Orpheus adducere ferebatur, ut velut umbram quandam sibi cantaturo præstarent.

6 *Mira theatra*] Loca ex rupibus et sylvis admirabili naturæ ingenio in theatri formam composita.

7 *Crystalla*] Crystalli incunabula in altis frigidisque montibus, qualis est Caucasus, gelidus mons Scythiæ.

8 *Gryphes*] Alii credunt hæc esse animalia equorum inimica, eaque aurum custodire in regionibus hyperboreis: alii negant.

9 *Veneris prato*] Quod fingitur esse in Cypro, insula Veneri sacra.

Fractaque nobilium ramis electra sororum  
 Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi.  
 Et Nilo Pygmæa grues post bella remenso  
 Ore legunt rubri germina cara maris.  
 Venit et extremo Phœnix longævus ab Euro, 15  
 Apportans unco cinnama rara pede.  
 Nulla avium pecudumque fuit, quæ ferre negaret  
 Vectigal meritæ connubiale lyræ.  
 Tunc opibus, totoque Heliconis sedula regno  
 Ornabat propriam Calliopea nurum. 20

*per ærem; et cycnus attulit ex fluvio Eridani oloriferi electra, rapta ex arboribus sororum clarissimarum Phaëthontis. Et grues post prælia cum Pygmæis, Nilo repetito, colligunt rostro gemmas pretiosas maris rubri. Et phœnix senior advenit ab ultimo Oriente, afferens cinnama exquisita curvis unguibus. Nulla volucrum et pecudum extitit, quæ recusaret afferre tributum conjugale citharæ id promeritæ. Tum Calliope officiosa decorabat Nurum suam divitiis totius Imperii Heliconis. In-*

pro rosis Vat. sec. Put. Petav. sec. rotis Vat. tert. Florent. Med. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv.—11 *mobilium* Buslid. *flexibilem* al.—12 *oliviferi* Vat. sec. *odoriferi* Vat. quart. *odorato* Exc. Pat. rec. m. pr. Heinsius ascripserat Virgil. pag. 231.—13 *Nilo Pygmæa grues p. bella* Exc. Lucens. pr. *post bella grues Pygmæa* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr.—14 *leges pro legunt* Vat. quart. *gerunt* Cod. Epigr. Ambr. *rubra pro rubri* Med. sec. *gramina* Vat. tert. Pal. Florent. tres Med. duo Ambr. *cara* inc. Heins. *cana* Vat. pr. Pal. duo Med. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. ed. Parm.—15 *ab extremo* Vat. tert. *felix pro Phœnix* Vat. sec.—16 *cinnama rara* Vat. pr. duo Med. inc. Heins. *rata* Pal. *mira* tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Put. Thuan. Petav. sec. Bonon. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud.—17 *pecudumque* Vat. sec. *qua* Put.—18 *lyræ vel feræ* Vat. sec.—19 *Tot opibus*

## NOTÆ

11 *Nobilium*] Sorores Phaëthontis in alnos vel populos mutatae sunt, ex quibus fluit electrum: *nobiles* dicuntur, quia Solis filiae. Alii legunt *flexibilem*, quia post nimios fletus ex interitu fratris, in arbores conversae sunt.

12 *Cycnus*] Rex Ligurum, casu propinqui Phaëthontis contabuit, et in avem cognominem mutatus est.

*Oloriferi*] Padus seu Eridanus oloribus frequentatur.

13 *Nilo remenso*] Grues Nilum petere certis temporibus memorantur.

*Pygmæa*] Pygmæi dicti ἀπὸ τῆς πύγμης, a pugno vel cubito, quod hi populi dicantur cubiti magnitudinem non excedere. Bellum continuum gerunt in Thracia cum gruibus.

14 *Rubri maris*] Sæpius prædicat gemmas maris rubri.

16 *Rara*] Exquisita, pretiosa.

18 *Vectigal*] Quasi donum debitum ei, qui de feris omnibus tam bene meritus sit.

19 *Opibus, totoque regno*] Id est, opibus totius regni Heliconii; ut apud Virgilium: ‘Molemque et montes in-

Ipsam præterea dominam stellantis Olympi  
 Ad nati thalamos ausa rogare parens.  
 Nec spreuit Regina Deum, vel matris honore,  
 Vel justo vatis ducta favore pii,  
 Qui sibi carminibus toties lustraverat aras, 25  
 Junonis blanda numina voce canens,  
 Præliaque altisoni referens Phlegræa mariti,  
 Titanum fractas Enceladique minas.  
 Illicet adventu noctem dignata jugalem  
 Addidit augendis munera sacra toris : 30  
 Munera mortales non admittentia cultus :  
 Munera, quæ solos fas habuisse Deos.  
 Sed quod Threicio Juno placabilis Orphei,  
 Hoc poteris votis esse, Serena, meis.

*super ipsa mater Calliope ausa est invitare ad nuptias filii sui Reginam cæli coruscantis Junonem; neque Regina Deorum renuit, vel in gratiam matris Calliopes, vel impulsa amore justo vatis pii Orphei, qui toties ornaverat altaria sua hymnis, laudans numen Junonis voce dulcissima, et celebrans bella Phlegræa conjugis sui Jovis altitonantis, et minationes superatas Titanum et Enceladi. Nimirum Juno cohonestans noctem nuptialem adventu suo, adjecit dona sacrata thalamis ditandis; dona non convenientia consuetudini mortalium; dona, quæ concessa sunt numinibus solis. At vero, quod Juno facilis fuit Orpheo Thraci, hoc poteris esse desideris*

Buslid. Var. LL. ed. Antv. *totique* pro *totoque* Bonon.—20 *lyram* pro *nurum* Ambr. pr. *proprium...virum* Buslid.—21 *domitam* Vat. sec.—22 *natæ* Exc. Pat. rec.—23 *Non spreuit* Rott. Med. sec. Ambr. pr. *spernit* Cod. Epigr. Ambr. *Deam* Barth. et ita legebat Heins. *honorem* Pal. Med. pr.—24 *victa* pro *ducta* Exc. Pat. rec. m. sec.—25 *aram* Vat. quart.—26 *nomina* pro *numina* Exc. Lucens. pr.—27 *Præliaque* Var. LL. ed. Antv.—29 *montem...jugalem* Oxon. sec.—30 *numina* pro *munera* Buslid. *digna* Vat. tert. Florent. *toris* duo Med. Exc. Lucens. pr. *choris* Vat. tert. Florent. Med. sec.—31 *curas* pro *cultus* Vat. tert. m. pr.—32 *Solas...Deas* malit Heins.—33 *Orphei* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Ald. Lucens. pr. *Orpheo* Vat. pr. et quart.

## NOTÆ

super altos; id est, molem montium. Opes autem regni Heliconii, sunt flores, immortalitas, et memoria perennis meritorum.

20 *Calliopea*] Et Calliope Regina Musarum, de qua supra.

25 *Lustraverat*] Illustraverat, vel ambiverat aras Junonis cantando hymnos.

27 *Phlegræa*] Id est, prælia mariti

sui Jovis contra gigantes, quos fulmine percussit in Thessaliæ campis Phlegræis, quos sic vocant, ἀπὸ τοῦ φλέγειν, ab urendo, quia fulmine usti sunt.

28 *Titanum Enceladique*] Erant gigantes, de quibus jam multa dicta sunt.

33 *Juno*] Quod Juno fuit Orpheo, id esse potest Serena Claudiano : am-

**Ilius expectent famulantia sidera nutum :** 35  
 Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.  
 Non ego, cum peterem, solenni more procorum,  
 Promisi gregibus pascua plena meis :  
 Nec quod mille mihi lateant sub palmitē colles,  
 Fluctuet et glauca pinguis oliva coma : 40  
 Nec quod nostra Ceres numerosa falce laboret,  
 Auratæque ferant culmina celsa trabes.  
 Suffecit mandasse Deam : tua litera nobis  
 Et pecus, et segetes, et domus ampla fuit.

*meis, o Serena. Cælum obediens spectet voluntatem ejus Junonis : terræ et maria gubernantur sub tua potestate. Non ego, cum poscerem puellam, pro consuetudine ordinaria procorum, pollicitus sum prata abundantia gregibus meis, neque pollicitus sum quod mille mihi colles vestiantur vitibus, et oliva opima agitetur capite viridi ; neque quod segetes nostræ secentur multis falcibus, et trabes aureæ fulciant mihi domos altas. Satis fuit Deam jussisse. Epistola tua, o Serena, fuit nobis et greges, et segetes, et domus magnifica. Epistola tua flexit soceros ; et præsidium*

Pal. Med. pr.—34 *vatis* pro *votis* Pal. duo Med.—35 *Ilius expectent* Exc. Lucens. pr. *Ilius expectant* Vat. pr. Pal. duo Med. inc. Heins. *expellent* Moret. pr. *Ilius explent* Thuan. *Explent illius tres* Vatt. Oisel. Florent. Med. sec. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. *sidera* vel *numina* Rott. *nutus* Vat. sec. *nutu* Vat. tert. Med. sec. Petav. sec. *numen* Exc. Pat. rec. *notum* Pal. *natum* duo Med.—36 *tegitur* Pal. Med. quart. *teritur* Petav. pr. *regitur* quatuor Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. sec. Thuan. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—38 *Promisit* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *pascua plana* Moret. pr. *læta* vel *plena* Vat. sec. *tuis* Rott. unde *suis* legebat Heinsius.—39 *Non quod* Vat. pr. Moret. pr. *Quod nec* Ambr. pr. *tramate* Pal. unde *termite* conjiciebat Heins.—40 *Fructuet* pro *Fluctuet* Var. LL. ed. Antv.—41 *Non* Put. duo Petav. Var. LL. e marg. Parm. *Nec* duo Med. inc. Heins. Ambr. sec. Moret. pr. Buslid. Exc. Lucens. pr. *Quod non* Ambr. pr. *seges* pro *Ceres* Buslid. *pretiosa* Moret. pr. *fauce* pro *falce* Ambr. pr. Petav. sec. *laborat* Pal. duo Med. Exc. Lucens. pr.—42 *Auratæ feriant* Vat. sec.—

## NOTÆ

bæ simul comparantur. Junonem veneratur cælum, terra Serenam.

*Orphei*] Dativus Græcus, 'Ορφεὺς, 'Ορφέος, 'Ορφεῖ: alioqui Latini dicerent, *Orpheo*.

37 *Non ego...promisi*] Claudianus non promisit se abundare gregibus, vitibus, &c. sed puellæ, quam petebat, parentibus exhibuit Serenæ Epistolam, qua, quicquid optabat, obtinuit ; quæ epistola gregibus et vitibus erat præferenda.

38 *Gregibus*] ' Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ: ' apud Virgilium de amante.

43 *Mandasse*] Jussisse, scripsisse, commendasse per literam, quod quidem rescriptum Principis videri possit, et quod Serena ab Imperatore genero facile potuit obtinere. Has nuptias, si ex rescripto peterentur, postea vetuere Honorius et Theodosius Imperatores. In Cod. lib. v.

Inflexit soceros, et majestate petendi 45  
 Texit pauperiem nominis umbra tui.  
 Quid non perficeret scribentis voce Serenæ  
 Vel Genius regni, vel pietatis amor?  
 Atque utinam sub luce tui contingeret oris,  
 Conjugis et castris, et solio generi, 50  
 Optatum celebrare diem! me jungeret auspex  
 Purpura; me sancto cingeret aula choro!

*nominis tui, majestate poscendi pro me, occultavit paupertatem meam. Quid non vel Genius Imperii, vel amor pietatis præstaret nomine Serenæ scribentis? Et utinam contingeret mihi celebrare faustus nuptias in conspectu tuo micante, et in castris mariti tui Stilichonis, et prope solium generi tui Honorii. Imperator purpureus auspex conjungeret me, et Aula circumdaret me cætu venerabili! et ma-*

44 *penus* Vat. tert. *nemus* Rott.—45 *Et flexit* Vat. sec. Ambr. tert. *socios* Moret. pr. *tremendi pro petendi* Vat. tert. m. pr.—46 *numinis unda* Pal. sui Buslid. *tui* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *fuit* duo Med.—47 *Quod non perficiet* Vat. quart. Ald. *Sed quid non faceret* Thuan. *Sed quid non perfert* Exc. Lucens. pr. *proficeret* Pal. *perficeret* Exc. Pat. rec. *præfecit* Put. *suffecit* Vat. tert. Florent. Med. sec. *perfecit* Vat. sec. Oisel. inc. Heins. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *perfecit vel perficeret* Rott. *scribentes* Var. LL. e marg. Parm. *vice pro voce* Pal. Med. pr. *serena* Buslid.—49 *orbis pro oris* Vat. sec.—50 *in castris* Vat. pr. et quart. Pal. Med. pr. Vat. Livin. *et castris* Florent. Med. sec. Put. Petav. sec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *generis* Med. pr.—51 *ne jungeret* Florent. Med. sec. Sched. Gud.—52 *socero pro sancto* Vat. sec. *aura* Pal. duo Med. *ausa choro* Vat. pr. *choro* Thuan. Oxon. sec.

## NOTÆ

45 *Soceros*] Socerum et socrum simul intellige, ut apud Virg. Andromache Ascanium 'ferre incommitata solebat Ad soceros.'

48 *Genius Regni*] Divinitas præses Imperii, cujus particeps est Serena tot vinculis Augustæ domui innexa.

*Pietatis amor*] Amor seu pietas ab omnibus debita Serenæ, tanquam illa foret etiam parens patriæ; et ob cujus reverentiam Claudianus non prata, non greges, non colles vitibus amictos, et alia ejusmodi, sed ejus epistolam jactando, puellam ditissimam

in matrimonium duxit.

49 *Luce*] Id est, in ore micanti, in oculis tuis fulgentibus instar siderum, instar Deorum.

51 *Auspex purpura*] Id est, Imperator purpura indutus auspex me jungeret, seu sub auspiciis suis jungi me juberet. Auspex autem proprie est qui ex avium volatu, cantu, pastu futura prædicat. Sed et auspex dicitur, *παράνυμφος*, qui nuptiis contrahendis præest, ita dictus ab auspicando, quod de nuptiarum successu auspicia sumeret.



Et, mihi quam scriptis desponderat ante, puellam  
 Conjugiis eadem pronuba dextra daret!  
 Nunc medium quoniam votis majoribus æquor 55  
 Invidet, et Libyæ dissidet ora plagæ;  
 Saltem absens, Regina, fave, reditusque secundos  
 Annue sidereo læta supercilio.  
 Terrarum tu pande vias: tu mitibus Euris  
 Æquora pacari prosperiora jube: 60  
 Ut tibi Pierides, doctumque fluens Aganippe,  
 Debita servato vota cliente canant.

*nus eadem pronuba Serenæ traderet in matrimonio virginem, quam prius obtinuerat epistola sua. Nunc siquidem mare interpositum obstat desideriis amplioribus, et littus regionis Libyæ distat a vobis; o Regina, sis benigna mihi saltem remota, et gaudens Majestate cælesti indulge reditum facilem. Tu aperi mihi vias terrarum: tu impera sedari maria placidiora, ventis lenibus: ut Musæ, et Hippocrene manans doctrina, cantent tibi hymnos votivos debitos, cliente tuo consecrato.*

//////////

Ambr. tert. thoro tres Vatt. Pal. Rott.—53 quæ scriptis Ambr. tert. scriptas Petav. sec. despondeat Oxon. sec. dispondeat Med. quart. dispenderat Vat. tert.—54 Conjugis ejusdem Vat. tert. Rott. Conjugis hanc eadem Ambr. tert. Buslid. unde Conjugio hanc eadem legit Heinsius. Conjugis eadem Sched. Gud. Conjugis hæc eadem Pal. Oisel. m. sec. duo Med. Conjugiis eadem vet. Gyr. Vat. Livin. inc. Heins. Thuan. Oxon. sec. Bonon. Ambr. pr. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. eadem tres Vatt. Put. Moret. pr. tela pro dextra Petav. pr. m. pr. unde tada conjiciebat Heins.—55 votis Vat. Livin. vatis Vat. sec. ritis Med. pr. Thuan. Petav. sec. vittis Oisel. Vat. tert. Syrtis Ald. Var. LL. e marg. Parm. Libyæ duo Vatt. Rott. Oisel. Med. sec. inc. Heins. Put. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv.—56 nimia disjicit Ambr. tert. dissonat Put. Var. LL. ed. Antv. aula Petav. pr. aura Med. pr. m. pr.—57 Regina fore Var. LL. ed. Antv. sacerdos pro secundos Put. Buslid.—58 Annue Vat. sec.—59 pande pro pande Oxon. sec.—60 placari Buslid. prosperiora Vat. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. posteriora Vat. pr. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Oxon. sec. Buslid. Exc. Pat. rec. ed. Parm. superiora Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Thuan. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—61 docuitque pro doctumque Buslid.—62 servate pro servato Vat. sec. sonant Vat. quint. parant Vat. tert. m. pr. canem Buslid.

## NOTÆ

53 Desponderat] Desponderi jusserat Epistola sua. Homericus.  
 54 Pronuba] Quæ novam Nuptam deducit in mariti domum. 59 Euris] Ventis quibuslibet favoribus: species pro genere ponitur. Alioquin ex Libya Italiam petentibus Auster facilior esse consuevit.  
 56 Libyæ dissidet] Claudianus, cum hæc scriberet, in Libya versabatur. 61 Aganippe] Fons Caballinus, de quo supra, ut de hoc vocabulo Pieridum.



## XLI.

## EP. III. AD OLYBRIUM.

## ARGUMENTUM.

QUERITUR amice de Olybrio, quod ab eo tamdiu nihil acceperit literarum, excussis omnibus cunctationis causis.

QUID rear, affatus quod non mihi dirigis ullos,  
Nec redit alterno pollice ducta salus?  
Scribendine labor? sed quæ tam prona facultas,  
Carmina seu fundis, seu Cicerone tonas?

*Quid putem, quod nullam mihi mittis epistolam, neque salutatio scripta alterne manu tua redditur mihi? An difficultas tibi est in componendo? Sed cui tanta facilitas est, sive facis versus, seu fulminas instar Ciceronis? In te bona fortuna*

In Vat. pr. et Vat. Livin. *Epistola ad Olybrium* inscribitur. In Moret. pr. erat, *Incipit Epistola ad Olimbrium*, quod et duo Med. et inc. Heinsii exhibent. Lucens. pr. habet *Epistola ad Olibrium, ut sibi scribat*.

1 *reor* Buslid. *ultra* pro *ullos* Oisel.—2 *dicta salus* Livin. imperite, ut notat Heins.—3 *Scribendine* Petav. pr. *Scribendi labor est* Vat. pr. *Scribenti labor est* Ambr. pr. Heinsius ascripserat Rutil. Lib. II. Itin. initio. 'Tædia continuo timuit cessura labori Sumere, ne lector jure paveret opus.' *quænam prona* Med. sec. *dura facultas* Pal. duo Med.—4 *tonas* Pal. *Cicerone* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *Cicerona* Exc. Lucens. pr. Gesn. et ed. Bipont. Heinsius ascrip-

## NOTÆ

*Olybrium*] Hic erat filius Probi, de quo in Consulatu Probini et Olybrii supra: qui Olybrius fuit Consul doctus, et in toto Occidentis Imperio spectatissimus nobilissimusque habitus. Unde conjicias, quanti fieret noster Claudianus.

1 *Affatus ullos*] Nullum colloquium epistolarem.

2 *Pollice*] Manu scripta salutatio. Pars pro toto: intelligit scriptam versibus epistolam, qua arte valebat Olybrius.

*Salus*] Apud antiquos caput epistolæ a salutatione incipiebatur.

4 *Cicerone tonas*] Id est, verbis Ciceronis, seu tonando profers orationem similem orationi Ciceronis.

- Cedere divitiis animi fortuna fatetur, 5  
 Et tantas oris copia vincit opes.  
 An rarus, qui scripta ferat? quin tempore nullo  
 Cessant Flaminiae pulverulenta viæ.  
 Cum fluat ingenium, cum sit qui dicta reportet;  
 Quæ, nisi contemnor, causa relicta tibi? 10  
 Despicias ergo tuum, si fas est credere, vatem;  
 Perfidus et spatio debilitatur amor?  
 Excidimusne tibi? lucem jam condet Hydaspes,  
 Et Tartessiaco, Sol, oriere vado:  
 Candescet Geticis Meroë conversa pruinis, 15  
 Claraque se vetito proluet Ursa mari:

*confitentur superari se a bonis ingenii tui, et eloquentia oris tui major est divitiis tantis. An rari sunt nuntii, qui afferant mihi literas tuas? Immo vero, nulla hora pulvis viæ Flaminiae sedatur. Ergo cum mens tibi sit copiosa, cum sint nuntii qui referant epistolas, quæ causa moræ tibi restat, nisi forte despicias? Igitur spernis Poëtam tuum, si licet id cogitare; et amicitia tua infida minuitur distantia locorum? An oblitus es nos? Jam Hydaspes recipiet Solem occidentem, et tu, o Sol, exurges ex littoribus Tartessiacis: Meroë mutata albescet gelu Getico, et Ursa se-*

serat Anson. Epigr. 86. 'Capanea ruit.'—5 *Credere* Rott. Florent. Put. Var. LL. ed. Antv. *meretur* Buslid.—6 *jungit opes* Vat. sec. m. pr.—7 *sceptra* edd. Junt. Ald. Isingr. Colin. Gryph. et al. *scripta* Florent. tres Med. inc. Heins. Pgt. duo Petav. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *qui pro quin* Pal. Buslid.—9 *Confluat* pro *Cum fluat* Buslid. *imperium* Florent. m. pr. *reportat* Vat. sec. *retorpet* Florent.—10 *contemnatur* pro *nisi contemnor* Vat. sec. *tibi* Exc. Lucens. pr. *mihi* Ambr. pr. m. pr.—11 *Dispicias* Exc. Lucens. pr. *fas est dicere* Petav. pr.—12 *Fervidus* pro *Perfidus* conjiciebat Heins.—13 *Excidimusve* Put. *condit* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Buslid. *condat* Pal. *condet* duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Ambr. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—14 *Carcessiaco* Vat. pr. *Carchesiaco* duo Med. *Tarchesiaco* Var. LL. ed. Antv. *Chalchesiaco* Med. sec. *Carchesiaco* Sched. Gud. *Tracensiaco* vel *Cathesiaco* Rott. *oriare* tres Vatt. Rott. Oisel. *oriere* duo Med. inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. *loco* Med. quart. *loco* vel *vado* Med. sec.—15 *Candescit* Vat. sec. *Candescet* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Geticas ... pruinis* Buslid. *conversa* Oxon. sec.—16 *proluet* Florent. et quatuor-

## NOTE

8 *Pulverulenta viæ*] Id est, via pulverulenta, via Flaminia scilicet, quæ a Flaminio strata fuerat, semper turbatur pulvere, ab euntibus et redeuntibus excitato.

13 *Hydaspes*] Fluvius Indiæ versus Orientem: quasi dicat; non fieri potest ut me oblitus sis, nisi forte pessumdata rerum natura Sol occidat in

Oriente prope Hydaspem, et oriatur in Occidente prope Tartessum. Id quod est præter rerum naturam.

14 *Tartessiaco*] Tartessus est oppidum Hispaniæ Bæticæ prope Oceanum Occidentalem. Inde dicitur Tartessiacus.

15 *Geticis pruinis*] Frigoribus Geticæ regionis versus Septemtrionem.

Et si jam nostros fastidit Olybrius ignes,  
 Constat Oresteam nil valuisse fidem.  
 Quin, age, rumpe moras, remoraturusque sodalem  
 Absens eloquio fertiliore doce :  
 Crebraque fœcundos festinet litera cursus,  
 Labris atque animis insinuanda meis.  
 Dignatus tenui Cæsar scripsisse Maroni,  
 Nec tibi dedecori sit mea Musa. Vale.

20

*rena lavabit se mari prohibito: et si Olybrius jam tenuit amorem nostrum, certum est amicitiam Oresteam vanam extitisse. Quin potius age, remove cunctationem omnem, et absens retenturus amicum tuum, edoce illum eloquentia facundiore: et frequens epistola intratura meum et os et animum meum, properet per viam sæpius. Augustus Cæsar dignatus est scribere Virgilio, etsi homini ignobili; et Musa quoque mea non est tibi dedecori. Vale.*

decim Codd. Exc. Lucens. pr. Ald. et Var. LL. e marg. Parm.—17 *Olybrius* Exc. Lucens. pr. *Olymbrius* Vat. tert. Pal. Bonon. duo Ambr. *Olimbrius* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. sec. Buslid. Moret. pr. edd. Parm. Junt. Isingr. Var. LL. ed. Antv. *ignis* Oisel.—18 *valuisse* Vat. pr. *maduisse* Vat. sec. *fides* Med. pr.—19 *remoraturusque* Vat. tert. Rott. Put. Buslid. ed. Parm. *memoraturusque* Med. sec. *moraturusque* Oisel. Florent. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. *miraturusque* Ambr. tert. *solaturusque* tres Vatt. Pal. Petav. sec. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. *salaturusque* duo Med. inc. Heins. qui inde *resolutatumque* conjiciebat.—21 *festino* Moret. pr. *facundo* Vat. pr. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. *facundo* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *voce* Ambr. pr. m. pr. *cursu* quatuor Vatt. Pal. Oisel. *cursus* Ambr. tert.—22 *Libris* tres Vatt. Pal. *Digna tuis animis* Vat. tert. Rott. Oisel. Petav. sec. *Libris atque animis* duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *insinuando* Vat. pr. Ambr. pr. Buslid. *insinuata* Put. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—23 *Dignatur tenui* Var. LL. e marg. Parm. *merui* Petav. pr.—24 *Nec tibi dedecori Musa futura v.* Vat. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. *Et tibi d. M. futura* vet. Gyr. *Et tibi dedecori non mea Musa* Oxon. sec. *Nec tibi d. scribere* Med. sec. *scribere? Musa v.* Vat. tert. Rott. *jam mea M.*

## NOTÆ

*Meroë*] Insula quam Nilus efficit, vulgo *Guegere*, regio calidissima.

16 *Ursa*] Alias Calisto, Lycaonis filia, amata a Jove, in ursam mutata, et in Cælum translata; sed Juno zelotypa rogavit Tethyn, ne sineret eam sese lavare in mari, instar aliorum siderum.

18 *Oresteam*] Pylades et Orestes inter fidissima amicorum paria memorantur.

20 *Doce*] Doce me, et narra aliquid

ex rebus tuis, quibus tu absens me remoreris et detineas.

21 *Fœcundos cursus*] Properet et repetat viam sæpius, adeo ut cursus ejus repetitus ac fœcundus, seu potius epistola frequens proficiscatur ab ingenio fœcundo.

23 *Tenui Maroni*] Si fortunam spectes; nam Virgilius magnus ingenio, facultatibus tenuis.

24 *Dedecori*] Et mea Musa non tibi dedecori sit, ut Musa Virgilii non

Moret. pr. *ni mea Musa* Ambr. tert. *non mea Musa* Vat. sec. et quint. Pal. duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Buslid. *n̄ mea vel sit mea* Var. LL. ed. Antv. *Et tibi d. non mea M.* vel *Nec tibi dedecori M. futura* Exc. Pat. rec.

## NOTÆ

fuit dedecori Augusto, qui illum literis suis cohonestabat, sicut et Horatium, quem sic per epistolam amantius increpuit, 'Iratum me tibi scito, quod non in plerisque ejusmodi scrip-

tis mecum potissimum loquaris. An vereris, ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?'

---

 XLII.

## EP. IV. AD PROBINUM, UT SCRIBAT.

## ARGUMENTUM.

Ad rescribendum invitat Probinum, qui Claudiani alter Mæcenas extitit.

QUEM, precor, inter nos habitura silentia finem?  
Quando dabit caras litera grata vices?

*Quem silentia habebunt finem inter nos, quæso? quandonam epistolæ tuæ jucundæ*

*Epistola ad Probinum* inscribitur simpliciter in Vat. pr. Med. pr. et quart. inc. Heins. Put. Thuan. duobus Petav. et Exc. Lucens. pr. in Moret. pr. erat *Incipit ejusdem ad Probum*. Var. LL. e marg. Parm. exhibent *Ad Probinum Cos. fratrem Olybrii*. in vet. Gyraldi *Ad Probinum, ut scribat*.

1 *hæc quem sunt pro inter nos* Ambr. tert. *nomen pro finem* Moret. pr.—  
2 *gratas* Oïsel. Put. Petav. sec. *gratas litera nostra* Vat. tert. Rott. *caras qua-*

## NOTE

2 *Vices*] Vicissitudinem gratam epistolarum commercium. scribendi ac rescribendi; seu mutuum

Me timidum, vel te potius dixisse superbum  
 Convenit? alterius crimen utrumque tenet. 5  
 Transfluxere dies, et dum scripsisse priorem  
 Pœnitet, æternas itur in usque moras.  
 Sed quid agam? cœpisse vetat reverentia vestri:  
 Hinc amor hortatur scribere: vincat amor.  
 Fors juvat audentes, prisci sententia vatis: 10  
 Hac duce non dubitem, te reticente, loqui:  
 Audax ut, si quid vates peccasse videbor,  
 Arguar, ingrati non subiturus onus.

*reddent mutuum alloquium, idque dulce? An decet appellare me pavidum, vel potius te arrogantem? Culpa alterutrius nostri condemnat nos ambo. Dies estuunt, et dum piget me primum scribere tibi, devenio usque ad cunctationes sempiternas. At quid faciam? Inde meus erga te cultus prohibet incipere, hinc meus erga te amor exhortatur scribere: necesse est amor superet. Fortuna favet audentibus, effatum est Poëtæ Cei: hac favente fortuna non cunctabor loqui, etiam te silente: ut si quid ego tanquam Poëta videbor delinquere, condemner quasi temerarius;*

tuor Vatt. Pal. *catas litera grata* Oxon. sec. *caras litera grata* duo Med. inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Thuan. Petav. pr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *gratas litera grata* Med. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *grata* Put. Petav. sec. Buslid. Var. LL. ed. Antv.—3 *timidum* Vat. sec. *tibi te pro vel te* Buslid. *potui* Exc. Pat. rec. *didicisse* pro *dixisse* Petav. sec.—4 *uterque* Moret. pr. unde *uterne* conjiciebat Heinsius, vel *utrumque* premit.—5 *Ter fluxere* duo Vatt. *jan pro dum* Moret. pr. *minorem pro priorem* Buslid.—7 *vetet reverentia* Ambr. tert. *nostri* Pal. Med. quart. Moret. pr. vet. Gyr. *veri* duo Vatt.—8 *hortatur amor* Pal. Med. quart. *vincit amor* duo Vatt. Pal. duo Med.—9 *Sors* Bonon. Buslid. *prisci* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. Oxon. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *socii* Exc. Lucens. pr. *Cæi* Ambr. tert. *Chii* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Thuan. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. m. pr. ed. Parm. *Cei* Var. LL. ed. Antv. Gesn. et ed. Bipont.—10 *Hic et seq. versus desideratur* in Vat. tert.—11 *Audax ut, si quid* ed. Parm. *Audax et si quid* Med. sec. m. pr. *Audax aut aliquis* Moret. pr. *Audax aut si quid* Var. LL. e marg. Parm. *Audax aut siquidem p. p. videbor* Buslid. *Audax aut si quid penitus p. videtur* duo Vatt. Oisel. *Audax haud si quid p. p. videtur* Vat. quint. *Aut si quid vates p. p. videbor* Vat. pr. Pal. *vates* duo Med. Exc. Pat. rec. m. sec. Sched. Gud. *videbor* Thuan. Buslid. Ambr. tert. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *videtur* Oxon. sec. *ludetur* Put. *videtur* vel *fatetur* Rott.—12 *Arguat* Vat. sec.

## NOTÆ

3 *Me timidum*] Timiditas in me, et superbia in te nos ambo condemnat, et tenet ut reos.

9 *Fors juvat audentes*] Ennius: 'Fortibus est fortuna viris data.' Virg. 'Audentes fortuna juvat.' Plutarchus: ἀρχὴ γὰρ τοῦ νικᾶν τὸ θαρρεῖν,

*initium victoriae est audacia.*

*Prisci vatis*] Alii legunt *Cei vatis*. Simonides ille fuit ex insula Ceo oriundus: fuit ille efficax in fletu excitando, unde Catullus, 'Mœstius lacrymis Simonideis.'

11 *Audax*] Ut si quid peccem ni-

Romanos bibimus primum te Consule fontes,  
 Et Latiae cessit Graia Thalia togæ :  
 Incipiensque tuis a fastibus omina cepi, 15  
 Fataque debebo posteriora tibi.  
 Ergo lacesitus tandem rescribe roganti,  
 Et patria florens sorte, Probine, vale.

*neque tamen passurus probrum ingrati animi. Primo, te Consule, potavimus fontes Latinos, et Musa Graia concessit togæ Romanæ, et exordiens a tuo Consulatu, accepi felix præsagium, et debebo tibi fatum meum sequens. Igitur tu provocatus responde tandem aliquando precanti, et vale, o Probine, fruens felicitate paterna.*

Pal. duo Med.—13 *primum* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *primo* edd. Parm. Junt. Isingr. Colin. Gryph. Pulm.—14 *Latiae grata* Vat. tert. Pal. Rott. Florent. tres Med. Put. Thuan. Petav. sec. Buslid. Exc. Lucens. pr. *Latiae cessit Graia* Var. LL. e marg. Parm. *accessit* Vat. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. *grata* Oisel. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv.—15 *Inripiensque* Oxon. sec. *tuis a fastibus* Med. quart. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Gesn. et ed. Bipont. *a fastibus* Vat. pr. Pal. Oisel. Med. pr. Ambr. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *affatibus* Vat. tert. Rott. Petav. pr. Oxon. sec. *omina* Med. quart. Livin. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Parm. *omnia* Pal. Oxon. sec.—16 *debebo* Med. quart. Thuan. duo Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. *debebo* Vat. tert. Pal. Oisel. Oxon. sec. *jam potiora* Thuan. deerat autem hoc distichon Vat. pr. et quart.—18 *florens*: hæc vox deerat Pal. et duobus Med. *Propine* Buslid. *propina* Exc. Lucens. pr.

## NOTE

mis audendo, more Poëtarum, arguere temerarius, sed non tamen ut ingratus.

13 *Bibimus*] Te Consule incepimus versus Latinos componere, et sic bibimus fontes Romanos.

14 *Thalia*] Una ex Musis, ἀπὸ τοῦ θάλλειν, *florere*, quod Poëtarum gloria et datæ a Poëtis laudes in dies magis efflorescant. Quasi dicat, Musa Græca, seu studia nostra Græca, cesserunt

togæ Romanæ seu studiis Latinis, dum Consul esses. Etenim studiis Græcorum te auctore relictis, cœpi condendis Latinis versibus operam dare.

15 *A fastibus*] Alii legunt *fascibus*, id est, a tuo consulatu; qui prædicatur supra, de Consulatu Probini, &c.

16 *Debebo*] Alii legunt, nec male, *Fataque se debent prosperiora tibi*. Quasi diceret, Tibi quicquid sum debeo.



## XLIII.

## EP. V. AD GENNADIUM EX PROCONSULE.

## ARGUMENTUM.

GENNADIO versus petenti ait sibi nullos esse.

ITALIÆ commune decus, Rubiconis amœni  
 Incola, Romani fama secunda fori;  
 Graiorum populis, et nostro cognite Nilo;  
 Utraque gens fasces horret amatque tuos.  
 Carmina jejunas poscis solantia fauces? 5  
 Testor amicitiam, nulla fuisse domi.

O Gennadi, commune ornamentum Italiæ, accola Rubiconis grati, fama altera fori Romani, note gentibus Græcorum et Ægypto nostræ, populus uterque metuit et diligit administrationem tuam. Petis versus recreaturos desiderium tuum. Juro per amicitiam nostram, nullos esse domi meæ. Etenim illi versus deserunt mihi

In Moret. pr. erat *Incipit Epistola ad Gennadium ex Proconsule*. quomodo et inscribitur in Oisel. Bonon. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *Ad Gennadium Ex-proconsulem* habet vet. Gyr. in Vat. pr. Med. pr. et quart. simpliciter *Ad Gennadium* extat.—2 *secunda* vet. Gyr. *fæcunda* Ald.—3 *Græcorum populis* Med. quart.—4 *fallaces pro gens fasces* Buslid.—5 *pascis pro poscis* Var. LL.

## NOTÆ

*Ad Gennadium*] Gennadius ex Proconsule, id est, qui fuerat Proconsul, aut qui rexerat Græcos et Ægyptios pro Consule. Apud Servium, 'Evocatus non miles, sed Promilite dicitur.' Alii legunt, *Ad Gennadium Proconsulem*.

1 *Commune decus*] Vir præstantissimus, qui Italiam cohonestat universam, sicque est Italiæ commune ornamentum.

*Rubiconis*] Hic est antiquus Galliæ Cisalpinæ et Italiæ terminus, hodie *Pisatello*, non procul ab urbe *Ravenna*, Cæsaris transitu notissimus.

2 *Fama secunda*] Forte qui post Ciceronem famam secundam meretur, ut omnium eloquentissimus. Sic Martialis de apro ingenti Thuscæ, dixit, 'Ætolæ fama secunda feræ,' id est, post aprum Calydonium, Ætolis a Diana immissum, omnium aprorum aper maximus.

3 *Nilo*] Nilus designat Ægyptum.

4 *Fasces tuos*] Tuam administrationem, quæ designatur per fasces.

5 *Jejunas fauces*] Quasi carmina solari possent fauces seu guttur jejunum, quod si faciunt, id nascitur ex delectatione quæ percipitur in le-

Nam mihi mox nidum pinnis confisa relinquunt,  
Et Lare contemto non reditura volant.

*mox nidum freti alis, instar avium, et domo mea spreta evolant non reversuri.*

//////////

ed. Antv. *levinas pascit sollertia* Buslid. *fasces pro fauces* Put.—7 *pinnis* Buslid. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *pennis* Oxon. sec. et sic edidit Gesn. *confixa* Ambr. tert. *relinquit* Med. sec.—8 *Ut lare* Vat. sec. *Quo lare* Var. LL. ed. Antv. *Et me contemto* Ambr. pr. Sched. Gud. *concepto* Cod. Epigr. Ambr. *contento* Rott. Ambr. tert. *volat* Med. sec.

## NOTÆ

gendis optimis versibus: vel est a- quod indicat Claudiani promptum et  
dax metaphora sumta ab ingenti rei acre ingenium.  
alicujus desiderio.

7 *Pinnis*] Alii legunt *pennis*: id est, 8 *Lare*] Lares poni *pro domo* notum  
versus mei evolant instar avium; id omnibus.

XLIV.

CL. CLAUDIANI

E I D Y L L I A.

---

1. PHŒNIX.

ARGUMENTUM.

PHŒNICI quæ regio habitetur ; quæ sint ejus natura, alimenta, pulchritudo, mors, cunabula, comitatus, et alia munera.

---

OCEANI summo circumfluus æquore lucus  
Trans Indos Eurumque viret, qui primus anhelis

*Sylva circumfusa aquis extremi Oceani virescit ultra Indos et Eurum, quæ*

~~~~~

In Med. pr. desideratur hoc carmen. *Phœnix* inscribitur in Bonon. et Lucens. pr. in Vat. pr. et Moret. pr. erat, *Incipit Phœnix*. inc. Heins. *de Phœnice* ; Var. LL. e marg. Parm. *de Phœnice ave* inscribunt. in Put. non erat inscriptio. Heinsius hic duos novos adhibuit codices, alterum Vaticanum chartac. n. 5346. quem litera A notaverat ; alterum Bibliothecæ Hafniensis, itidem chartaceum, litera B ab ipso notatum.

1 *lucus* vel *Nilus* Ambr. pr.—2 *volat* pro *viret* Vat. tert. m. pr. *hanelis* Var.

NOTÆ

SCALIGER hoc opus pro *luculentissimo Poëmatio* reputavit.

*Eidyllia*] *Εἰδύλλια*, vel *Idyllia*, a voce *εἶδος*, *species*, sunt parva Poëmata, quæ novam semper speciem, novum argumentum tractant.

*Phœnix*] Hæc avis describitur : de qua multa ‘ incerta, et fabulosis

aucta.’ Tacitus. Alii in Ægypto, alii in Assyria ; hi in Arabia, illi in India degere asserunt : omnes, cum hanc avem depingunt, tam parum sibi constant, ea ut fabulosa et Poëtarum propria esse videatur.

2 *Eurum*] Ventum Eoum, seu ventum ab Oriente flantem.

Solicitatur equis; vicinaque verbera sentit,  
 Humida roranti resonant cum limina curru,  
 Unde rubet ventura dies, longeque coruscis 5  
 Nox afflata rotis refugo pallescit amictu.  
 Hæc fortunatus nimium Titanus ales  
 Regna colit, Solisque plaga defensus iniqua  
 Possidet intactas ægris animantibus oras;  
 Sæva nec humani patitur contagia mundi: 10  
 Par volucer Superis; stellas qui vividus æquat

*sylva prima tangitur ab equis anhelantibus Solis, et tangitur quoque flagello finitimo, cum porta uda personat curru roscido, ex qua porta lux nascitura rubescit, et procul nox percussa rotis micantibus, pallet veste evanescente. Avis Solaris Phœnix felix nimis habitat hanc oram, et tectus regione Solis inaccessa, tenet tractus haud calcatos animalibus miseris, neque fert contagionem crudelem contubernii hominum: avis similis Diis; quæ vicax equiparat sidera vivendo,*

LL. ed. Antv.—3 *aquis* pro *equis* Petav. pr. *sensit* Ambr. pr.—4 *Vivida* pro *Humida* Oisel. *conanti* pro *roranti* Buslid. *cui* Vat. A. *lumina* Vat. sec. et D. Ambr. tert. Petav. sec. Buslid. Hafn. cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *casu* Vat. sec. *cursu* duo Vatt. Rott. Hafn. Buslid. Florent. Moret. pr. Med. sec. Put. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—5 *Inde* pro *Unde* conjiciebat Heinsius. *jubet* pro *rubet* Buslid.—6 *rotis* vel *nothis* Rott. *Hic* Hafn. Med. sec. Buslid. Ambr. tert. *Nec* Exc. Lucens. pr.—7 *Junonius ales* Sched. Gud.—8 *Regna tenet* Ambr. tert. *solis* Oisel. *solusque* Vat. pr. Ambr. pr. m. sec. *Solisque* duo Vatt. item A. et D. Rott. Hafn. Florent. Med. sec. inc. Heins. duo Ambr. Put. duo Petav. Moret. pr. m. pr. Oxon. sec. cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *plaga*: deerat hæc vox Med. sec. qui *defensus inique* exhibet.—9 *intactis* Vat. tert. *alibus* Buslid. *animalibus* Vat. tert. *animantibus* Vat. A. Hafn. inc. Heins. *herbas* pro *oras* Petav. pr.—10 pro *Sæva* Heinsius *Læva* vel *Scæva* conjiciebat. *patrii* pro *patitur* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *mundum* Buslid.—11 *volucres* Vat. pr. Oisel. *volucrum* Exc. Pat. rec. *qui stellas* Ambr.

## NOTÆ

3 *Verbera sentit*] Ex Claudiano Phœnix degit in eo loco, qui propius tangitur iisdem verberibus, quibus Sol impellit equos dum exoritur.

6 *Nox afflata rotis*] Nox percussa velut vento et agitatione rotarum currus Solis, vel afflata et expulsa anhelitu equorum Solis rotas micantes trahentium, pallet et evanescit. Nox pingitur cum veste nigra.

7 *Titanus ales*] 'Sacrum Soli id animal.' Tacitus. Sol autem dicitur aliquando *Titan*, et *Titanus* idem est ac *solaris*.

8 *Plaga iniqua*] Defensus Phœnix ab insectatione hominum, quia degit in regione iniqua, hoc est, nimis calida ob Solis propinquitatem, quæ ab hoc loco arcet homines.

9 *Possidet intactas*] Venit tamen in orbem hominibus habitatum; nam hæc avis visa in Ægypto, ex Tacito, et in aliis locis.

*Ægris animantibus*] Bene, animalia quippe videntur nata ad ferendos morbos devorandasque molestias: unde et apud Virgilium sæpe 'mortalibus ægris.'

Durando, membrisque terit redeuntibus ævum;  
 Non epulis saturare famem, non fontibus ullis  
 Assuetus prohibere sitim: sed purior illum  
 Solis fervor alit, ventosaque pabula libat  
 Tethyos, innocui carpens alimenta vaporis.  
 Arcanum radiant oculi jubar: igneus ora  
 Cingit honos: rutilo cognatum vertice sidus  
 Attollit cristatus apex, tenebrasque serena

15

*et consumit vitam corpore renovato: non solita sedare jejunium cibus, non extinguere sitim ullis aquis; ac calor purior Solis nutrit illam avem, et hæc degustat nutrimentum tenue Tethyos, accipiens dapes vaporis innoxii. Oculi Phœnicis emittunt radios secretos: decor quidam flammeus ambit rostrum ejus; vertex elatus cristis repræsentat culmine micanti astrum simile, Solem, et findit cali-*

pr. qui vita Buslid. stella qui Oxon. sec. invidus Ambr. pr. Sched. Gud.—  
 12 Durandum inc. Heins. Purando Exc. Lucens. pr. duo vero seqq. versus  
 desunt in Buslid.—15 Talis fervor pro Solis fervor Med. sec. ventosque et Vat.  
 D. pabula Ambr. pr. papula Oxon. sec. libat Vat. pr. Oisel. Med. sec. Put.  
 Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. portat Petav. sec. potat tres Vatt. item  
 A. et D. Hafn. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Ambr. tert. Petav. pr. Mo-  
 ret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e  
 marg. Parm. et ed. Antv.—16 innocuit Vat. pr. Oisel. carpit Florent. capiens  
 Cod. Epigr. Ambr. pavoris Vat. tert.—17 igneus ori Petav. pr.—19 crispatus

## NOTE

12 Durando] Tacitus: 'De numero annorum varia traduntur. Maxime vulgatum quingentorum spatium: sunt qui asseverent mille quadringentos sexaginta unum interjici,' &c. Claudianus huic dat mille annos: Herodotus quingentos et quadraginta: Philostratus sexcentos: alii plus aut minus. Apud Lucianum *Φολυκος ἔτη, Phœnicis anni*, longiorem vitam designant.

15 Fervor] Phœnix fovetur benigno calore Solis, et ventoso seu tenui vapore maris, quod alimentum innocuum est et benignum, et nullius impensa accipiendum. Ovidius vero de Phœnice: 'Nec fruge, nec herbis, Sed thuris lacrymis, et succo vivit amomi.' Sed quis extitit 'qui viderit vescentem?' Apud Plinium id negat 'primus atque diligentissimus toga-

torum Manilius.'

16 Tethyos] Hæc est Dea maris: ponitur pro ipso mari.

17 Radiant jubar] Radiant ob jubar scilicet, sic Græci intelligunt sæpius *κατά*. Emittunt nempe radios quosdam arcanos Soli similes. Non dissimilis est Plinius. 'Aquilæ,' inquit, narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguuntibus, cristis faciem, caputque plumeo apice cohonestante.'

17 Igneus honos] Ignis quidam, qui conciliat honorem et pulchritudinem Phœnici. Solinus: 'Avis Phœnix Aquilæ magnitudine, capite honorato in conum plumis extantibus.' Herodotus autem *τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν, τὰ δ' ἐρυθρά*: hujus Phœnicis alarum hæc flavæ, illæ rubræ.

Luce secat : Tyrio pinguntur crura veneno. 20  
 Antevolant Zephyros pinnæ, quas cœrulus ambit  
 Flore color, sparsoque super ditiescit in auro.  
 Hic neque concepto fœtu, nec semine surgit :  
 Sed pater est prolesque sibi, nulloque creante  
 Emeritos artus fœcunda morte reformat, 25  
 Et petit alternam totidem per funera vitam.  
 Namque ubi mille vias longinqua retorserit æstas,

*ginem lumine corusco : crura ejus distinguuntur colore purpureo : alæ superant ventos, quas alas color cœruleus cingit flore velut quodam, et locupletatur in auro superfuso. Hic Phœnix neque producto fœtu, neque nascitur ex semine, sed est sibi pater et filius, et nullo generante renovat morte genitali corpus senile, et repetit alterne tot vitas, quot passus est mortes. Etenim postquam æstates longæ redierunt per vias*

Vat. sec.—20 *locat pro secat* Petav. sec. *serenas* duo Vatt. Cod. Epigr. Ambr.—21 *Antevolat* Med. sec. *Antevolat Zephyros*. cum *τελεία στρογγύη*, Vat. sec. *Zephyrum* Vat. pr. Put. Vat. Livin. *Zephyros* Var. LL. e marg. Parm. *primæ pro pennæ* Vat. pr. *pinnæ* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *qua cœrulus* Vat. sec. *sed cœrulus* Buslid.—22 *Ore color* Vat. tert. Rott. Florent. *calor* Bonon. *sparsoque super* Var. LL. e marg. Parm. *simul pro super* Vat. pr. et tert. Med. sec. Vat. Livin. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. m. sec. Sched. Gud. ed. Parm. *super vel nitens* inc. Heins.—23 *Sic neque* Buslid. *Hic nec* Vat. sec. Exc. Lucens. pr. *secum pro fœtu* Oisel. Med. sec.—24 *prolesque suis* Oisel. Med. sec. s. Exc. Lucens. pr. *sibi tres* Vatt. item A et D. Hafn. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Put. duo Petav. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Oxon. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—25 *Et meritos arcus* Med. sec. *fecunda in morte* Vat. pr.—26 *post funera* Moret. pr.—27 *Jamque ubi* Vat. quart. *millenas pro mille vias* Buslid. *longæva* Vat. A.

## NOTE

20 *Secat*] Findit tenebras easque dissipat crista radianti.

*Tyrio veneno*] Colorem rubro qui similis est purpureo, qui fit ex veneno urbis Tyri in Phœnicia, in qua urbe purpura exquisitior.

21 *Zephyros*] Rex ille avium superat velocitate ventos. Zephyri ponuntur pro ventis in genere.

*Cœrulus flore color*] Alii legunt, *quas circulus ambit Floricolor*, id est, circulus florei coloris.

22 *In auro*] In colore flavo, et auri æmulo.

23 *Hic neque concepto fœtu*] Non Phœnix nascitur ex fœtu aliquo quem foverit alia avis, aut semine

effuso instar aliarum volucrum; sed nascitur ex verme, qui oriatur ex ossibus et medullis veteris Phœnicis, ut vult Plinius, vel ex combusti Phœnicis cinere, ut vult Philostratus. Recentiores Philosophi, si Phœnix revera sit, contendunt nasci ex semine, quod conservetur inter flammam et cineres, et ex quo exsurgat alius Phœnix. Unde ejus castitatem prædicat Lactantius: 'Sola inter volucres nec mas nec fœmina, sexu sola caret, Veneris sola aversatur honores.'

25 *Emeritos*] Artus functos vitæ officiis.



Tot ruerint hyemes, toties ver cursibus actum,  
 Quas tulit autumnus, dederit cultoribus umbras :  
 Tum multis gravior tandem subjungitur annis, 30  
 Lustrorum numero victus : ceu lassa procellis  
 Ardua Caucasio nutat de culmine pinus,  
 Seram ponderibus pronis tractura ruinam.  
 Pars cadit assiduo flatu : pars imbre peresa  
 Rumpitur : arripuit partem vitiosa vetustas. 35  
 Jam breve decrescit lumen, languetque senili

*mille, et hyemes mille præteritæ sunt, et toties ver absolvit curriculum millesimum, et attulerit agricolis folia umbrosa, quæ autumnus abstulerit : tunc Phœnix oppressus annis plurimis tandem superatur, fractus multitudine lustrorum : quemadmodum pinus alta fatigata tempestatibus labat ex vertice Caucasio, sensura casum tardum sua mole proclivi. Pars navis ruit vento continuo : pars consumpta pluvia dissilit : antiquitas cariosa rapit partem alteram. Jam exilis fulgor Phœnicis minui-*

*recesserit* Buslid. Var. LL. ed. Antv. *retorsit* vel *recesserit* Rott. *retorsit* probat Heinsius, qui ascripserat, sic *redeuntia sæcula* dixit Claudian. Cons. Olybr. vs. 2. *ætas* Vat. pr. et D. Med. sec. Bonon. Exc. Pat. rec. m. sec. *ætas* vel *æstas* Buslid.—28 *Tot ruerint* Vat. A. Bonon. Ambr. tert. Petav. pr. m. sec. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Tot fuerint* Vat. pr. Oisel. Med. sec. *Torruevit* inc. Heins. *Torruevit* Vat. tert. et D. Rott. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Petav. sec. et pr. m. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Corruerint* Pat. *Horruevit* Vat. sec. et quart. Florent. *Torruevit toties acta nec cursibus hiems* Buslid. *homines pro hiemes* Petav. sec. *quoties* Oisel. *totidem* legit Heinsius, qui ascripserat locum B. Get. 165. *auctum* inc. Heins. Put.—29 *tulit* Var. LL. e marg. Parm. *dedit* Vat. tert. Florent. Med. sec. Petav. sec. ed. Parm.—30 *Tum multis* Bonon. Put. duo Petav. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Trans* Florent. *subjungitur* quatuor Vatt. et D. Buslid. Ald. *submergitur* Ambr. pr. *subducitur* Vat. A. *undis pro annis* Put. *horis* Ambr. pr. m. pr.—31 *victus numero* Ambr. tert. *lapsa procellis* Vat. sec. inc. Heins. Petav. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—32 *nutet* Cod. Epigr. Ambr. *vertice* Vat. pr. et D. Oisel. Med. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. *culmine tres* Vatt. et A. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—33 *pronam* Buslid.—34 *fluctu pro flatu* Vat. tert. Rott. Florent. *perosa* Florent.—35 *arumpit* Hafn. Ambr. tert. *arumpit* Buslid. *arripuit* Florent. Med. sec. inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *arripuit* Vat. pr. et A. Oisel.—36 *Jamque ubi decrescit* Vat. A. vet.

## NOTÆ

29 *Umbras*] Ver dat folia, quæ faciunt umbras.

30 *Subjungitur*] Alii legunt *subducitur*, nec male.

32 *Caucasio*] Caucasus est mons Scythiæ.

33 *Ponderibus pronis*] Pronis et proclivibus ad cadendum.

35 *Vitiosa vetustas*] Non vetustas vitiosa est, sed arborem facit vitiosam atque cariosam.

Segnis stella gelu : qualis cum forte tenetur  
 Nubibus, et dubio vanescit Cynthia cornu.  
 Jam solitæ medios alæ transcurrere nimbos  
 Vix ima tolluntur humo. Tunc conscius ævi 40  
 Defuncti, reducisque parans exordia formæ,  
 Arentes tepidis de collibus eligit herbas,  
 Et cumulum texens pretiosa fronde Sabæum  
 Componit bustumque sibi partumque futurum.  
 Hic sedet, et blando Solem clangore salutat 45  
 Debilior, miscetque preces, ac supplice cantu

*tur; et oculi debiles emoriuntur frigore senectutis: qualis Luna est, cum forte impeditur nebulis, et evanescit cornu ambiguo. Jam pennæ ejus assuetæ transvolare nubes medias, vix attolluntur ex terra infima: tum ille sciens ætatem suam præteritam, et præparans principia vitæ reditura, seligit gramina sicca ex collibus tepentibus, et aggerans acervum Sabæum ex foliis exquisitis, exstruit sibi et rogam et cunabula futura. Hic Phoenix incubat, et languidior adorat Solem voce blandiente, et adjungit precationem, et carmine rogante petit ignem daturum sibi vigorem*

Gyr. Exc. Lucens. pr. *Debile* pro *Jam* breve conjiciebat Heins.—37 *Multum* pro *Segnis* Buslid. *signis* Var. LL. e marg. Parm. *stela* Hafn. *stila* Cod. Epigr. Ambr. *stella* Vat. pr. sec. et D. Moret. pr. Buslid. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *stilla* Vat. quart. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *qualis cum* Var. LL. e marg. Parm. *quin et cum* Buslid. *quamvis tum* ed. Parm.—38 *clivo* pro *dubio* Med. sec. *Cynthia motu* Vat. tert. m. pr.—39 *medis alæ* Vat. sec. *transcendere* Vat. A.—40 *Vix una* Moret. pr. *tum* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. Exc. Lucens. pr.—41 *parat* Vat. tert. *famæ* Vat. sec. *vitæ* Petav. pr.—42 *Ardentes* Vat. D. Florent. *Arcentes* Oxon. sec. *Zephiri* pro *tepidis* Ambr. tert.—43 *tumulum* duo Vatt. et D. Rott. Hafn. Med. pr. inc. Heins. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—44 *Componit* Vat. A. *Et ponit* Vat. tert. *Composuit* Moret. pr. *parcumque* Vat. sec.—45 *Hæc* Vat. sec. Cod. Epigr. Ambr. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *blando Solem* Oisel. inc. Heins. *magno Solem* Bonon. duo Petav. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Pat. rec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *magno sedem* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *Solem* Florent. Med. sec. *magno tres* Vatt. item A. et D. Hafn. Rott. Florent. *clamore* Vat. sec. Petav. pr. *clangore* Vat. pr. et tert. item D. Rott. Oisel. *magno clangore* Vat. Livin. *magno clamore* Buslid.—46 *ac supplice* Med. sec. Vat. Livin. *a supplice*

## NOTE

- 37 *Stella*] Ocnlus, qui sideris instar micabat, languet propter imbecillitatem senectutis frigentis. Alii legunt, *stilla*, id est, gutta sanguinis.  
 38 *Dubio cornu*] Quod vix et dubio aspectu jam videtur.  
*Cynthia*] Quæ et Luna et Diana est, sic dicta a monte Deli Cyntho, ubi nata est.  
 40 *Ævi defuncti*] Quo defunctus est.  
 42 *Herbas*] Colligit cinnama et alia ligna odorifera.  
 44 *Bustum*] Quasi bene ustum.  
*Partum*] Componit cunas, in quibus de novo pariat, ex sui ipsius cinere fœcundo ac genitali.  
 45 *Clangore*] Phœnici blandam esse vocem canit Lactantius, et quam neque olor moriens imitari posse

Præstatura novas vires incendia poscit.  
 Quem procul adductis vidit cum Phœbus habenis,  
 Stat subito, dictisque pium solatur alumnum :  
 O senium positura rogo, falsisque sepulcris 50  
 Natales habitura vices, qui sæpe renasci  
 Exitio, proprioque soles pubescere leto,  
 Accipe principium rursus, corpusque coactum  
 Desere : mutata melior procede figura.  
 Hæc fatus, propere flavis e crinibus unum 55  
 Concussa cervice jacet, missoque volentem  
 Vitali fulgore ferit. Jam sponte crematur,  
 Ut redeat, gaudetque mori festinus in ortum.  
 Fervet odoratus telis cœlestibus agger,

*novum. Quem Phœnicem cum Sol aspexit longe loris admotis, consistit statim, et consolatur verbis amicis alumnum pium : O Phœnix depositura senectutem in busto, et consecutura vicissitudinem nascendi in tumulto fallaci, qui consuevisti sæpe reviviscere clade tua, et adolescere tua morte, resume iterum initium vitæ, et relinque corpus caducum : vegetior redi forma versa. Sol locutus hæc verba, statim capite moto conjicit unum ex capillis aureis, et splendore geniali affuso tangit cupientem Phœnicem. Jamque hic Phœnix comburit se ultro, quo reviviscat, et lætatur emori properans ad vitam aliam. Acervus ligni odoriferi ardet radiis solaribus, et*

Parm. et supplice Ald. vultu vel cantu Moret. pr.—47 incendia miscet Med. sec.—48 abductis Ambr. tert.—49 deum pro pium Put.—52 leto Buslid. Ald. lecto Vat. tert. et A. Florent.—53 jussus pro rursus Petav. pr.—54 mutata m. procede figuram Vat. pr.—55 flavum Vat. tert. flammis Cod. Epigr. Ambr. de crinibus duo Vatt. Ambr. tert. cum crinibus Cod. Epigr. Ambr.—56 jacet Exc. Lucens. pr. tacet Vat. pr. missusque Var. LL. e marg. Parm. volentem Rott. Med. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—57 fervore ferit Vat. sec. m. pr. nam sponte quatuor Vatt. A. et D. Rott. jam Moret. pr. Ambr. tert. fronte Put. creatur Med. sec. hic deficit Vat. D. n. 2807.—58 orcum Vat. tert. ortus Hafn.—59 odoratus Vat. tert. Med. sec. Oxon. sec. m. pr. odoratum Vat. sec. telis Ambr. pr. Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. terris Put.

## NOTE

putatur, Nec Cylleneæ fila canora Lyræ?      git; seu sepulcrum illud insuetum, unde exit, fallere omnes videtur.

46 *Miscetque preces*] Clangor et cantus Phœnicis moribundi videntur esse totidem preces, quibus Solem patrem rogat ut se resuscitet.      53 *Coactum*] Corpus caducum et fragile ob senium : vel *corpus coactum*, mori scilicet, et fato concedere.

48 *Adductis habenis*] Cum scilicet Sol oritur.      55 *Flavis e crinibus*] Sol uno ex *crinibus* seu radiis tangit, ferit, animat Phœnicem cupientem.

49 *Pium alumnum*] A quo pie colitur.      58 *Festinus*] Gaudet mori, quia festinat ad ortum alium, ad aliam vitam.

50 *Falsis sepulcris*] Falsa est sepultura, ex qua vivus Phœnix emergit; seu sepulcrum illud insuetum, unde exit, fallere omnes videtur.      59 *Telis cœlestibus*] Radiis Solis qui sunt velut tela et sagittæ.

Consumitque senem. Nitidos stupefacta juvencos 60  
 Luna premit, pigrosque polus non concitat axes.  
 Parturiente rogo curis Natura laborat,  
 Æternam ne perdat avem, flammasque fideles  
 Admonet, ut rerum decus immortale remittant.  
 Continuo dispersa vigor per membra volutus 65  
 Æstuat, et venas recidivus sanguis inundat.  
 Victuri cineres nullo cogente moveri  
 Incipiunt, plumaque rudem vestire favillam.  
 Qui fuerat genitor, natus nunc prosilit idem,  
 Succeditque novus. Geminæ confinia vitæ 70  
 Exiguo medius discrimine separat ignis.

*absunit Phœnicem senem. Luna attonita comprimit boves nitentes, et cælum non movet axes torpentes. Busto concipiente Phœnicem, natura tota est in solitudine, ne amittat volucrem sempiternam, et monet ignes fidos, ut reddant Phœnicem, qui est honos perpetuus mundi. Statim vigor diffusus per corpus universum incalescit, et sanguis novus abundat in venis. Cineres victuri cœperunt excitari, nemine impellente, et cingere pennis favillam informem. Qui pater extiterat, nunc idem filius exsilit, et novus succedit. Flamma interposita distinguit*

*stellis duo Vatt. A. et D. Rott. Vat. sec. m. pr. stellis Oisel. Oxon. sec. stellis vel felis inc. Heins.—60 Consumitque viam Put. necem Petav. pr.—61 pigros spoliis pro pigrosque polus Buslid. primosque Moret. pr. palus Vat. sec. concitet Put. ignes Exc. Pat. rec. m. pr.—62 Parturiente rogo Vat. sec. cunas pro curis leg. Heins.—63 Externam inc. Heins.—64 Admover Vat. A. et D. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. Ammover Ambr. tert. Amover Buslid. Ammonet tres Vatt. Rott. duo Petav. Oxon. sec. it mortale Exc. Lucens. pr. remittat Vat. pr. Put. ed. Parm. remittant Var. LL. e marg. Parm.—65 discussa Put. rigor Exc. Lucens. pr. volutus duo Vatt. A. et D. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Buslid. duo Petav.—66 venis Vat. pr. et d. venas Florent. inc. Heins. Ambr. tert. Put. Petav. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. recidivus Vat. pr. Oisel. Med. sec. Vat. Livin. redivivus Vat. sec. tert. et D. Hafn. Rott.—67 cineres nullo Vat. A. nullo cineres Vat. tert. Rott. Florent.—68 plumaque videt Buslid. plumaque novam Oisel. soporem pro favillam Vat. tert. m. pr. figuram Med. sec. figura Petav. pr.—69 tunc prosilit Bonon. Moret. pr. Petav. pr. Oxon. sec.—70 Succeduntque novis Med. sec. novos Var. LL. e marg. Parm.—71 medius vel*

## NOTÆ

60 *Juveneos premit*] Luna fingitur vehi bobus, sed hos comprimit, ne noceatur Phœnici tantum opus facienti.  
 62 *Curis laborat*] Heinsius legit *cunas laborat*; nec male: id est, natura facit, elaborat cunas Phœnicis, in rogo seipsam producentis.  
 66 *Recidivus sanguis*] Post casum mortemque restitutus.  
 69 *Natus*] Tradunt ex cinere Phœnicis, primo vermem nasci, deinde fieri volucrem. Unde symbolum est hominum ex morte resurgentium. S. Ambrosius: 'Docemur hujus avis exemplo resurrectionem credere.'  
 70 *Confinia*] Exiguam separationem, quæ est inter utramque vitam;

**Protinus ad Nilum Manes sacrare paternos,**  
**Auctoremque globum Phariæ telluris ad oras**  
**Ferre juvat. Velox alienum tendit in orbem,**  
**Portans gramineo clausum velamine funus. 75**  
**Innumeræ comitantur aves, stipantque volantem**  
**Alituum suspensa cohors. Exercitus ingens**  
**Obnubit vario late convexa meatu.**  
**Nec quisquam tantis e millibus obvius audet**  
**Ire duci; sed regis iter fragrantis adorant. 80**  
**Non ferus accipiter, non armiger ipse Tonantis**  
**Bella movent: commune facit reverentia fœdus.**  
**Talis barbaricas flavo de Tigride turmas**

*parco intervallo terminos vitæ duplicis. Statim placet illi Phœnici consecrare ad Nilum cineres patrios, et portare ad regiones terræ Ægyptiæ cumulum formatorem sui. It celer in tractus peregrinos, gestans cadaver inclusum in tumulo herbeo. Volucres innumerabiles comitantur illum, et caterva avium pendula in aëre cingunt illum volitantem. Magnum agmen avium simul vectum via diversa circumdat illum late. Neque ulla avium ex tanta multitudine audet obviam ire suo ductori, sed colunt viam Regis bene olentis. Non accipiter sævus, non ipse armiger Jovis indicunt sibi bellum. Eorum metus in illum parit amicitiam communem. Rex Parthorum similis ducit cohortes barbaricas ex ora Tigridis flaventis. Hic Rex*

*medicus inc. Heins.—72 mores pro Manes inc. Heins. Put. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. morem Buslid. qui et paternas exhibet.—73 Actoremque Vat. sec. et D. Bonon. Buslid. Oxon. sec. ab ora Moret. pr.—74 felix pro velox Oxon. sec. tendit Buslid. Ald. Raphel. Var. LL. e marg. Parm. pergit Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. ed. Parm.—75 clarum ed. Parm. clausum Var. LL. e marg. Parm.—76 glomerantur pro comitantur Moret. pr. stipantque Bonon. spissatque Buslid. stipatque quatuor Vat. et A. Oisel. volantum Moret. pr. volantes Florent.—77 stupefacta cohors Ambr. tert.—78 longe inc. Heins. volatu pro meatu Ambr. tert.—80 ducis Put. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. fragrantis Ambr. tert. Hafn. fragrantis quatuor Vatt. et A.—81 armiger ille Petav. sec.—82 Bella moret Vat. pr. et quart. Bonon. Ambr. pr. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Bella facit Med. sec.—83 barbaricus Voss. flavio*

## NOTÆ

vitam senis, et vitam juvenis: quas patris.  
 vitas exiguas ignis separat. 75 *Gramineo velamine*] Velut in tumulo, fragrantibus scilicet nardo bustis.  
 72 *Ad Nilum*] Mela: Phœnix, 'cum adolevit, ossa pristini corporis inclusa myrrha in Ægyptum exportat, atque in urbem quam Solis appellant, fragrantibus nardo bustis inferens, memorando funere consecrat.' Hinc Phœnix symbolum est magnæ in parentes pietatis. Tacitus dicit, Phœnici 'primam adulto curam sepeliendi  
 76 *Comitantur*] Tacitus: it Phœnix 'multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium.'  
 81 *Armiger Tonantis*] Aquila armigera Jovis.  
 83 *Flavo de Tigride*] Flavio ob menses, vel ligna odorifera.



|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| Ductor Parthus agit: gemmis et divite cultu<br>Luxurians sertis apicem regalibus ornat.                                                                                                                                                                                                                                            | 85 |
| Auro frænat equum, perfusam murice vestem<br>Assyria signatur acu, tumidusque regendo<br>Celsa per famulas acies dititione superbit.<br>Clara per Ægyptum, placidis notissima sacris,<br>Urbs Titana colit; centumque accline columnis<br>Invehitur templum Thebæo monte revulsis.<br>Illic, ut perhibent, patriam de more reponit | 90 |

*superbiens gemmis et ornatu pretioso, decorat caput floribus regiis. Premit equum fræno aureo, habet vestem tinctam purpura, eamque distinctam acu Assyria, et tumescens imperio suo, ostentat se potestate sua alta per cohortes obedientes sibi. Urbs illustris in Ægypto, celebratissima sacrificiis tranquillis, adorat Solem; et Phœnix evolat in templum sublime centum columnis recisis ex monte Thebæo. Illic, ut aiunt, collocat sepulcrum patris sui, et colens vultum Solis Dei domini sui, jam*

~~~~~

quatuor Vatt. et A. Rott. Oisel. *flavo* Hafn. Ambr. tert.—84 *Doctor* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Ductor* Vat. Livin.—85 *Luxurians stratis* Exc. Pat. rec. *ornant* Var. LL. ed. Antv.—86 *permusa* Med. sec. *perfusam* Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. *pompam* pro *vestem* Vat. tert. m. pr. *perfusa veste* Vat. A. qui seq. versum non habet. *perfusaque murice vestis* Vat. sec.—87 *signatur equo* inc. Heins. *tumidusque* Med. sec. inc. Heins. duo Ambr. duo Petav. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *tumidasque* edd. Parm. Isingr. Colin. Gryph.—88 *Celsaque* Vat. sec. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *Alta per famulas* inc. Heins. *per Tyrias* Vat. tert. Rott. Florent. *famulas* Med. sec. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Put. duo Petav. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—89 *sacrum* Parm.—90 *fulturnque* pro *centumque* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *immane* tres Vatt. et A. Hafn. Rott. *accline* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. Heinsius ascripserat: 'sic *acclinis tumulo* Stat. v. Silv. Epicedio in Patrem vs. 36. et Epicedio in Filium 26. *Acclinis scopulo* Val. Flacc. Lib. II. 92. quod perperam Carrio mutavit. vid. B. Get. 487. IV. Cons. Hon. 139.'—91 *Thabeo* Hafn. *Thabæo* Ambr. tert. *Thebano* tres Vatt. et A. Oisel. *Hebano* Vat. pr. *Titano* Buslid. *in monte* Cod. Epigr. Ambr. *revulsum* Cod. Epigr. Ambr. *revulsus* Var. LL. ed. Antv.—92 *patrio* tres Vatt. Oisel. Hafn. Florent. Med. sec. inc. Heins. Ambr. tert.

## NOTE

90 *Urbs Titana colit*] Intelligenda est *Heliopolis*, seu urbs Solis in Ægypto, in quam Phœnix advolare dicitur, et ossa pristini corporis, velut placido quodam sacrificio, consecrare. Idque ex Æliano facit quingentesimo quoque anno, φοίνικες, αἶτ, συμβάλλειν ἐτῶν πεντακοσίων ἰσασιν ἀριθμῶν, μαθητῶν φύσεως τῆς σοφωτάτης ὄντες:

*Phœnices numerare sciunt quingentorum annorum numerum, sapientissimæ naturæ facti discipuli.*

91 *Thebæo monte*] Monte prope Thebas Ægyptias, qui marmore commendatur.

92 *Patriam congeriem*] Reliquias lignorum, quibus pristinum corpus consumptum est.



Congeriem, vultumque Dei veneratus herilem  
 Jam flammæ commendat onus: jam destinat aris  
 Semina reliquiasque sui. Myrrhata relucent 95  
 Limina: divino spirant altaria fumo:  
 Et, Pelusiacas productus adusque paludes,  
 Indus odor, penetrat nares, completque salubri  
 Tempestate viros; et nectare dulcior aura  
 Ostia nigrantis Nili septena vaporat. 100  
 O felix, hæresque tui! quo solvimur omnes,  
 Hoc tibi suppeditat vires: præbetur origo  
 Per cinerem: moritur te non pereunte senectus.

*tradit fascem suum igni: jam consecrat altaribus principia et reliquias sui ipsius. Templum plenum myrrha micat: aræ emittunt fumum divinum: et odor Indicus dispersus usque ad paludes Pelusiacas titillat nares, et perfundit viros nube salutari, et aura odoris suavior ambrosia replet septem ora Nili nigri. O Phoenix fortunate, et successor tui ipsius! hoc letum quo nos omnes dissolvimur, ministrat tibi vigorem: nativitas datur tibi per cinerem; senectus tua deficit, te non deficiente.*

Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. *patrio perhibent* Put. Var. LL. ed. Antv.—93 *vultumque nimis* Buslid. *veneratur* Med. sec. *veneratus* Sched. Gud. *veneratus vel comitatus* inc. Heins.—94 *destinat ultro* Buslid.—95 *mirata* quatuor Vatt. et A. Hafn. Rott. Oisel. Oxon. sec. quod tnetur Barth.—96 *Lumina* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Ambr. tert. Put. duo Petav. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *spumant* Vat. tert. Put. *Phæbo pro fumo* Vat. sec. m. pr.—97 *perductus* Vat. A. Ambr. tert.—98 *Provenit Indus odor* Moret. pr. *Pervenit intus odor.* Vat. quart. *Pervenit Indus odor. penetrat* duo Vatt. et A. Hafn. Rott. Var. LL. e marg. Parm. *Indus odor penetrat nares* Vat. pr. Med. sec. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. Vat. Livin. ed. Parm.—100 *migrantis* Med. sec. Var. LL. ed. Antv. et ita Heinsius legebat ascripto loco IV. Cons. Honor. 483. *stagnantis* legit Gevart. MS. ad Stat. p. 182. ed. Gronov.—101 *solvitur omnis* Put.—102 *Hæc, tibi* Moret. pr. *suppeditant* tres Vat. Rott. Oisel. Oxon. sec. Moret. pr. *suppeditat* inc. Heins. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—103 *nec te moritur*

## NOTÆ

95 *Semina reliquiasque sui*] Cineres et ligna, in quibus sunt reliquiæ corporis mortui, et principia corporis victuri.

*Myrrhata limina*] Alii legunt, *mirata relucent Limina*, id est, ipse ignis, ipse Vulcanus miratur res tantas, et pleniore luce micat.

97 *Pelusiacas*] Pelusium est oppidum in extrema Ægypti ora, unde et

unum ex ostiis Nili dicitur Pelusiacum.

99 *Tempestate*] Nube, fumo odorato.

100 *Nigrantis Nili*] Pinguis ob nigras aquas. Virgilius: 'Et viridem Ægyptum nigra fecundat arena.'

*Vaporat*] Vapore quodam tingit, consecrat.

101 *Quo solvimur*] Mors, qua morimur, dissolvimur, obimus, tibi dat vires.

Vidiſti quodcumque fuit : te ſæcula teſte  
 Cuncta revolvuntur. Nosti, quo tempore pontus 105  
 Fuderit elatas ſcopulis ſtagnantibus undas ;  
 Quis Phaëthonteiſ erroribus arſerit annus :  
 Et clades te nulla rapit, ſoluſque ſuperſtes  
 Edomita tellure manes. Non ſtamina Parcæ  
 In te dura legunt, non juſ habuere nocendi. 110

*Aspexiſti quodcumque extitit : te ſpectatore omnia ſæcula retorquentur : cognoviſti quo tempore mare effuderit aquas intumeſcentes, ſaxis exundantibus ; cognoviſti quiſ annus conflagrarit aberrationibus Phaëthonteiſ, et nulla mors abripit te, et unus remanes ſuperſtes, terra victa. Parcæ non carpunt fila aſpera contra te, non habent poteſtatem nocendi tibi.*

Buslid. *moriente ſuperſtes* Med. ſec.—105 *revolvuntur* tres Vatt. et A. Hafn. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. duo Petav. Exc. Pat. rec. m. pr. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—106 *Fuderat* Cod. Epigr. Ambr. *illatas* Med. ſec. *flagrantibus* Buslid.—107 *terroribus* Ambr. tert. *arſerit* Petav. ſec. *affuit* Petav. pr. *annis* Buslid. *annus* Florent. Med. ſec. Bonon. duo Ambr. Put. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. in quibus et *cladis pro clades* extat in vs. ſeq. *capit* Moret. pr.—109 *Edomitus* Petav. pr. *tellure manus* Oisel.—110 *In te* Ambr. pr. *dura* Vat. pr. Ald. *diva* Petav. pr. *jura* Buslid. *dura* Florent. Med. ſec. inc. Heins. Ambr. tert. Put. Petav. ſec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *aut ſtamina* Vat. A. *non* ed. Parm. *nec* quatuor Vatt. Hafn. Oisel. Buslid. Var. LL. e marg. Parm. *vis pro juſ* Moret. pr.

## NOTÆ

- 106 *Scopulis ſtagnantibus*] Aqua cem recipit omnia animalia in ſuo ſtagnante affuſis. ſinu.  
 107 *Phaëthonteiſ*] De Phaëthonte *Stamina*] Non Parcæ fila legunt ſupra dictum eſt. vitæ Phœnicis, ſiquidem ita renaſcitur, ut videatur eſſe immortalis.  
 109 *Edomita tellure*] Victa omni lege terræ, quæ præter ſolum Phœni-

## XLV.

## 2. HYSTRIX.

## ARGUMENTUM.

HYSTRICIS prædicatur figura, arma, pugna, calliditas, et industria in certamina, quæ tanta est, ut inde homines exempla sumserint.

AUDI ERAM, memorande, tuas, Stymphale, volucres  
 Spicula vulnifico quondam sparsisse volatu.  
 Nec mihi credibilis ferratæ fabula pinnæ  
 Visa diu. Datur ecce fides, et cognitus hystrix  
 Herculeas affirmat aves. Os longius illi

5

*Acceperam, o Stymphale celebrande, tuas aves olim emisisse tela letifera volando: neque fabula alarum ferrearum visa est mihi diu probabilis: en fides huic adhibetur, et Hystrix notus mihi, probat esse tales volucres Herculeas. Illi Hystrici*

Vat. pr. non habet hoc carmen. Med. quart. inscribit *de Histricæ ave*. De *Histricæ* Moret. pr. Lov. *de Istricæ* Med. pr. De *Hystricæ* Exc. Lucens. pr. *Bucusta* vet. Cod. Daniel. De *Histricæ*, quem dicimus *porcum spinosum* ed. Parm. in Var. LL. e marg. Parm. inscriptio deerat. de *Hystricæ* vid. Plin. lib. VIII. c. 38. Frischlin. in *Callimach.* p. 26. Pantin. in *Apostolium* p. 319.

1 *Tymphale* duo Med.—2 *tandem sparsisse* Rott.—3 *Non incredibilis* Vat. sec. *Hæc mihi terribilis* Moret. pr. *crudelis* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *ferratæ fab. pennæ* Buslid. *furatæ fabula pinnæ* Lov. *spicula pro fabula* Pal. *pinnæ* inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *pennæ* Vat. tert. et quart. Oisel. Florent. tres Med. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. m. sec.—4 *dies* Florent. *dies q* Buslid. *Histris* Buslid. *Hister* Pal. duo Med.—5 *oves pro aves* Florent. *longius illis* Buslid.—6 *Assimilat* Med. sec. inc.

## NOTÆ

*Hystrix*] *Hystrix*, quem porcum spineum vocant, est animal spinis contextum, ex genere Herinaceorum. Hinc Isidorus: ' *Hystrix*, animal ex Africa Herinacei simile, vocatur a spinarum stridore, quas tergo laxatas emittit, ut canes insequentes vulneret.' Vel dicitur ὕσθριξ ab ὕς, *sus*, et θριξ, *pilus*.

1 *Stymphale*] *Stymphalus* est nomen urbis, montis, paludis, ubi erant aves illæ fatales, alis suis Solem obscurantes, quas domuit Hercules. De his alibi.

2 *Vulnifico volatu*] *Aves Stymphalides* in alis gerebant velut quædam spicula, quibus volando vulnerabant, id quod accidit Argonautis.

Assimulat porcum : mentitæ cornua setæ  
 Summa fronte rigent : oculis rubet igneus ardor :  
 Parva sub hirsuto catuli vestigia dorso.  
 Hanc tamen exiguam miro natura tueri  
 Præsidio dignata feram. Stat corpore toto 10  
 Sylva minax ; jaculisque rigens in prælia crescit  
 Picturata seges, quorum cute fixa tenaci  
 Altera subtraxit, alternantesque colorum  
 Tincta vices, spatiis internigrantibus, exit  
 In solidæ speciem pinnae, tenuataque furtim 15

*rostrum oblongius repræsentat suam: cornua falsæ setæ rigescunt in alta fronte: vigor flammeus ardet in oculis ejus: sub dorso ejusdem hispido, exigui pedes sicut canis parvi. Attamen Natura dignata est munire munimento admirabili hanc parvam bestiam. Spicula minantia instar sylvæ attolluntur in toto ejus corpore; et seges diversa horrens telis effertur ad certamina, quorum telorum radix profunda affixâ in pelle firma inhærescit, et mutans alternas vicissitudines colorum, intervallis subnigris emergit in morem spiculi solidi, et sensim minuens sese ac poliens, extendit*

Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Assimulat Vat. tert. et quart. Pal. Florent. duo Med. Moret. pr. Ambr. tert. Buslid. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. portum Pal. minutæ cornua Pal. duo Med. felis Vat. sec. m. sec.—7 summe fronte Lov. oculos Pal. Petav. sec. oculos rubor igneus ardet duo Med. ed. Parm.—9 muro Buslid.—10 natura pro dignata Vat. sec. damnata Buslid.—11 jaculisque rugens Lov. ingens Exc. Lucens. pr. vigens inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Ald. Var. LL. e marg. Parm. minax Ambr. pr. Moret. pr.—12 Picturata id. Moret. Picturata seges dorsum, cute fixa tenaci, Ceu vallo obtexit vel obtexens leg. Heins. teneri pro tenaci Pal. duo Med.—13 Alcum subtraxit Ambr. tert. Alco subtraxit Bonon. Alba subattraxit Exc. Lucens. pr. Albas ubi traxit Ald. Var. LL. e marg. Parm. Altera duo Vatt. Pal. Oisel. Lov. Buslid. Oxon. sec. Alcum Vat. sec. subtraxit Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Lov. Buslid. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. subtraxi duo Med. subtraxit Ambr. pr. Moret. pr. Ardua subtraxit Cod. Epigr. Ambr. Altera succrescit vel Alba subattraxit vet. Gyr. calori Buslid.—14 Cuncta neees Rott. Tincta Lov. Cincta Vat. tert. Pal. Oisel. Cuncta Vat. sec. inc. Heins. patris pro spatiis Pal. patriis Med. quart. internigrantibus Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Florent. duo Med. duo Heins. duo Petav. vet. Gyr. Put. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. internigrantibus Bonon. Med. sec. Rott. intus migrantibus Var. LL. ed. Antv.—15 solitæ Buslid. pinnae Lov.

## NOTE

6 Assimulat porcum] Sunt qui capite lepori magis similem esse dicant.

Mentitæ setæ] Non enim seta revera est, ut porcorum, sed aliquid setis simile.

9 Exiguam] Exigua hæc fera est, licet Oppianus ipsi lupi magnitudinem affingat : μέγεθος μὲν, ὅποια λύκοι-

Delph. et Var. Clas.

σι δαφουοῖς, est magnitudo quidem, quanta lupis cruentis.

12 Picturata seges] Spicula picta varios colores referentia, et erecta instar sylvæ et spicarum segetis, paulatim decrescunt, et desinunt in acumen.

Claud.

3 Z

**Levis in extremum sese producit acumen.**  
**Sed non hæc acies ritu sylvestris echini**  
**Fixa manet: crebris propugnat jactibus ultro,**  
**Et longe sua membra regit, tortumque per auras**  
**Evolat excusso nativum missile tergo.** 20  
**Interdum fugiens, Parthorum more, sequentem**  
**Vulnerat: interdum, positis velut ordine castris,**  
**Terrificum densa mucronem verberat unda,**  
**Et consanguineis hastilibus asperat armos.**  
**Militat omne feræ corpus, vibrataque rauco** 25  
**Terga fragore sonant. Stimulis accensa tubarum**

*se in finem acuminatum. At vero hic ordo spiculorum non remanet affixus in morem echini agrestis: Hystrix dimicat sponte, procul coniectis telis frequentibus, et defendit procul suum corpus, et spiculum naturale contortum ex ejus tergo concusso, emittitur per aërem. Aliquando Hystrix effugiens, instar Parthorum, sauciat persequentem: aliquando, velut serie quadam castris dispositis, ferit multitudine magna suorum spiculorum gladios venatorum, et acuit humeros suos spiculis cognatis. Corpus totum bestię pugnat, et dorsum ejus impulsum resonat cum rauco fremitu.*

Ald. solæ primæ Ambr. tert. pennæ vet. Gyr. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. spinæ Buslid. pugnæ Vat. tert. Florent. Med. sec. pumæ Med. quart.—16 Lenis Vat. sec. Pal. Rott. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Lov. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. producit in annem Vat. tert. Florent. τδ acumen deerat Rott.—17 facies Med. sec. achini duo Med.—18 manent Epigr. Ambr. propulsat Ambr. tert. præpungit conjecerat Heins. ictibus Moret. pr. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. ultra Lov.—19 regit Vat. sec. tegit Med. quart. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. Moret. pr. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. tortumque Med. sec. totumque Rott. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec.—20 excusso Vat. Livin. emisso Buslid.—21 sequentem Pal. duo Med.—23 mucronum Exc. Lucens. pr. Heinsius conjicit densam mucronum v. undam, vel Terrificum densa mucronem verberat undæ.—24 consanguineos Lov. m. pr. cum sanguineis duo Med. vet. Gyr. Oxon. sec. armat pro armos Buslid.—25 virgataque Barth.—26 simul et pro stimulis Buslid. ferarum Buslid. Var. LL. ed. Antv.

## NOTÆ

17 *Ritu sylvestris echini*] Spicula in Hystrice non remanent affixa, ut in Echino sylvestri, sed ab eo ita vibrantur, ut etiam longe sese tneatur atque protegat.

23 *Mucronem verberat*] Verberat, ferit, repellit terribilem mucronem, seu gladium venatoris: densa unda, ceu undanti et ingenti multitudine suorum

spiculorum. Heinsius legit: Terrifici densam mucronis verberat undam; id est, retundit densam multitudinem gladiatorum, quibus petitur.

24 *Consanguineis hastilibus*] Et spiculis, quæ sunt similia spiculis venatorum, acuit armos, seu humeros suos: vel consanguineis hastilibus, id est, spiculis secum natis in eodem sanguine.

Agmina collatis credas conflagere signis.  
 Tantus in angusto strepitus furit. Additur armis  
 Calliditas, parcusque sui tumor, iraque nunquam  
 Prodigia telorum, caute contenta minari, 30  
 Nec nisi servandæ jactus impendere vitæ.  
 Error abest; certum solertia destinat ictum,  
 Nil spatio fallente modum: servatque tenorem  
 Mota cutis, doctique regit conamina nisus.  
 Quid labor humanus tantum ratione sagaci 35  
 Proficit? eripiunt trucibus Gortynia capris

*Putes catervas incitatas clangore tubarum decertare vexillis commissis. Tantum murmur excitatur in parvo! Astutia adjungitur his telis, et furor parcens sibi, et ira nunquam profundens male spicula, satis habens sapienter minitari, et non insumere jactus telorum, nisi ad vitam conservandam. Error removelur; industria dirigit telum certum, intervallo non decipiente modum dirigendi: et cutis commota observat spatium tenendum, et moderatur conatum jactus periti. Quid industria hominum tantum protulit solerti ingenio? homines auferunt capris crudelibus cornua Gorty-*

*tubarum* Put. Lov. Petav. sec. deerat hic versus Moret. pr.—27 *cognatis* Put. *cognatis c. consurgere* Var. LL. ed. Antv. *castris* Vat. sec. *telis* inc. Heins.—28 *angusta* ed. Parm. *strepitus ferit* Put. *fuit* Ambr. pr.—29 *parcusque* Ald. *fuit pro sui* Pal. duo Med. *timor* duo Vatt. Pal. Oisel. *tumor* i. e. *ira* leg. Heins. *atque ita pro iraque* Vat. sec.—31 *jactus* Var. LL. e marg. Parm. *tantus* Florent. *cautus* Vat. tert. *tractus* Vat. sec. Pal. Rott. Oisel. tres Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv.—32 *Terror* Vat. pr. Pal. duo Med. duo Heins. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *habet* Oisel. *totum pro certum* inc. Heins. *circum* Cod. Epigr. Ambr.—33 *fallatque tenorem* Put. *timorem* Vat. sec.—34 *Mota* Oisel. m. sec. *Muta* duo Vatt. Pal. *Mixta* Var. LL. ed. Antv. *regit* Lov. Buslid. Ald. *visus* Pal. Buslid. *nisus* duo Vatt. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—35 *Quid* Ald. Parm. Gryph. *Quis* duo Vatt. Pat. Rott. Oisel. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *humanis* Buslid. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *ratione fugaci* Rott.—36 *Profuit* Vat. sec. *Perficit* Vat. tert. Florent. *tracibus*

NOTÆ

*Asperat armos*] Acuit humeros, vel potius acuit, exerit spicula seu hastilia in humeris suis.  
 28 *Tantus in angusto*] Tantum strepitus edit parvum istud animal in his angustiis.  
 33 *Servatque tenorem*] Ejus cutis mota tam certa est ad ictum dirigendum, ut non fallatur spatio, ut optime observet spatium et tempus tenendum in spiculo vibrando. Sicque hystrix symbolum est fortitudinis sapientissimæ, quæ cominus et eminus hostem prudenter petit. Aiunt Ludovicum XI. Galliarum Regem, delectatum esse effigie Hystricis coronam ferentis, cum hoc titulo, 'Cominus et eminus.'  
 36 *Gortynia*] Gortyn est urbs Cretæ, ubi cornua caprarum sylvestrium



Cornua : subjectis eadem lentescere cogunt  
 Ignibus : intendunt taurino viscere nervos :  
 Instruitur pinnis, ferroque armatur arundo.  
 Ecce brevis propriis munitur bellua telis, 40  
 Externam nec quærit opem : fert omnia secum :  
 Se pharetra, sese jaculo, sese utitur arcu.  
 Unum animal cunctas bellorum possidet artes.  
 Quod si omnis nostræ paulatim industria vitæ  
 Fluxit ab exemplis, quicquid procul appetit hostem 45  
 Hinc reor inventum : morem hinc traxisse Cydonas  
 Bellandi, Parthosque retro didicisse ferire,  
 Prima sagittiferæ pecudis documenta secutos.

*nia : cogunt eadem molliri flammis suppositis : contendunt in his funes ex nervis taurorum : sagitta adornatur pinnis, et præfigitur ferro. En bestia parva tegitur spiculis suis, neque requirit auxilium adventitium : portat omnia secum : utitur sese ut pharetra, sese ut telo, sese ut arcu. Una bestia habet dexteritatem omnem militiæ. Quod si omnis solertia vitæ nostræ paulatim deducta est ab exemplis, quicquid longe ferit hostem, hinc puto deductum esse : hinc puto Cydonas arripuisse consuetudinem pugnandi, et Parthos accepisse artem percutiendi pone, imitantes peritiam primam bestię sagittiferæ.*

Vat. tert. *Cortinia* Lov. Buslid. *Cortynia* Oxon. sec. *Gortinia* Var. LL. e marg. Parm. *campis* Vat. sec. Buslid. *captis* duo Med. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *raptis* Florent.—38 *intendet* Rott. *incendunt* Med. sec. *intendos* Ambr. tert. *taurino* Exc. Lucens. pr. *taurinos* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *taurino viscere* Var. LL. e marg. Parm. *taurinos mittere* Oxon. sec. *viscere* Exc. Lucens. pr. Ald. *vincere* inc. Heins. m. sec. *mittere* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. ed. Parm. *intendere* Cod. Epigr. Ambr.—39 *pennis* Petav. sec. Ambr. tert. Buslid. *pugnis* Pal. duo Med. *pinnis* Vat. tert. *pennis pro ferroque* Med. sec. inc. Heins.—40 *bellua* inc. Heins. Petav. pr. *bestia* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel.—41 Deest hic versus Lov. *sunt pro fert* Florent. *tecum* Pal. Med. pr.—42 *sese que utitur* Buslid.—43 *Unde aliis pro Unum animal* Buslid. *continet pro possidet* Lov. *arces* Petav. pr.—44 *industria veste* Med. sec.—45 *Finxit pro Fluxit* Vat. sec. *Flexit* Lov. *ab extremis* Pal. Med. pr. *quidquid petit* Pal. duo Med.—46 *Ciconas* Oxon. sec. Lov. Buslid. *Cyconas* duo Vatt. Pal. Florent. tres Med. duo Heins. Put. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv.—47 *ferine pro ferire* Vat. sec.—48 *pecudis vel volucris* Oisel.

## NOTÆ

igne mollita, et lentiora facta, curvantur in arcus, et his applicantur funes ex nervis taurorum.

40 *Propriis munitur bellua telis*] Unde *Hystrix* symbolum est viri fortis, suo animo, suo consilio sese tutantis,

et sic quovis tempore arma propria ad se defendendum habentis. 'Fert omnia secum.'

46 *Cydonas*] *Populos Cretæ*, jaculis sagittisque celeberrimos. De *Parthis* alio in loco.

XLVI.

3. TORPEDO.

ARGUMENTUM.

TORPEDINIS venenum et astutia.

QUIS non indomitam diræ Torpedinis artem  
Audiit, et merito signatas nomine vires ?  
Illa quidem mollis, segnique obnixa natatu

*Ecquis non accepit astutiam insuperabilem Torpedinis sævæ, et naturam ejus designatam vero nomine? Illa certe Torpedo mollis et connixa tractu pigro repit,*

*De Torpedine* inscribitur hoc carmen in Vat. pr. et Moret. pr. in Bonon. et Var. LL. m. Parm. deerat Inscriptio. Codex Hafniensis Bibl. chartac. quem litera A. notaverat Heinsius, habebat quoque hoc carmen. *De Torpedine*, quæ Νάρκη, vid. Plin. Lib. xxxii. c. 1. Joh. Rhodium ad Compos. xi. Scribon. Largi. Antigon. Hist. Mirab. c. 52.

1 *diræ* Vat. pr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. *miræ* quatuor Vatt. Pal. Hafn. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. *turpidinis* Buslid. *torpedinis* Moret. pr. *arcem* Vat. tert.—2 *Audit et merito* Ald. *Audit et merito* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *Audiit et merito* quatuor Vatt. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. *emeruit* Med. sec.—3 *malli* malit Heins. *segnisque* Pal. *segnis mollisque* Petav. sec. *segnisque obnoxia natu* duo Med. *tactu* quatuor Vatt. *natu* Pal. *natatu* Hafn. *obnoxia tactu* Buslid. Oxon. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *obnoxia tractu* Ambr. pr. Gesn. et ed. Bipont. *obnixa natatu* Med. sec. *obnixa natatu* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Heinsius ascripserat *natus* pro *natatus*. sic *natio* pro *natatio*. vid.

NOTÆ

1 *Torpedinis*] Torpedo est piscis mollior, et cartilagineus, sed et spinosus etiam, sua natura piger, sed se nativo suo torpore non solum tutatur, ut ait Tullius, sed etiam pisces alios stupefacit, stupefactosque devorat. Græcis dicitur, νάρκη, unde φάρμακα ναρκατωικά, quæ stupefaciendi vim habent.

Reptat, et attritis vix languida serpit arenis.  
 Sed latus armavit gelido natura veneno ; 5  
 Et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis  
 Miscuit, et proprias hyemes per viscera duxit.  
 Naturam juvat ipsa dolis, et conscia sortis  
 Utitur ingenio, longeque extenta per algas  
 Hac confisa jacet: successu læta resurgit, 10  
 Et vivos impune ferox depascitur artus.  
 Si quando vestita cibus incautior æra  
 Hauserit, et curvis frænari senserit hamis ;  
 Non furit, aut vano conatur vellere morsu :

*et lenta vix trahit se arenis pressis. At natura instruxit latus ejus veneno frigido, et addidit medullis glaciem, qua animalia omnia torpent, et egit per exta ejus hyemem suam. Ipsa Torpedo adjuvat naturam insidiis suis, et cognoscens fatum suum, impendit ingenium suum, et porrecta late per muscum marinum, recubat confidens tactui suo: at gaudens successu excitatur, et crudelis devorat tuto corpora viventia piscium. Si aliquando imprudentior exorbuerit hamum æreum cinctum esca, et senserit se teneri hamis curvatis, haud effugit, aut tentat avellere hamos*

Salmas. ad Hist. Aug. p. 293.'—4 in attritum v. l. serpsit Pal. fortuna veneno Vat. tert. Florent.—6 membra rigent conjiciebat Heins. armenta Ambr. pr. Sched. Gud. armata omnes Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. Oxon. sec.—7 properas pro proprias legebat Heins.—8 non pro juvat Buslid. juvit duo Med.—9 Impedit pro Utitur Buslid. Uritur duo Med. Put. longe distenta Rott. undas pro algas Buslid.—10 Hac confisa jacet Florent. Tactu fisa jacet Hafn. Ac confisa jacet Vat. tert. Rott. Florent. m. sec. Ac tactu confisa jacet duo Vatt. Petav. sec. Attactu confisa jacet Oxon. sec. Attactu confisa suo Var. LL. e marg. Parm. Ad tactum Var. LL. ed. Antv. Tactu confisa jacet Pal. Med. quart. Attactu Med. pr. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Attactu confisa jacet et læta resurgit Med. sec. A tactu confusa jacet, successu læta resurgit Buslid. Tactu fisa jacet, successu læta resurgit Ambr. tert. Attactu confisa suo, tum l. resurgit Ambr. pr. m. sec. Tactu fisa jacet Vat. sec. in Vat. pr. erat, A tactu confixa suo... Qui tetigere jacent. successu læta resurgunt. quod et Ambr. pr. habet, in Exc. Lucens. pr. erat, Attactu confisa suo immobilis hæret, Qui tetigere jacent. successu læta resurgit. Qui tetigere jacent ed. Parm. in vet. Gyr. immutato ordine versuum erat, Qui tetigere jacent. successu læta resurgens Attactu confixa suo, immobilis hæret.—11 ferox Var. LL. e marg. Parm. feros duo Vatt. Moret. pr. suos ed. Parm. depascitur Petav. sec.—12 me vicior pro incautior Vat. sec. ullum pro æra Buslid. qui seq. versum ita repræsentat, Hauserit et totum jam perdidit omne venenum. armis pro hamis tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—14 Non sunt haud vano Buslid. furit quatuor Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Petav. sec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud.

## NOTE

8 Conscia sortis] Cognoscens venenum sibi sorte seu fato datum. Pli- nius: 'Novit Torpedo vim suam, ipsa non torpens,' &c.

Sed propius nigræ jungit se callida setæ, 15  
 Et meminit captiva sui, longæque per undas  
 Pigra venenatis effundit flamina venis.  
 Per setam vis alta meat, fluctusque relinquit  
 Absentem tentura virum : metuendus ab imis  
 Emicat horror aquis, et pendula fila secutus 20  
 Transit arundineos arcano frigore nodos,  
 Victricemque ligat concreto sanguine dextram.  
 Damnosum piscator onus, prædamque rebellem  
 Jactat, et amissa redit exarmatus avena.

*morsu inani : sed ea astuta admovet se propius setæ atræ hami, et capta recordatur sui ingenii, et procul emittit per aquas halitum lentum ex visceribus virulentis. Vis profunda veneni penetrat per funem setosum, et deserit undas, alligatura virum piscatorem remotum. Frigus timendum emergit ex fundo aquarum, et sequens fila setæ pendentia, prætermeat cum glacie secreta nodos arundinis, et constringit manum victricem piscatoris, sanguine ejus gluciato. Piscator abjicit pondus perniciosum, et prædam reluctantem, atque spoliatus revertitur, arundine perditâ.*

*fuit* Exc. Lucens. pr. vario pro vano Vat. sec. tollere inc. Heins.—15 *Et propius* Petav. sec. *Si propius* Med. sec. *potius* tres Vatt. Pal. *longæ* Exc. Pat. rec. m. pr. *junget se* Buslid. *junxit* duo Vatt.—16 *longo*que Vat. pr. *per herbas* Vat. quint.—17 *effundere* Moret. pr. *flamina* duo Vatt.—18 *vix alta* Florent. *atra* Ambr. tert. *fructusque* Pal. Ald. Isingr. Colin. Gryph. *fluctusque* Florent. tres Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr.—19 *ventura* Vat. tert. Hafn. Oisel. Florent. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *vectura* Rott. Var. LL. ed. Antv. *victura* quatuor Vatt. Pal. duo Med. inc. Heins. Oxon. sec. *vinctura* Ambr. tert. m. sec. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *nectura* Ambr. pr. Med. sec. *tentura* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr.—22 *negat* pro *ligat* Vat. tert. *concerto* Put. *conserto* Buslid.—24 *exarmatus* vel *exanimatus* Cod. Epigr. Ambr. *habena* tres Vatt. Pal. *harena* Exc. Pat. rec. *avena* Vat. tert. Hafn. Rott. Florent. Med. sec. Put. Petav. sec. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. *avena* vel *habena* Vat. quint.

## NOTÆ

15 *Setæ*] Funi setoso, cui adhæret hamus. Unde torpedo symbolum est hominis dolosi, qui quidem occultis artibus alios opprimat. Sed et symbolum est hominis aut pigritiæ veterano aut voluptatum sordibus consecuti.

16 *Meminit sui*] Id est, sui ingenii, sui veneni.

17 *Effundit flamina*] Emittit auram quandam pestiferam per funem ipsum, ipsamque arundinem quam piscator tenet.

18 *Vis alta*] Veneni scilicet. Alii legunt *vis atra*.

20 *Horror*] Frigus quod parit horrorem et tremorem in corpore piscatoris.

21 *Transit*] Penetrat ipsam arundinem, et manum ipsam piscatoris. Sed de Torpedine Petrus Gillius : 'Hujus piscis torporem mea manus tactione periclitatus sum, sed haudquaquam mihi manus tantopere obtorpuit quam scriptores decantant. Torpor non modo letalis non est, sed non ita multo post evanescit.' Id quod Scaliger ostendit, Albertumque et Cardanum hoc frigus nimium extollentes errasse probat.

## XLVII.

## 4. NILUS.

## ARGUMENTUM.

CELEBRANTUR Ægyptii sine pluvia felices, ob Nilum suum, cujus admiratur non tam origo, quam cursus et inundatio admirabilis.

**F**ELIX, qui Pharias proscindit vomere terras.  
 Nubila non sperat tenebris condentia cœlum;  
 Nec graviter flantes pluviali frigore Coros  
 Invocat, aut arcum variata luce rubentem.  
 Ægyptos sine nube ferax, imbresque serenos

5

*Fortunatus ille, qui frangit aratro campos Ægyptios. Non expectat nubes occupantes cœlum sua obscuritate, neque supplicat Coris spirantibus vehementer, cum frigore pluvio: non supplicat arcui rubescenti lumine diverso. Ægyptus fertilis est sine pluvia, et sola possidet aquas serenas; non sollicita de cœlo, non indigens*

In Exc. Lucens. pr. et Sched. Gud. Nilus hoc carmen inscribitur. in Vat. pr. et Moret. pr. erat Nilus incipit. De Nilo vid. Ammianum l. xxii. p. 246. 247. 248. et not. Lindenbrog. p. 119. et seqq. Lucan. Lib. x. et Senec. Nat. Quæst.

1 *proscindis* Buslid. *proscindi* Moret. pr.—2 *nec sperat* Med. quart. Put. Var. LL. ed. Antv. *nosse parat* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Petav. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr.—3 *Cum graviter* Med. sec. Buslid. *flamine pro frigore* Moret. pr.—4 *arcus v. luce ruberent* Buslid.—5 *Ægyptus* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Ægyptos Hafn. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *ferat*

## NOTÆ

1 *Pharias*] Ægyptias, a Pharo insula olim Nili.

2 *Nubila non sperat*] Lucanus de Ægypto: 'Terra suis contenta bonis, nihil indiga mercis, Aut Jovis: in solo tanta est fiducia Nilo.'

3 *Coros*] Corus seu Caurus ventus est flans ab occasu solstitiali, isque frigidus. Virgilius: 'Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.'

4 *Invocat*] Non invocatur pluvias aut ventos. Unde Tibullus: 'Te propter nullos tellus tua postulat imbres,

Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.'

*Arcum*] Arcum Iridis, quæ nuntiat aquas. Ovidius: 'Concipit Iris aquas, alimenta que nubibus affert.'

5 *Sine nube*] Sine pluvia, quæ nascitur ex nubibus, fruitur *imbribus serenis*, scilicet aquis Nili sui exundantis, sed aërem, seu Cælum serenum, non inficientis. Bullayus tamen in suis peregrinationibus ait Ægyptum pluviis aliquando, et sæpius rore copioso irrigari.

Sola tenet, secura poli, non indiga venti :  
 Gaudet aquis, quas ipsa vehit, Niloque redundant :  
 Qui rapido tractu mediis elapsus ab Austris,  
 Flammigeræ patiens Zonæ Cancrique calentis,  
 Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem, 10  
 Secreto de fonte cadens, qui semper inani  
 Quærendus ratione latet ; nec contigit ulli  
 Hoc vidisse caput. Fertur sine teste creatus,

*ventis : fruitur aquis quas ipsa fert, et quæ exundant ex Nilo, qui emergens cursu præcipiti ex media regione meridiei, tolerans zonam torridam, et Cancrum ardentem, prorumpit in terras nostras ambagibus occultis, fluens ex scaturigine arcana, quæ semper investiganda vano modo, incognita est ; neque ulli concessum est aspicere caput hujus fluvii : hic dicitur factus sine spectatore, emittens aquas agnos-*

Med. sec. *severos* pro *serenos* Buslid.—7 *ipse vehit* Med. sec. *Nilusque* Med. sec. Buslid. *redundat* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *redundant* Cod. Epigr. Ambr.—8 *tractu rapido* Vat. tert. Florent. *elapsus* Pal. *elatus* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *austris* Vat. pr. Pal. duo Med. Exc. Lucens. pr. *antris* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud.—9 *Flammigeræ* Put. Ambr. pr. Buslid. *Flammiferæ* tres Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. *cuicumque* pro *Cancrique* Petav. sec.—10 *Fraudibus in nostris* pro *Fluctibus ignotis* Med. sec. *innumeris* Hafn. Ambr. tert. *in nostris* Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *vestrum* pro *nostrum* Med. pr. *pro-cumbit* Petav. pr. *procurrit* Ambr. tert. *in æquor* Buslid.—11 *labens* Pal. duo Med.—12 *contigit illi* Put.—13 *sine fertur teste* Petav. sec. *si non fert* Cod.

## NOTE

10 *Nostrum in orbem*] In Ægyptum scilicet, quæ patria erat Claudiani.

11 *Secreto de fonte*] Fons Nili antiquis erat incognitus: causam hujus rei Ovidius jocosè tribuit Phaëthonis incendio, quo Nilus territus fugit, 'Occulnitque caput, quod adhuc latet.' Hujus inveniendi cupiditate flagrarunt non solum Philosophi, sed et magni Principes: Alexander gentium domitor; Sesostris, et Ptolemæus Ægyptiorum Reges hac in re perdidissent operam. Cambyses ad id frustra adhibuit exercitum. Et Cæsar tam vehementer fontis hujusce detegendi æstro percitus erat, hunc ut honorem bello civili et terrarum imperio prætulisset.

13 *Fertur sine teste creatus*] Ex Strabone Homerus vocat, Νέλον διοπερία, delapsum a Diis. S. Augustinus, Theodoretus, et alii sancti Patres Nilum ex Paradiso terrestri ortum esse crediderunt, rati esse fluvium, quem Moses vocat 'Gehon qui circumit omnem terram Æthiopiæ,' quam Æthiopiæ per subterraneos meatus et ad eat et irriget. Idem sentit Josephus; quo nonnulli etiam versum hunc Virgilianum referunt, 'Usque coloratis amnis devexus ab Indis.' At Geographi recentiores Gehonem, non Nilum, sed Araxem esse contendunt, qui alluat Æthiopiæ Scythicam. Sed tamen ex tam variis auctorum sententiis satis patet, quam occultus es-



Flumina profundens alieni conscia cœli.  
 Inde vago lapsu Libyam dispersus in omnem, 15  
 Æthiopum per mille ruit nigrantia regna,  
 Et loca continuo Solis damnata vapore  
 Irrorat, populisque salus sitientibus errat,  
 Per Meroën, Blemyasque feros, atramque Syenen.  
 Hunc bibit infrænis Garamas, domitorque ferarum 20

*centes cœlum aliud, quam quod videmus. Inde Nilus cursu errabundo effusus in Libyam omnem, rapitur per imperia mille Æthiopum nigrorum, et alluit regiones infestatas ardore assiduo Solis, et ipse salus existens gentibus siticulosis, vagatur per Meroën, et Blemyas truces, et Syenen nigram. Garamantes infræni potant aquas*

Epigr. Ambr.—14 *perfundens* Med. sec. Ambr. tert. Buslid. *aliena* Bonon. *alienis conscia rebus* Exc. Pat. rec. *teli pro cœli* Petav. sec.—16 *means pro ruit* Buslid.—17 *vaporem* Petav. sec. *vapori* legebat Heins.—18 *Inrorat* Vat. pr.—19 *Meroem* Put. Thuan. Petav. sec. *Persasque* Buslid. *Blesasque* duo Vatt. Oisel. inc. Heins. Put. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Blemyasque* Vat. pr. et tert. Vat. Livin. *Blemyasque* vel *Blesasque* Rott. Bonon. Ambr. tert. *ferox* tres Med. *Sienem* Buslid. *Syenem* Vat. pr. *Syenen* inc. Heins.—20 *infelix* ed. Parm. *infrenus* Ambr. pr. m. sec. *infrenis* Vat. pr. duo Med. Ambr. pr. m. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. *effrenus* Hafn. Med. sec. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. *effrenis* duo Vat. Rott. Oisel. Var. LL. e marg. Parm. Heinsius ascripserat ‘recte V. C. *infrenis* Garamas, ut ‘*Numida infrenes*’ Virgilio. *effrenis* est, cui largius indulgetur frenum: sic ‘*effrenatus equus*’ Spartian. in Severo p. 68. l. 31. de quo loco vid. Salmas. p. 136.

## NOTÆ

set Nili fons, qui hodie cognitus est. Oritur quippe ex duplici fonte in Abyssia vel Abassia, in medio fere regno *Goyam*, in regione *Sacahala*, quæ montosa est, ut reliqua Æthiopia: inter montes planities parva, eaque iniqua, reperitur, et in planitie locus exiguus atque fruticosus, fruticum ramis et radicibus ita inter sese implicitis, ut supra incedere non raro queas. In hoc lacu duo fontes, iique altiores, puteorum instar, non procul a se remoti visuntur. Hinc Nilus oritur, et non multo post, ex alio lacu, quem intrarat, emergens, terra absorbetur, alveum tamen suum insigni herbarum viriditate distinguens. Inde major prodiens, et fluviis *Gema*, *Linguetil*, et *Brantil* adauctus, irrui in lacum *Bar Dambea*, vel *Coloen*, ex

Ptolemæo, vel *Zayre*, vel *Zambre* ex Mercatore. Ex hoc lacu maximo plurimis et ingentibus fluviis aucto Nilus solus, ideoque major, erumpit: post in eadem Æthiopia recipit ingentia flumina, *Gamara*, *Abea*, *Baixo*, et *Aquers*; Nubiamque et Ægyptum intrat, alluit, fœcundat. Hæc omnia hausimus ex Diatribe nobilissimi doctissimique viri Totii Ferrarii, in suprema Normaniæ Curia Senatoris integerrimi, qui curiosas hæc observationes ex libris et colloquiis Lusitanorum in ipsa Lusitania expiscatus est.

15 *Inde*] Ex regione meridiana Æthiopum, a quibus Nilus dictus est *Astapus*, id quod Æthiopum lingua significat aquam e tenebris profluentem.

Girraeus, qui vasta colit sub rupibus antra,  
 Qui ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos;  
 Et gens compositis crinem vallata sagittis.  
 Nec vero similes causas crescentibus undis,  
 Aut tempus meruit. Glacie non ille soluta, 25  
 Nec circumfuso scopulis exuberat imbre.

*hujus, et Gyrrhæi debellatores ferarum, qui habitant cavernas immanes sub saxis, qui avellunt ramos ebeni, et dentes elephantorum eburneos, et populus habens capillos cinctos sagittis apte accommodatis. Neque vero Nilus promeritus est easdem causas atque idem tempus aquis suis inundantibus, ac ceteri fluvii. Non ille exundat ex rupibus, gelu liquefacto, neque pluvia abundantia. Etenim cum hyems acer-*

et 'effrena libido' p. 74. Ovid. de Tereo, 'effreni captus amore,' ut citant antiqui Grammatici. vulgo *inopino*. Daramas Buslid.—21 *Girreus* Florent. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. *Cirraeus* Pal. *Cirreus* duo Med. *Gyrreus* Vat. pr. *Glareus* Moret. pr. *Gyareus* Oisel. Hafn. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *Guareus* Petav. sec. *Cyareus* Rott. Exc. Lucens. pr. *Giareus* Vat. sec. Put. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *Getulus* Med. sec. vid. Claver. Coronid. Misc. cap. xiv.—22 *dentes qui tres* Vatt. Pal. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *velat* Vat. tert. Oisel. Florent. Med. sec.—23 *crimen* Med. sec. *religata* Buslid. *velata* Vat. pr. et tert. Hafn. Pal. Rott. Oisel. *vellata* Exc. Pat. rec. *vallata* Vat. sec.—24 *ævo pro vero* Petav. sec. *simili* Cod. Epigr. Ambr. *similis causa* Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Petav. pr. Exc. Lucens. pr. *Siculis* Med. sec. *similis* Vat. sec. *causa* inc. Heins. Med. sec.—25 *Aut* Vat. sec. Med. sec. Put. duo Petav. Ambr. tert. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Ut* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. *namque ille* Buslid.—26 *Non* Buslid. *Non circumfuso* Vat. sec. Petav. pr. *circumciso*

## NOTE

23 *Crinem vallata sagittis*] Intelligit aut Nubianos, aut Meroës incolas, qui crines suos parvis sagittis compositis et solerter accommodatis implere solebant.

24 *Similes causas crescentibus undis, aut tempus*] Non eadem causa, non idem tempus inundationis Nili, ac ceterorum fluviorum. Quippe alii amnes exundant ob pluvias, et per tempus hyemis: contra Nilus tempore æstivo, quo raræ sunt pluviae. Qui tamen rem propius considerabunt, hanc Nili inundationis causam invenient. Nimirum Junii, Julii, et æstatis nostræ temporibus, hyems sævit in Æthiopia, et cum Nilus fluviis om-

nibus hujusce regionis exundantibus extumescat, mirum certe non est, si post peragrata plus quam octoginta milliaria, aquis ita turgeat, ut per totam Ægyptum copiosius latiusque stagnare videatur. Id quidem suspicari Lucanus visus est, dum hæc ait de Nilo: 'Jus tibi Solstitiis aliena crescere bruma, Atque hyemes afferre tuas.' Nugantur, qui Nili inundationes coerceri, et Nilum ipsum in mare Rubrum averti posse jactitant: nugantur quoque qui Oceani, per caput Bonæ-spei et subterreos meatus irruentis, æstibus lacum Dambeam et Nilum augeri agitarique effutiunt.

26 *Exuberat*] Cluverius causam



Nam cum tristis hyems alias produxerit undas,  
Tunc Nilum retinent ripæ. Cum languida cessant  
Flumina, tunc Nilus mutato jure tumescit.

Quippe quod ex omni fluvio spoliaverit æstas, 30  
Hoc Nilo Natura refert, totumque per orbem  
Collectæ partes unum revocantur in amnem.  
Cumque die Titana Canis flagrantior armat,  
Et rapit humores madidos, venasque calore

*ba auxerit aquas alias, tum littora sua cohibent Nilum: cum autem fluvii minores prope desinunt, tunc Nilus, ordine rerum converso, turgescit. Quasi natura reddat hoc Nilo, quod æstas detraxerit ex fluminibus cunctis; et partès aquarum congregatæ per totum mundum referantur ad fluxium unum. Et quo die Canicula ardentior inflamat Solem, et sorbet aquas madentes, et coërcet terrarum meatus*

Oxon. sec. *circumfusos* Cod. Epigr. Ambr. *circumfusus* Pal. Med. pr. et quart. Buslid. *circumfusos*... *imbres* Med. sec. *umbre* Cod. Epigr. Ambr. *populis* pro *seopulis* Pal. Moret. pr.—27 *altas* Med. quart. Buslid. Exc. Pat. rec. *produxerit* Vat. Livin. Buslid. *altas produxerit umbras* Exc. Lucens. pr. *produxit in undas* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *produxit in umbras* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *undas vel amnes* Oisel.—28 *retinens* Buslid. *Nymphæ* pro *ripæ* Exc. Pat. rec. m. pr.—29 *Fulmina* Ald. *cum* Florent. *tum* Vat. quart. *mutato rure* Exc. Lucens. pr. *rite* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Put. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. *more* Buslid.—30 *fluvios* Med. sec. *spoliaverat* Rott. Med. sec. *æstus* Vat. pr. et tert. Pal. Vat. Livin. *æstas* Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. m. sec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv.—31 *Hæc* duo Petav. *Non* Med. sec. *natura refert Nilo* Oisel. Med. sec.—32 *vires* pro *partes* Ambr. pr. *vices* Sched. Gud. *undæ* pro *unum* inc. Heins. *agmen* pro *amnem* Pal. duo Med.—33 *Quoque die* Vat. sec. Med. sec. Buslid. Ald. Var. LL. e marg. Parm. Gesn. et ed. Bipont. *Cumque* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Florent. duo Med. Exc. Pat. rec. m. sec. ed. Parm. *Comque* Ambr. pr. *diu* inc. Heins. *canit* pro *Canis* Med. sec.—34 *rpto* Pal. *madidas* id. Pal. *madidus* duo Med. *rapidus*

## NOTE

hanc tribuit, 'Etesiis nebula' in extremam Æthiopiam, 'ferentibus ex reliquo orbe,' vel mare in ostia Nili repellentibus.

33 *Cumque die*] Quo præsertim tempore Canicula exoritur: hoc dicitur Poëtice, ante Caniculam enim Nilus incipit exundare, Junio et Julio mensibus: Canicula autem exoritur circa vigesimum tertium Julii diem.

*Titana*] De hoc alibi.

*Canis*] Canicula non calidum astrum est, ut antiqui crediderunt. Id post-

ea ostendemus.

34 *Humores madidos*] Alii legunt, *Et rapit humores avidus*; nec male.

*Venasque calore*] Hoc subobscurum est, et Heinsius excusso hoc loco ait, 'latet aliquid.' Ego, quod sentio, aperiam. Dum itaque Canis seu Canicula sorbet humores, et calore nimio *compescit*, seu comprimit ac coërcet *venas* seu *meatus* terrarum, ne aquæ fluant, tum Nilus exundat.

Compescit, radiisque potentibus æstuat axis; 35  
 Nilo bruma vehit contraria tempora mundo,  
 Defectis solitum referens cultoribus æquor.  
 Effluit Ægeο stagnantior, acrior alto  
 Ionio, seseque patentibus explicat arvis.  
 Fluctuat omnis ager: remis sonuere nouales. 40  
 Sæpius, æstivo jaceat cum forte sopore,  
 Cernit cum stabulis armenta natantia pastor.

\* \* \* \*

*ardore, et calum fervet caloribus violentis, velut quædam hyems apportat Nilo tempestatem contrariam orbi, reddens agricolis languentibus campos assuetos. Tum Nilus expatiatur latior Ægæο mari, vehementior Ionio mari profundo, et porrigit se in agris vastis. Campus omnis exundat; arva resonant remis: et sæpius pastor, cum forsā recubet somno æstivo, videt armenta sua natantia cum stabulis.* \* \*

Vat. tert. *venasque calore* Vat. pr. et tert. *calorem* duo Med. *colorem* Pal. *canosque calores* Oxon. sec. *rarioque calore* Hafn. Ambr. tert. *vanosque calores* Vat. sec. Oisel. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Ambr. pr. Bonon. Moret. pr. Exc. Pat. rec. m. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *venasque calore* vel *vanosque calores* Rott.—35 *radiisque* Put. Petav. sec. *aris* pro *axis* id. Petav.—36 *vehit* vet. Gyr. *venit* tres Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel.—37 *Defectis solitum referens* Vat. pr. et tert. Vat. Livin. *Defectu solitumque ferens* Var. LL. ed. Antv. *Defectis solitumque ferens* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Defectum solitumque ferens* Vat. sec. Hafn. Med. sec. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Ald. *Defectum solitum referens* Ambr. pr. *deferens* Pal. *Defectum solitumque ferens* vel *serens* inc. Heins.—38 *altior* pro *acrior* Ambr. pr.—39 *sese pendentibus* Oisel. Med. sec. Put. Petav. sec. Buslid. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. cum glossa *i. e. promis. petentibus* Vat. pr. m. sec. et tert. Pal. Rott. Florent. Med. pr. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. pr. Oxon. sec. *æstuat* pro *explicat* Petav. pr. deerat hic versus Vat. sec. Ambr. tert. et Cod. Epigr. Ambr.—41 *jaceat* Oxon. sec. *jactet* Bonon. *sæpe* pro *forte* Buslid. Exc. Pat. rec. *sapore* Pal. *vapore* Vat. sec.—42 *æstiva* pro *armentu* Petav. pr.

## NOTE

36 *Contraria tempora*] Velut quædam hyems Nilo reddit tempestatem quandam contrariam tempestati orbis; hoc est, æstati qua fruitur noster orbis, non vero universus: Æthiopia enim tum hyemem sentit suam, cum Sol ad Cancrī signum pervenit.

38 *Ægæο, Ionio*] De his supra.

40 *Remis*] Arva stagnantia ferunt cymbas ex arundinibus seu papyro factas. Tantam quippe papyri co-

piam Nilus trahit, hinc ut dicatur papyrifer. Ovidius: 'Perque papyri-feri septemflua flumina Nili.' Hac papyro usi veteres ad scribendum; et Ægyptii ad cymbas struendas: 'Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.'

*Nouales*] Novalis est fundus in quo fit satio alternis, hoc est, ex duobus annis satio semel celebratur. Accipitur pro quocumque agro.

## XLVIII.

## 5. MAGNES.

## ARGUMENTUM.

Qui scrutatur causas rerum, explicet miracula Magnetis, qui non ornatu, sed sua virtute commendandus est; qui recreatur ferro: hinc Martis ferrei et Veneris Magneticæ amores celebrantur.

QUISQUIS sollicita mundum ratione secutus  
 Semina rimatur rerum, quo Luna laborat  
 Defectu, quæ causa jubet pallescere Solem:  
 Unde rubescentes ferali crine cometæ,  
 Unde fluant venti, trepidæ quis viscera terræ  
 Concutiat motus, quis fulgura ducat hiatus, 5

*Quicumque Philosophus exquirens res mundanas, ingenio laborioso scrutatur principia rerum, puta, qua Luna deficiat Eclipsi, quæ causa cogat Solem obscurari, unde cometæ rubri coma funesta, unde venti proveniunt, quis tremor commoveat*

*Magnes.* Inscribitur ita hoc carmen in Vat. pr. et Exc. Lucens. pr. in Codice chartaceo Bibliothecæ Hafniensis, quem litera A hic notaverat Heinsius, [idem videtur quem litera B signavit Idyll. 1.] erat, *Claudiani Poetæ Alexandrini de vi Magnetis lapidis incipit.* in Med. pr. et quarto desideratur. De *Magnete* Tzetzes Chiliad. 140. Pantin. in Apostolium p. 315. 325. 326. Zenob. p. 85. atque illic Schott.

1 *Si quis Bonon. sollicitat* Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *mundum* Vat. Livin. *mundi* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *mundi rat. securus* Exc. Lucens. pr.—2 *rimatur* Vat. pr. Oisel. *miratur* Vat. sec. et tert. Buslid. *minavit* Exc. Læti m. pr. *laboret* Med. sec.—3 *Defecta* Vat. tert.—4 *cometes* Buslid.—5 *ruant venti* conjiciebat Heins.—6 *Commoveat* Vat. tert. Rott. *Concur-*

## NOTÆ

2 *Luna laborat defectu*] Eclipsin scilicet Luna patitur, cum terra interposita impedit, quominus solitum lumen a Sole mutuetur.

3 *Pallescere Solem*] Quod accidit ob nubes interjectas. Alioquin si per pallorem intelligeret eclipsin Solis, notandum esset id contingere ob cor-

pus opacum Lunæ, cujus interposito Solem intueri prohibemur.

5 *Trepidæ terræ*] Terræ trementis ob nimios motus.

6 *Hiatus*] Intellige hiatum nubis, unde fulgure micat. De Cometis et ventis, aliè in loco.



Unde tonent nubes, quo lumine floreat arcus :  
 Hoc mihi quærenti si quid deprendere veri  
 Mens valet, expediam. Lapis est cognomine Magnes,  
 Decolor, obscurus, vilis. Non ille repexam 10  
 Cæsariem Regum, nec candida virginis ornat  
 Colla, nec insigni splendet per cingula morsu :  
 Sed nova si nigri videas miracula saxi,  
 Tum pulchros superet cultus, et quicquid Eois

*viscera terræ tremantis, quæ rima emittat fulmina, unde nimbi fulminent, qua luce arcus Iridis varietur; ille Philosophus explicet hoc mihi petenti, si quid veritatis animus investigare potest. Lapis est cognominatus Magnes, subniger, opacus, abjectus. Non ille decorat crines calamistratos Regum, neque cervicem albam puellarum, neque rutilat morsu illustri in balteis: at vero si aspicias prodigia lapidis nigri, tum vincat ornatus eximios, et id omne quod Indi quærunt in littore*

rat Exc. Læti m. pr. Concutiat Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Parm. *ventus* pro *motus* Vat. pr. m. pr. *fulmina* Vat. Livin. *flumina* Moret. pr. Buslid. *quæ f. ducat origo* duo Vatt. Hafn. Rott. Exc. Læti, Parm. Ald. Junt. Isingr. Gryph. Colin. *quis f. d. hiatus* Vat. pr. Med. sec. Put. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud.—7 *tonant* Med. sec. *limine* Bonon. Oxon. sec. *flumine* Buslid. Moret. pr. *fulgeat* Vat. Livin.—8 *Hoc tres* Vatt. Hafn. Rott. Oisel. Exc. Læt. *Hæc* Florent. Med. sec. Moret. pr. *rerum* Vat. pr. Oisel. Vat. Livin. Exc. Læti. *velim* Ald. *veri* duo Vatt. Hafn. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—9 *expediam* Med. sec. *expediant tres* Vatt. Hafn. Rott. Oisel. Exc. Læti. *expediat* Ambr. pr. *experiar* conjiciebat Heins. *cognoscere* pro *cognomine* Ambr. tert.—11 *non candida* Hafn. Rott. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Raphel. Var. LL. e marg. Parm. *nec candida* Oxon. sec. *non pectora virginis ornat* Vat. pr. Oisel. *non candida virginis ora Collo nec* Vat. sec. Florent. Petav. sec. *ora* pro *ornat* Vat. tert. Buslid.—12 *De est hic versus* Vat. pr. et Oisel. *splendent* Moret. pr. *singula* duo Vatt. Bonon. Buslid. Oxon. sec. *morsus* Florent.—13 *jubeas miracula* Bonon.—14 *Tunc tres* Vatt. Hafn. *Tum* Petav. sec. *superat pulchros* Exc. Læti. *pulchros superat* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg.

## NOTÆ

7 *Tonent nubes*] Sunt Philosophi, qui dicant fulmina et tonitrua nihil aliud esse quam nubium conflictus.

*Floreat*] In Iride sunt varii colores, ut in floribus.

8 *Hoc mihi quærenti*] Philosophus aliquis, vel ego potero mihimet ipsi explicare causas rerum illarum; at non tam facile explicatur lapis, *cognomine magnes*, cujus vis ita latet ut oc-

culta videri possit.

9 *Magnes*] Sic dicitur a populis, ex Lucretio.

10 *Decolor*] Candidus etiam Magnes reperitur, sed raro.

*Repexam*] Caput bene pexum, calamistratum.

12 *Per cingula*] In balteis, in zonis non fulget magnes.



Indi littoribus rubra scrutantur in alga. 15  
 Nam ferro meruit vitam, ferrique rigore  
 Vescitur. Hoc dulces epulas, hoc pabula novit.  
 Hinc proprias renovat vires : infusa per artus  
 Aspera secretum servant alimenta vigorem.  
 Hoc absente perit : tristi morientia torpent 20  
 Membra fame, venasque sitis consumit apertas.  
 Mavors, sanguinea qui cuspide verberat urbes,  
 Et Venus, humanas quæ laxat in otia curas,  
 Aurati delubra tenent communia templi.  
 Effigies non una Deis : sed ferrea Martis 25  
 Forma nitet : Venerem magnetica gemma figurat.  
 Illis connubium celebrat de more sacerdos.

*rubro, in terris Orientis. Etenim Magnes nactus est vitam ex ferro, et vivit duritie ferri. Hoc cognoscit ut nutrimentum. Hinc restaurat vires suas. Esca hæc dura diffusa per partes Magnetis, conservat ipsi virtutem arcanam. Languet hoc ferro remoto. Corpus ejus Magnetis deficiens marcescit fame mæsta, et sitis absunit meatus ejus patulos. Mars, qui cum hasta cruenta percutit urbes, et Venus, quæ solvit sollicitudines hominum in requiem, habent sacellum commune in templo aureo. Statua non una est Diis duobus : sed statua Martis ferrea splendet : margarita magnetica repræsentat Venerem. Sacerdos facit conjugium*

Parm. superet Vat. pr. m. sec. Eoi Vat. sec.—15 *Indus scrutatur* Vat. Livin. *India* Rott. *Indi scrutantur* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Indis* Vat. sec. Petav. sec. Ald. *Indi* Put. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *scrutantur* Vat. sec. Hafn. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *nigra...alga* Moret. pr. *rubram...algam* Vat. pr. Oisel. Ambr. pr. Med. sec.—16 *Nam ferro* Med. sec. Ambr. pr. m. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. *Ex ferro* duo Vatt. Rott. Hafn. *Et* Vat. pr. Put. *rigore* Vat. pr. Med. sec. Ambr. pr. *vigorem* Hafn. *rigorem* Ambr. tert.—17 *hic dulces...hic* Moret. pr. *hoc...hoc* Florent. Put. duo Petav. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *hæc* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. inc. Heins. Exc. Læti. *hoc dulces* Bonon. *epulas dulces* Vat. sec. *hæc* Var. LL. ed. Antv.—18 *renovas* Vat. tert. *revocat* Buslid. *infusa* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. *hinc fusa* al.—19 *vigores* Hafn. *rigorem* Vat. tert. m. pr. *vaporem vel rigorem* Moret. pr.—20 *Hic et seq. versus desiderantur* in Vat. pr. et Oisel.—22 *sanguineas* Put.—23 *lassat* Moret. pr. *in otia gentes* Ambr. pr. Sched. Gud.—24 *communia vel convivia* Moret. pr.—26 *Forma viret* Petav. pr. *Magnetia* Hafn. Med. sec. *Magnetida* Vat. tert. Rott. Florent.—27 *conju-*

## NOTÆ

16 *Vitam*] Thales dicebat in Magne-  
 nete animam esse, quæ viveret.

17 *Vescitur*] Nempe recreatur ferro,  
 seu ferri parvulis ramentis, quibus  
 eum vesci et renovari putes; quo  
 ferro remoto, pereunt ejus vires, qua-

si fame et siti consumeretur.

24 *Aurati templi*] Ex fastu Romanæ  
 superstitionis.

27 *Connubium*] Sacerdos dum videt  
 statuam Martis ferream, et statuam  
 Veneris magneticam sese invicem

Ducit flamma choros : festa frondentia myrto  
 Limina cinguntur, roseisque cubilia surgunt  
 Floribus, et thalamum dotalis purpura velat. 30  
 Hic mirum consurgit opus. Cytherea maritum  
 Sponte rapit, cœlique toros imitata priores  
 Pectora lascivo flatu Mavortia nectit,  
 Et tantum suspendit onus, galeæque lacertos  
 Implicat, et vivis totum complexibus ambit. 35  
 Ille lacessitus longo spiraminis actu  
 Arcanis trahitur gemma de conjugis nodis.

*ipsis pro consuetudine. Fax nuptialis ducit choros: domus ornatur myrto solenni, et thalami attolluntur floribus roseis, et purpura dotalis ornat cubile. Hic opus admirabile exsurgit. Venus attrahit ultro conjugem suum Martem, et imitans lectum priorem Cœli, constringit pectus Martis habitu luxurioso, et suspendit pondus tantum, et innectit brachia cassidi ejus, et cingit totum Martem complexibus quasi spirantibus. Ille Mars provocatus actione longa halitus Veneris,*

*gium Exc. Pat. rec. m. sec.—28 Ducit Moret. pr. Ald. flamma vel amor Exc. Læti. thoros Oisel. choros vel faces Exc. Læti. festa frondentia Var. LL. e marg. Parm. frondent festaque Vat. tert. Exc. Læti, ed. Parm.—29 Lumina Florent. Var. LL. ed. Antv.—30 thalamos Vat. pr. Oisel. Vat. Livin. Exc. Læti. thalamum Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—31 Hinc Exc. Læti. Hoc Florent. Buslid.—32 choros Med. sec. inc. Heins. mirata Bonon. mutata Vat. sec.—33 motu pro flatu Vat. sec. Heinsius ascripserat locum Lucret. lib. vi. ‘Impellant ut eam magnesia flamina sæpe.’ de magnete plura habes ibidem.—34 Et tandem Med. sec. galeæque Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Buslid. galeæque Exc. Lucens. pr.—35 torum pro totum Exc. Læti, m. pr.—36 spiraminis ictu Buslid.—37 Alternis*

## NOTE

complecti, in eo templo conjugium Veneris et Martis esse putat, ideoque illud celebrat.

28 *Choros*] Puellarum, puerorum canentium.

*Myrto*] Quæ arbor est sacra Veneri.

30 *Thalamum*] De hac voce supra.

31 *Cytherea*] Venus, supra.

32 *Toros priores*] Cum scilicet cum Marte deprehensa est: ‘Et fuit in toto notissima fabula cœlo.’

34 *Suspendit*] Claverius ex S. Augustino: ‘μηχανήματα humanis artibus fiunt, quæ qui nesciunt opinen-

*Delph. et Var. Clus.*

tur esse divina. Unde factum est, ut in quodam templo lapidibus magneticis in solo et in camera positus, proportionem magnitudinis, simulacrum ferreum, aëris illius medio, inter utrumque lapidem, ignorantibus quid sursum esset ac deorsum, quasi numinis potestate penderet.’ Et Plinius: ‘Eodem lapide *Magnete* Dinocrates architectus Alexandriae Arsinoës templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum ejus e ferro pendere in aëre videretur.’

35 *Vivis*] Ferro ita se movente, ut credas trahi a Magnete vivente: vel

*Claud.*

4 A

Pronuba fit Natura Deis, ferrumque maritat  
 Aura tenax : subitis sociantur Numina furtis.  
 Quis calor infudit geminis alterna metallis 40  
 Fœdera ? quæ duras jungit concordia mentes ?  
 Flagrat anhela silex, et amicam saucia sentit  
 Materiem, placidosque chalybs cognoscit amores.  
 Sic Venus horrificum belli compescere Regem,  
 Et vultu mollire solet, cum sanguine præceps 45  
 Æstuat, et strictis mucronibus asperat iras.

*allicitur nexibus secretis uxoris suæ gemmæ. Natura fit pronuba Diis duobus, et spiritus vinciens copulat ferrum. Diis illi conjunguntur amore furtivo repentino. Ecquis ardor indidit amicitiam mutuam metallis duobus? quæ consensio copulat animos asperos? Rupes velut suspirans ardet, et vulnegrata sentit materiam ferri amantem, et ferrum agnoscit amores tranquillos. Ita Venus consuevit sedare et lenire aspectu suo Regem belli terribilem, cum abreptus cruore flagrat et irritat*

Vat. sec. Exc. Læti, ed. Parm. Arcanis Var. LL. e marg. Parm. geminis pro gemma Rott. gemina Voss. Moret. pr.—40 color Petav. pr. infudit Vat. pr. Med. sec. Ambr. pr. Buslid. Vat. Livin.—41 nutrit concordia Med. sec. Put. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—42 sensit Hafn. Ambr. tert.—43 Materiam Vat. pr. et sec. Oisel. Exc. Læti. Materiem Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. placidumque c. c. amorem Put. Var. LL. ed. Antv. placitosque Exc. Læti, quod placet Heinsio. placidusque Buslid. qui et amorem habet: ignoscit Vat. Livin. ignescit vel agnoscit conjiciebat Heinsius.—44 horrifera Buslid.—45 Et multum Oisel. vultum Vat. pr. Exc. Læti. vultu Florent. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—46 strictis Vat. pr. Exc. Læti. tristes duo Vatt. Hafn. Rott. Oisel. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL.

## NOTE

*vivis complexibus*, intellige vivos referentibus.

38 *Pronuba*] Pronuba est, quæ deducit novam nuptam in domum viri. Hic *natura pronuba* dicitur, quia utramque statuiam animat, et in mutuum complexum ducit.

39 *Furtis*] Quia duæ statuæ furtim, seu furtivo amore conjunguntur.

40 *Metallis*] Metallum nomen latius usurpatum tribuitur et Magneti.

41 *Mentes*] Barthius legit, *montes*, id est, quæ concordia jungit lapidem et ferrum, utrumque ex monte avul-

sum; sicque ponitur pars pro toto. Ingenium non male diceretur de Magnete, rarius mens, nisi forte intelligas ferrum tractum a Magnete moveri, quasi mentem haberet.

42 *Anhela silex*] Quasi anhelitum et suspirium emittat: Ovidius dixit, 'rigidos silices.'

43 *Chalybs*] Alii legunt, *placitoque chalybs ignescit amore*, quasi chalybs placito et grato amore flagraret. Virgilius: 'Placitone etiam pugnabis amori?'

Sola feris occurrit equis, solvitque tumorem  
 Pectoris, et blando præcordia temperat igni.  
 Pax animo tranquilla datur, pugnasque calentes  
 Deserit, et rutilas declinat in oscula cristas. 50  
 Quæ tibi, sæve puer, non est permissa potestas ?  
 Tu magnum superas fulmen, cœloque relicto  
 Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.  
 Jam gelidas rupes, vivoque carentia sensu  
 Membra feris : jam saxa tuis obnoxia telis, 55  
 Et lapides suus ardor agit ; ferrumque tenetur  
 Illecebris : rigido regnant in marmore flammæ.

*furorem suum gladio nudato. Sola Venus sistit equos ejus feroces ; et placat cor tumens, et moderatur flamma benigna animum ejus. Pax placida datur menti ipsius, et deserit prælia ardentia, et demittit jubus micantes ad osculandam eam. Quæ potentia non est tibi data, o puer crudelis Cupido ? Tu vincis summum fulmen, et impellis Jovem post cælum desertum, mugire in mari medio. Jam percutis saxa frigida, et corpora destituta sensu viro : jam cautes obnoxia sunt sagittis tuis, et flamma sua movet lapides ; et ferrum rapitur blandimentis amoris : ignes triumphant in marmore duro.*

ed. Antv. æstuat pro asperat Vat. tert.—47 mollitque Vat. pr. Vat. Livin. Exc. Læti et Pat. rec. m. sec. solvitque Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. timorem Vat. sec. Florent. Buslid.—48 temperat igni Vat. pr. et tert. Hafn. igne Vat. sec. Florent. Buslid. vet. Gyr.—49 animi Med. sec. nocentes inc. Heins.—51 commissa potestas Moret. pr. penetrans et mira potestas Buslid. et tum Quam pro Quæ legendum.—52 Ut magnum Oisel. numen pro fulmen duo Vatt. Rott. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. fulmen Var. LL. e marg. Parm. teloque relicto Med. sec. Petav. sec.—53 cogit Oisel. Ambr. pr.—54 calentia Moret. pr. sensu Buslid. Ald.—56 Et lapidi suus ardor inest Buslid. qui in vs. seq. cum marmore exhibet.

NOTE

53 *Mugire Tonantem*] Cum scilicet ferreas et lapideas.  
 conversus in Taurum, Europam Agenoris filiam rapuit, et ex Phœnicia in insulam Cretam per mare detulit. 57 *Flammæ*] Amoris scilicet dominantur in saxis ipsis. Materiam striatam recentiorum hic explicare longius foret.  
 54 *Vivoque carentia sensu*] Statuas

## XLIX.

## 6. APONUS.

## ARGUMENTUM.

NEFAS est eum silere fontem, qui etiam mutis det vocem. Fons autem describitur a loco, natura, margine, origine; a montibus, arboribus, saxisque vicinis; a fluvio salso, qui inde nascitur, cujus est mira virtus; ab igne erumpente, et vi medica, ejusque causis; ab accolarum felicitate.

FONS, Antenoreæ vitam qui porrigis urbi,  
 Fataque vicinis noxia pellis aquis,  
 Cum tua vel mutis tribuant miracula vocem,  
 Cum tibi plebeius carmina dictet honos,  
 Et sit nulla manus, cujus non polluce ductæ 5  
 Testentur memores prospera vota notæ;

O Fons, qui extendis vitam civibus urbis Antenoreæ, et expellis mortem nocentem aquis finitimis, cum prodigia tua dent vocem etiam mutis, cum amor Apollinis inspiret tibi cantus, et cum nulla sit manus, cujus digitis notæ exarata non

Aponus inscribitur hoc carmen in Vat. pr. inc. Heins. Moret. pr. Exc. Lucens. pr. Med. pr. habet *Aponus de aquis Patavii*. Cod. Thom. Bartholini Raptui Proserpinæ annexus exhibet, *Claudii Claudiani de fonte Aponi Elegia incipit*, in ed. Parm. erat *De Apone* [l. *Aponi*] *balneis*. Vid. Cassiodor. ad Archiætrum. Gyrard. Martial. Lib. v. Lucan. Lib. vi.

1 *Mons Ambr.* pr. *Antenonia* Vat. sec. *Antonoe* Med. sec. *Antioneæ* inc. Heins. *Authoneæ* Petav. pr. *Antenoneæ* Vat. tert. *porrigit* Vat. sec. Oisel. *corrigit* conjiciebat Heins.—2 *Factaque* Vat. pr. et tert. Pal. Florent. tres Med. inc. Heins. Ald.—3 *præstent miracula* Cod. Bartholin.—4 *vel Phæbus* Exc. Lucens. pr. *Phæbeus* Vat. sec. Put. Petav. pr. vet. Gyr. Cod. Bartholin. Gesn. *plebejus* tres Vatt. Pal. Oisel. Petav. sec. in quo reliqua desunt. et ed. Bipont.—5 *Et si* Exc. Lucens. pr. *Cum* Cod. Bartholin. *si* Vat. quart. *sic* Vat. sec. *sit* Florent. tres Med.—6 *Testentur* Vat. pr. *Testantur* Buslid.

## NOTÆ

1 *Antenoreæ urbi*] Aponus fons est celeberrimus in Italia, prope Patavium, quod ab Antenore dicitur esse conditum.

4 *Plebeius*] Alii legunt *Phæbeus*, id est, cum amor et velut honos quidam

ac reverentia Phæbi in te, illum eo impellat, vim ut secretam addat aquis tuis, ad dandam mutis vocem, et ad dictanda carmina.

5 *Nulla manus*] Cum nulla sit manus, seu potius nullus sit homo, qui

Nonne reus Musis pariter Nymphisque tenebor,  
 Si tacitus soli prætereare mihi?  
 Indictum neque enim fas est a vate relinqui  
 Hunc qui tot populis provocat ora, locum. 10  
 Alto colle minor, planis erectior arvis,  
 Conspicuo clivus molliter orbe tumet.  
 Ardentis fœcundus aquæ, quacumque cavernas  
 Perforat, offenso truditur igne, latex.

*significant, gratæ existentes, desideria sua impleta, an non videbor nocens in Musas similiter et Nymphas, si indictus omittaris a me uno? Neque enim licet prætermitti illaudatum et incelebratum eum locum, qui ragatur per tot sermones hominum. Clivus quidam inferior colle excelso, elatior agris patulis turget leniter in clivo manifesto. Clivus abundans aqua calente, quæ aqua quacumque findit antra,*

Testatur Vat. sec. veteres Vat. pr. Exc. Pat. rec. m. sec. ed. Parm. memores Var. LL. e marg. Parm. *Deæ pro notæ inc. Heins.*—7 *Faunis pro Musis Oisel. Nymphis pariterque* Ambr. pr. Buslid. *partem pro pariter Med. pr. videbor* Vat. sec. Cod. Bartholin.—9 *Indictum neque enim fas est a vate vet. Gyr. Ludibrium quid enim fas est tacitumque* Vat. Livin. *Indictum neque enim fas est tacitumque relinqui* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. m. pr. Gesn. et ed. Bipont. *Ludibrium quid enim fas est a vate relinqui* tres Vatt. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. m. sec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *quid enim fas est a vate Florent. Med. sec. Oxon. sec.*—10 *populos provocat ore loqui inc. Heins. populis provocat ora loqui Oxon. sec. provolat ore loqui vet. Gyr. provocat ora locum Vat. Livin. ed. Bipont. pervolat omne locum Vat. tert. Rott. Florent. pervolat omne loqui Put. provocat omne loqui Buslid. provocat ora loqui duo Med. Vat. pr. et quart. Pal. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. pervolat orbe locum Vat. sec. provolat ore locum Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. pervolat ore locum Oisel. Cod. Bartholin. pervolat esse locum Med. sec. pervolat omne loqui vel pervolat ore locum Var. LL. ed. Antv. provocat ora locum vel pervolat ora locum conjiciebat Heinsius, qui ascripserat, sic 'venire in ora populi' Passerat. in Propert. p. 244. pervolat ora locum Gesn.*—11 *Alta cole* Moret. pr. *planis* Vat. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm. *parcis* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. *erectior* Exc. Lucens. pr. *etructor* Buslid.—12 *Conspicio id. Buslid. clivis* Pal. Bonon. Buslid. *divis* duo Med.—13 *Ardenti* Oisel. *aquis* Exc. Lucens. pr. *quocumque* Vat. tert. Florent. Med. sec. *quacumque* Vat. quart. Buslid. *cavernis* duo Vatt. Rott. Oisel. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv.—14 *Proferat* Var. LL. e marg. Parm. *offensus* Var. LL. e marg. Parm. Ald. *truditur* Florent. Buslid.

NOTÆ

non gratus, et memor beneficiorum tuorum, testetur vota sua, seu desideria prospere et feliciter impleta, postquam ex aquis tuis bibit. 10 *Provocat*] Hoc est, qui ad loquendum excitat.  
 11 *Planis arvis*] Erectior planitie.  
 12 *Tumet*] Unde et tumulus dicitur, qui est parvus terræ tumor.



Spirat putre solum, conclusaque subter anhelo 15  
 Pumice rimosas perforat unda vias.  
 Humida flammaram regio, Vulcania terræ  
 Ubera, sulfureæ fervida regna plagæ.  
 Quis sterilem non credat humum? Fumantia vernant  
 Pascua: luxuriat gramine cocta silex. 20  
 Et cum sic rigidæ cautes fervore liquescant,  
 Contemptis audax ignibus herba viret.  
 Præterea grandes effosso marmore sulci  
 Saucia longinquo limite saxa secant.  
 Herculei (sic fama refert) monstratur aratri 25  
 Semita; vel casus vomeris egit opus.

*emittitur invento igne. Terra putris exhalat ignem, et aqua inclusa subter in pumice spirante, aperit meatus spongiosos. Hæc est patria madida ignium, hæc velut flammæ Vulcaniæ in terra, hæc regna ardentia oræ sulfureæ. Ecquis non putaret terram infœcundam? Prata fragrantia herbescunt: lapides tosti affluunt herba, et cum rupes duræ sic liquefiant igne, herba virescit audax flammis sprētis. Insuper sulci magni, marmore effosso, findunt tractu longo lapides abscissos. Vestigia aratri Herculei (fama ita memorat) ostenduntur; vel vomis casu aliquo fecit*

ore pro igne Buslid. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—15 pure solum Med. pr. conclusaque Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. conclusa Ald. Isingr. Colin. Gryph. subtus Cod. Bartholin. Exc. Pat. rec.—16 rimosas quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. rimosas al. pro perforat, perfurit, vel perluit, conj. Heins.—17 Numina pro Humida Cod. Bartholin.—19 nunc credat Pal. tradat Med. sec. eam pro humum Vat. tert. Pal. Rott. Florent. tres Med.—20 luxuriat Vat. tert. Rott. Florent. tosta silex Vat. quart.—21 rigidæ Vat. pr. Pal. Med. quart. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. gelido Moret. pr. liquido tres Vatt. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Oxon. sec. Buslid. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. liquescunt duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Put. Petav. pr. Bonon. Buslid. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv.—22 Contentis Vat. tert. Contemptis tres Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Buslid. Vat. Livin. vet. Gyr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud.—23 effossi Vat. pr. Pal. Buslid. Ald. effosso Vat. sec. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Ald. Barth. carmine pro marmore Med. sec. m. pr. in marmore Moret. pr.—24 milite pro limite Vat. pr. Ambr. Buslid. micant pro secant Oxon. sec. m. pr.—25 monstra pro fama Buslid. sacra fama Vat. tert. Florent. Med. sec. si fama Pal. Med. pr. ni conjiciebat Heins. monstrator Vat. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. monstratur vet. Gyr.—26 nec casus

## NOTÆ

- 16 *Perforat*] Hæc vox jam præcessit, unde alii legunt, *perluit*.  
 17 *Vulcania*] Hæc loca, etsi ignem spirantia, tam fœcunda sunt, ut hic  
 24 *Saucia saxa*] Ita separata et fissa, ut vulnerata credi possint.  
 26 *Vel casus*] Sulci illi impressi

In medio pelagi late flagrantis imago,  
 Cœrulus immenso panditur ore lacus,  
 Ingenti fusus spatio : sed major in altum  
 Intrat, et arcanæ rupis inane subit, 30  
 Densus nube sua, tactuque immitis et haustu,  
 Sed vitreis idem lucidus usque vadis.  
 Consuluit Natura sibi, ne tota lateret,  
 Admisitque oculos, quo vetat ire calor.  
 Turbidus impulsu venti cum spargitur aër, 35  
 Glaucaque fumiferæ terga serenat aquæ ;

*hoc opus. In clivo medio species est maris ardentis late, lacus cœruleus hic aperitur ostio magno, et porrectus intervallo itidem magno, major adhuc ingreditur in antrum profundum, et penetrat specus saxi secreti, spissus ob fumos suos, et perniciosus ob contactum et haustum, at idem semper pellucidus ob aquas crystallinas. Natura providit sibi, ne tota aqua occultaretur, recipit oculos in eundem locum, in quem ignis impedit penetrare. Cum aër turbulentus diffunditur agitatione ventorum, et simul tranquillat superficiem cœruleam aquæ fumantis. Tum obstupesces vallem totam*

Cod. Bartholin. Exc. Pat. rec. m. pr. seu conj. Heins. caussis Oisel. Cod. Epigr. Ambr. vominis Med. sec.—27 late pelagi Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. palati pro pelagi Put.—28 immerso Med. sec. Moret. pr.—29 spatio fusus Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec.—30 arcanum Buslid. Arcadiæ Pal. duo Med. Heinsius ascripserat locum Lucani lib. iv. 15.—31 Mersus nube Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. tractuque Med. quart. astu pro haustu Med. sec. Buslid.—32 vitreus Med. sec. absque vadis Petav. pr.—33 nec tota Cod. Epigr. Ambr. ne tota Sched. Gud. mersa lateret Buslid. Ald. tota Vat. pr. Pal. Med. sec. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. m. sec. mersa tres Vatt. Rott. Cod. Bartholin. Gesn. et ed. Bipont. tota niteret vel mersa lateret Var. LL. e marg. Parm. tecta olim conjecerat Heins.—34 Admisitque Put. Buslid. ore pro ire Oisel. color Vat. sec. Rott. Oisel. Med. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr.—35 impulsu vet. Gyr. Vat. Livin. impulsu Moret. pr. Ald. impulsu vento conspergitur Buslid. lento Med. sec. vento Pal. Oisel. duo Med. venit Vat. pr. et tert. vereri Vat. quart. Zephyri legebat Heins. conspergitur Vat. quart. Rott. Med. sec.—36 Claraque Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin.

## NOTE

sunt ab aratro Herculeo, vel casu aliquo. Alii legunt, *Cacus vomeris egit opus*. Nec male: quid enim convenientius, quam sulcos in terra ignea impressos esse a Caco Vulcani filio, flammam eructante?

27 *Pelagi*] In medio clivo, fontis aqua ita æstuat, ut pelagis speciem referat.

31 *Densus nube sua*] Locus qui in-

star maris æstuat, emittit nubem, seu fumos.

34 *Admisitque oculos*] Fons ille partim emittit fumos et caliginem; sed ubi calidior est, est pellucidus, admittitque oculos, ne tota aqua lateret.

35 *Spargitur*] Heinsius legit, *tergitur aër*, id est, vento purgatur.

Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi:

Tunc veteres hastæ, regia dona, micant:

Quas inter nigræ tenebris obscurus arenæ

Discolor abruptum flumen hiatus agit.

40

Apparent infra latebræ, quas gurgēs opacus

Implet, et abstrusos ducit in antra sinus.

Tunc montis secreta patent, qui flexus in arcum

Æquora pendenti margine summa ligat.

*fundi lucidi, tum lanceæ antiquæ, quæ sunt munera regalia, fulgent: inter quas hastas rima discolor, et opaca ob caliginem arenæ atræ, rapit fluxum præcipitem. Infra foramina videntur, quæ gurgēs tenebrosus replet, et impellit flexus aquæ occultos in cavernam. Tum arcana montis videntur, qui mons curvatus in semicirculum jungit crepidine pendula partes extremas fontis. Umbra nativa colligat aquas cir-*

Sched. Gud. *Claraque* vel *Glaucaque* Exc. Pat. rec. *fumigeræ* duo Med. Put. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *spumiferæ* legit Heinsius. *frena* inc. Heins. *regna* conjiciebat Heinsius. *ferebat* pro *serenat* Buslid.—37 *vallem simul et* Buslid. *mirabile* Petav. pr. Med. sec.—38 *veteres hastæ* vet. Gyr. Vat. Livin. *veteris* Ald. *veteres tali* conjiciebat Heinsius, et *sortes Aponinas* intelligebat, provocans ad Gevart. in Stat. p. 90.—39 *Quos* Vat. tert. Med. sec. *tenebras* Med. sec. vet. Gyr. *tenebris* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moget. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—40 *abruptum* Florent. duo Med. Petav. pr. inc. Heins. Buslid. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *abruptos* Cod. Bartholin. Ald. *obruptos* Var. LL. e marg. Parm. *obruptum* Isingr. Gryph. *fulmen* Vat. sec. Ambr. tert. Buslid. *agit* Buslid. *habet* Vat. sec.—41 *intra* duo Vatt. *intus* Buslid. *infra* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. vet. Gyr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *qua* Med. sec.—42 *abstrusos* tres Vatt. Pal. *abstrusus* Vat. Livin. *obstrusus* Buslid. Ambr. tert. Cod. Bartholin. *abstractos* Vat. tert. Florent. Med. sec. *abstractos* vel *abstrusos* Rott. *astra* pro *antra* Vat. tert.—43 *Tum* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Ald. *monti* Florent. *latent* Buslid. *quo flexus* Florent. *altum* pro *arcum* Pal.—

## NOTE

37 *Mirabere*] Tum in fundo aquæ admiraberis totam vallem, totum cli-  
vum, velut in speculo.

38 *Hastæ*] Dona a regibus data, quod ejus ope ex aliquo morbo recreati sint. Heinsius conjiciendo legebat, *veteres tali*: solebant quippe antiqui jacere talos in fontes, ut futura explorarent, unde cum eos extraherent, Veneremque et summum numerum sortirentur, inde fausta sibi promittebant. Sic Tiberius, ex Suetonio, cum 'juxta Patavium adisset Geryonis

oraculum, sorte tracta, qua monebatur ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret, evenit ut summum numerum jacti ab eo ostenderent: hodieque sub aqua visuntur ii tali.' Et hæc est species τάλων μαγικῶν, aquæ fatidicæ: et hinc μαγικῶν ἀστράγαλων, Talorum fatidicorum, appellatio manavit.

43 *Montis secreta*] Apparent arcana montis, seu solitudo separata, secreta; seu, apparet quod est pulchrius.

44 *Æquora ligat*] Arcus ligat et

Viva coronatos astringit scena vapores, 45  
 Et levis exili cortice terra natat,  
 Calcantumque oneri nunquam cessura virorum  
 Sustentat trepidum fida ruina pedem.  
 Facta manu credas: sic leves circuit oras  
 Ambitus, et tenuis perpetuusque riget. 50  
 Hærent stagna lacu plenas æquantia ripas,  
 Præscriptumque timent exsiluisse modum.

*cumdatas, et terra exigua supernatat, velut cortice parvo; et ruina fidelis nunquam casura sub pondere hominum incedentium, fulcit pedes titubantes. Putares hæc esse facta manu: ita circuitus cingit extremitates politas, et exilis est, atque continuus. Aquæ stant in lacu, et adæquant ripas impletas, ac metuunt transgredi limites*

45 *Una pro Viva* Vat. sec. Moret. pr. *et stringit* Exc. Lucens. pr. *scena* Buslid. Ald. *cena* Vat. pr. et quart. Put. *sæva* Junt. Isingr. Colin. Gryph.—46 *ex leni pro exili* Rott. *ex levi* Vat. tert. Florent. *corpore* Buslid. *fornice vel cespite* conjiciebat Heins.—47 *Calcantumque* Med. sec. Buslid. *Calcantumque* duo Vatt. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Calcanturque* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. *Calcaturque* Florent. duo Med. Ambr. pr. *omni pro oneri* Moret. pr. *nusquam* legebat Heins. *censura* Med. pr.—48 *trepide* Buslid. *firma* Sched. Gud. *corona pro ruina* Vat. tert. m. pr.—49 *latus circuit* Oisel. *laves* Oxon. sec. *leves* Vat. Livin. *lenes* inc. Heins. ed. Parm. *lenis* Vat. sec. Pal. Rott. duo Med. Buslid. Cod. Bartholin. *levis* Vat. tert. Florent. Med. sec. Put. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *auras* Moret. pr.—50 *Ambitus tenuis sine copula* Pal. *perpetuisque* Med. pr. *rigor* Vat. sec.—51 *Arent* Vat. pr. Ambr. pr. *Hærent* vel *Arent* Exc. Pat. rec. *lacu* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *loco* tres Vatt. Rott. Oisel. Cod. Barthol. *loco* vel *lacu* Exc. Pat. rec.—52 *timent* Med. sec. *exiliisse* Pal. duo Med. *exiluisse* Vat. pr. *transiliisse* Vat. sec. inc. Heins. Put. Ambr. tert. *transiluisse* Petav. pr. Bo-

## NOTÆ

jungit semicirculo quodam partes extremas fontis æstuantis, et æquora imitantis; ligat autem margine, seu ora, seu crepidine alta, et velut suspensa in aëre.

45 *Viva scena*] *Σκηνή* est *tabernaculum*, et *umbraculum* naturale arborum. Virgilius: 'Tum sylvis scena cornucis Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.'

*Vapores*] Arborea itaque coronant et cingunt aquas, quæ vapores emittunt.

46 *Levis terra*] Parva quædam insula supernatat, ceu in cortice. Alii

legunt, *cæspite*.

48 *Fida ruina*] Parva illa insula est major cæspes, isque tremulus, ita ut mox casurum putes: sed tamen si te huic credas, fidus erit, neque cadet sub pedibus calcantibus. Sicque *fida* erit *ruina*, id est, quam tu ruinam putabis, erit fida, et tremendo non desinet sub tuis pedibus hæreere fideliter.

49 *Leves*] Extremitates politas, regulares, et velut arte factas.

51 *Stagna*] Aqua stagnans, sed quæ tamen ob ignem aliquando æstuat.

Quod superat, fluvius devexa rupe volutus

Egerit, et campi dorsa recurva petit.

Devehit exceptum nativo spina meatu :

55

In patulas plumbi labitur inde vias,

Nullo cum strepitu : madidisque infecta favillis

Despumat niveum fistula cana salem.

Multifidas dispergit opes, artemque secutus,

Qua jussere manus, mobile torquet iter :

60

*præfixos. Flumen fluens ex saxo declivi, ejicit quod abundat, et currit per terga curvata agri. Alveus spineus deducit via naturali receptum flumen. Inde influit in tubos patentes plumbi. Canalis albus absque ullo murmure, et fætus igne humentis, emittit salem candidum. Diffundit divitias varie ditisas, et sequens industriam, qua manus trahunt, volvit viam instabilem, et subterfluit pontes conjunctos*

non. vet. Gyr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. m. pr. *modum vel locum* Oisel.—53 *Quæ superat* Buslid. *Quo* Ambr. pr. *fluvio* ed. Parm. *fluvius* Var. LL. e marg. Parm. *solutus* Rott. *solutis* Vat. tert. *solutos* Florent. Med. sec. *volutis* Var. LL. e marg. Parm.—54 *Erigit* Petav. pr. *campum* Buslid.—55 *Evehit* tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *ereptum* Vat. tert. Rott. Oisel. *Evehit ereptum vicino* Buslid. *vicino spuma recurvo* Vat. tert. *vicino* Rott. Med. sec. *spuma* Oisel. ed. Parm. *spira* Gesn. et ed. Bipont. *sigma* conj. Barth. i. e. figura literæ. *spina* duo Vatt. duo Med. Cod. Bartholin. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Pat. rec. Sched. Gud. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *recurvo pro meatu* Florent.—56 *ille* pro *inde* Buslid.—57 *tum strepitu* Vat. Livin. *madidis infecta* Vat. pr. et sec. Pal. Cod. Bartholin. Vat. Livin. *madidisque infecta* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—58 *Dispumat* Put. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *Dispumat* Vat. pr. *niveam* Vat. tert. Med. sec. *juvenum* Pal.—59 *Multifidum d. onus* Bonon. *Multifidum d. opus* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. ed. Parm. *Multifidas dispergit opes* Var. LL. e marg. Parm. *Multifidum dispersit* Petav. pr. *Multifidas aquas con-jiciebat* Heinsius, qui et *arcumque* legebat, ut alibi *arcum* pro *aquæductu* posuit Claudianus.—60 *Quas* Pal. Med. sec. *nobile* Put.—61 *cunctos* Pal. *victos*

## NOTÆ

53 *Quod superat*] Fons plenus est usque ad ripas, et per fluvium effluit quicquid *superat*, aut superest, seu abundat; hoc est, tantum aquæ abit, quantum ex scaturigine redit.

54 *Dorsa recurva*] Intellige clivum.

55 *Spina*] Via quodammodo spinæ similis, ob saxa acuta. Alii legunt, *spuma*; alii, *spira*, id est, gyrus et circuit is quidam.

57 *Madidis favillis*] Madidis quibusdam aquæ ferventissimæ ejectamentis, favillarum instar ardentibus, non revera favillis, nam favillæ non sunt amplius cum madent.

58 *Dispumat*] Spumando emittit.

59 *Multifidas*] Spargit aquas divites, seu ad multa utiles, easque per varios tubos, varieque fissos.



Et junctos rapido pontes subtermeat æstu,  
 Afflatosque vago temperat igne tholos.  
 Acrior interius rauci cum murmure saxi  
 Spumeus eliso pellitur amne vapor.  
 Hinc pingues repetunt fessi sudore lacunas : 65  
 Frigora quis longæ blanda dedere moræ.  
 Salve Pæoniæ largitor nobilis undæ :  
 Dardanii salve gloria magna soli :

*aqua præcipiti et æstuanti, et mitigat fornices tactos flamma errante. Intus vapor spumoso vehementior expellitur fluvio fracto, cum strepitu rupis resonantis. Hinc homines fatigati labore adeunt fossas hujus aquæ crassiores factas, quibus fossis mora longior attulit frigus amabile. Salve, o fons, dator celeberrime aquæ Pæoniæ :*

Vat. quart. Rott. Buslid. *vinctos* Var. LL. ed. Antv. *pontes junctos rapido* Ambr. pr. *montes* Med. sec. *subtermeat* Vat. pr. Pal. Med. pr. *prætervehit* inc. Heins. *subtervehit* tres Vatt. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. Florent. Med. sec. Put. Petav. pr. inc. Heins. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. vet. Gyr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. —62 *Afflatosque* tres Vatt. Rott. Oisel. Med. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. et Bartholin. *Afflatosque...colos* Var. LL. ed. Antv. *jugo pro vago* Med. sec. *colos* Oisel. duo Med. Buslid. *comas* Med. sec. *colas* Vat. tert. Rott.—63 *Acrior* Florent. tres Med. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *interius* Med. pr. Buslid. *internis* Florent. Put. *interca* Med. sec. *vasti pro rauci* Cod. Bartholin. *rauco* duo Med.—64 *illaso* Oxon. sec. *amne* inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *igne* Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Put. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *amne vel igne* Moret. pr. *sapor* Vat. sec.—65 *Hic* Put. *pingues* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. *pigras* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *nigras* conjiciebat Heinsius. *fesso* Buslid.—66 *Frigore* Lucens. Buslid. et tres alii cum Ald. *aquis* duo Vatt. Rott. Florent. Med. sec. Ambr. tert. Var. LL. ed. Antv. *quis* Vat. pr. et quart. Pal. Parm. Isingr. Junt. et al. *damna* duo Vatt. Pal. Vat. Livin. *blanda* Cod. Bartholin. duo Vatt. Oisel. Florent. Med. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—67 *largitor fons medicinæ* Oisel.—

## NOTÆ

62 *Afflatos tholos*] Fornices pontium tactos afflatu, seu vapore aquæ igneæ.

64 *Eliso amne*] Aqua repercussa, fracta, collisa contra saxa.

65 *Hinc pingues*] Cum aquæ hujus fontis in fossas seu lacunas receptæ aliquamdiu stagnaverunt, crassiores fiunt, et morbis aut laboribus levandis utiles.

67 *Salve*] Apostrophe familiaris Poëtis. Virgilius de Italia: 'Salve,

magna parens frugum, Saturnia tellus.'

*Pæoniæ*] Aquæ medicæ et salutaris. De voce *Pæoniæ*, supra.

68 *Dardanii*] Trojanæ terræ ab Antenore Trojano habitatæ. Huc enim, ex Tito Livio, Troja eversa, Antenor appulit, 'Cum multitudine Henetum...Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, pulsus.' Et postea: 'Gens universa Veneti appellati.'



## Publica morborum requies, commune medentum

Auxilium, præsens numen, inemta salus. 70  
 Seu raptis inferna ruunt incendia ripis,  
 Et nostro Phlegethon devius orbe calet :  
 Sulfuris in venas gelidus seu decidit amnis,  
 Accensusque fluit, quod manifestat odor :  
 Sive pari flammæ undarum lance rependens, 75  
 Arbiter in fœdus mons elementa vocat,  
 Ne cedant superata sibi ; sed legibus æquis  
 Alterius vires possit utrumque pati :

*salve, o decus inclytum terræ Trojanæ : levamentum publicum morborum, commune subsidium medicorum, Divinitus opitulans, salus inemta : seu ignes inferorum erumpunt in te repagulis fractis, et Phlegethon deflexus ardet in mundo nostro : seu frigidus fluvius cadit in fodinas sulfuris, et inflammatus fluit, id quod odor ejus ostendit : sive mons ille velut arbiter componens ignes cum simili proportione aquarum, congregat elementa cum concordia pari, ne victa hæc elementa cedant sibi invicem ; sed ut utrumque possit ferre certo fœdere virtutem alterius : quæ-*

68 *Salve Dardanii* Ambr. tert. Exc. Pat. rec.—69 *medentum* Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *merentur* Pal. duo Med. *meretur* ed. Parm. *moretur* Vat. pr.—70 *Subsidium pro Auxilium* Pal. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *inepta pro inemta* Buslid.—71 *raptis* Buslid. *effrena pro inferna* Vat. sec. et tum *Stygius* legendum censet Heinsius, vel *terrena* conjicit. *ruant* Vat. quart.—72 *vestro* duo Med. *calet* Var. LL. e marg. *latet* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. Vat. Livin. vet. Gyr. ed. Parm. *calet* vel *latet* Exc. Pat. rec. *sonet* vel *calet* Buslid.—73 *Deerat hoc distichon* Vat. sec. *gelidis* Pal. duo Med. *decidat* Oxon. sec. *amnis* Med. quart. *annus* Florent. Med. sec.—74 *fluit* Med. pr. *ruit* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *quid manifestat* Buslid. *non manifestus* Vat. tert. Florent.—75 *pari* Ambr. tert. Exc. Pat. rec. *pares* quatuor Vatt. Oisel. Exc. Lucens. pr. *parens* Pal. Rott. Florent. tres Med. Put. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *luce* *reprendens* Buslid. *angue* Vat. pr. *luce* Vat. sec. Put. Var. LL. ed. Antv. *rependens* Med. quart. *repellens* Vat. tert.—76 *Arbitror* Vat. tert. Florent. *mos* Florent.—77 *Nec* Florent. Med. sec. Put. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *credant* Ambr. tert. *cedunt* Buslid. *tibi pro sibi* Vat. sec. *legibus ipsis* inc. Heins.—78 *Alterius* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. *poscit utrumque* Sched. Gud. *poscit uterque* Ambr. pr. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *posituroque* Vat. pr. *uterque* Vat. tert. Pal. Rott.

## NOTÆ

69 *Morborum requies*] Hinc *Aponus*, dictus quasi *ἀπνος*, sine labore.

70 *Præsens numen*] Aqua scilicet, seu Genius fontis, eo ipso in loco, in quo colitur, fert auxilium præsentissimum.

*Inemta salus*] Fons qui dat salutem gratis.

72 *Phlegethon*] Supra.

79 *Quocumque emitteris*] Quacumque origine fontem emitti vel emergere quis dixerit.

Quicquid erit causæ, quocumque emitteris ortu,  
 Non sine consilio currere certa fides. 80  
 Quis casum meritis ascribere talibus audet?  
 Quis negat auctores hæc statuuisse Deos?  
 Ille pater rerum, qui sæcula dividit astris,  
 Inter prima poli te quoque sacra dedit:  
 Et fragilem nostri miseratus corporis usum, 85  
 Telluri medicas fundere jussit aquas,  
 Parcarumque colos exoratura severas  
 Flumina laxatis emicuerè jugis.

*cumque causa sit, quacumque exeat origine, certe credendum est hunc fontem non fluere sine providentia. Ecquis ausit tribuere casui tantam virtutem fontis? Ecquis inficietur Deos datores hujus muneris hæc decrevisse? Ille mundi conditor, qui distribuit tempora sua sideribus, permisit etiam tibi, o fons, adorari inter primas res sacras; ac miserescens naturæ caducæ corporis nostri, imperavit terræ emit-tere aquas illas salubres; et tum fluvii mitigaturi stamina dura Parcarum, emerse-*

Oisel. tres Med. Bonon.—79 erat Vat. sec. quodcumque Vat. tert. Florent. Med. sec. emitteris Cod. Bartholin. inc. Heins. Put. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. emiseris Petav. pr. remitteris Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Ambr. pr. Vat. Livin. remiseris Med. sec. emergitis Buslid.—80 sum consilio Med. sec. consilio Buslid. currito Exc. Lucens. pr. currere vel credere Oisel.—81 casus Pal. duo Med.—82 actores Vat. tert. Pal. duo Med. hoc statuuisse Pal. Cod. Bartholin. duo Med. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr.—84 Intus ed. Parm. Inter Var. LL. e marg. Parm. summa poli Vat. quart. prima dedit Buslid. colit Vat. quart. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Inter sacra p. t. q. prima dedit Ambr. pr. Inter prima coli te quoque sacra dedit malit Heins. et ita curis secundis Barth.—86 Telluri Vat. pr. Pal. Tellurem Cod. Bartholin. Ambr. tert. Exc. Pat. rec. Telluris tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Var. LL. ed. Antv. fundere Moret. pr.—87 exoratura duo Vatt. Rott. Cod. Bartholin. Med. quart. inc. Heins. Put. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. exornatura Petav. pr. Ambr. pr. Buslid. exortatura Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Med. pr. Exc. Lucens. pr.—88 Flumina Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc.

NOTE

80 *Non sine consilio*] Non sine certa providentiæ cura currit seu fluit ille fons, quoniam tanta est, tamque utilis ipsius virtus.

81 *Meritis*] Ecquis tribnat casum fonti, seu potius quis tribuat casui fontem de hominibus tam bene merentem? Non ita est: Dii singulari quadam suæ providentiæ cura illum

hominibus dederunt.

85 *Corporis usum*] Corporis fragilis, quo utimur.

87 *Colos exoratura*] Flumina ista exoratura sunt colos Parcarum, hoc est, impetratura sunt sua virtute medica, ut colus sit diuturnior, ac proinde et vita longior: nam per colos Parcarum, vita hominis designatur.

Felices, proprium qui te meruere, coloni,  
 Fas quibus est Aponon juris habere sui. 90  
 Non illis terrena lues, corrupta nec Austri  
 Flamina, nec sævo Sirius igne nocet.  
 Sed quamvis Lachesis letali stamine damnet,  
 Inde sibi fati prosperiora petunt.  
 Quod si forte malus membris exuberat humor, 95  
 Languida vel nimio viscera felle virent,

*runt ex monte rupto. O fortunatos incolas, qui promeriti sunt habere te, o fons, proprium, quibus contingit habere Aponum in sua potestate. Neque tabes terrena, neque flatus Noti infecti, neque Sirius lædit illos calore pernicioso. At licet Lachesis condemnet illos filo mortali, tamen in hoc fonte fatum favorabilius sibi inveniunt. Quod si fortasse humor noxius turgeat in corpore, vel si præcordia debilia virescunt ob bilem incommodam, non secant sibi venam, neque curant*

Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—90 *Aponum* Vat. pr. et tert. Rott. Vat. Livin. *Aponon* duo Vatt. Pal. Cod. Bartholin. duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Apanon* Buslid.—91 *metuenda lues* conjiciebat Heins.—92 *Flumina* vel *Fulmina* Buslid. *sævo* Vat. pr. Pal. *lævo* tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *sacro* Var. LL. ed. Antv.—93 *ferali stamine* Petav. pr. *furiali* Buslid. *damni pro damnet* Med. sec.—94 *Undæ fata sibi* Vat. Livin. *Unde fata sibi* Vat. pr. Exc. Lucens. pr. *Inde sibi fata* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. *fata* Ambr. tert. *fatis* Barth. *fati* Exc. Pat. rec. [deerat vero hæc vox Petav. pr.] *petent* Var. LL. ed. Antv. *Undæ* vel *Undis fata sibi* legebat Heinsius.—95 Deest hoc distichon Buslid.—96 *felle virent* Vat. quart. Cod. Bartholin. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Exc. Pat. rec. m. pr. Var. LL. ed. Antv. *rubent*

## NOTE

91 *Terrena lues*] Contagio nata ex terra insalubri, ut in Sardinia.

92 *Sirius*] Supra de hujus etymologia diximus. *Sirius* autem seu *Canicula*, sidus est ex veteribus ardentissimum; adeo ut a Poëtis quibusdam dicatur 'latrare Canicula flammæ;' et hujus exortu Solis vapores augeri, fervere maria, fluctuare vina, moveri stagna credita sint. At Gassendus cum recentioribus, contra sentit, dum hæc ait ex Gemino: 'Omnes putant hanc stellam (Canem) vim habere propriam, et causam esse in-

tensionis æstuum, dum simul oritur cum Sole; attamen res non sic habet; sed, quoniam juxta calidissimum tempus, cum hæc stella ortum faciebat, hujus apparitione, aëris in æstum mutationem significarunt.' Hinc certe ortus Caniculæ non causa est, sed tantum signum caloris. Idem Gassendus, lib. vi. de siderum effectibus, ait, 'Canem, qui caloris signum nobis est, esse Antipodibus nostris signum frigoris.'

93 *Lachesis*] Una Parcarum, de qua supra; ponitur pro qualibet Parca.

Non venas reserant, nec vulnere vulnera sanant,  
 Pocula nec tristi gramine mixta bibunt.  
 Amissum lymphis reparant impune vigorem,  
 Pacaturque ægro luxuriante dolor.

100

*plagam plaga, neque hauriunt pocula temperata herba amara: renovant aqua sine timore vires suas deperditas, et dolor mulcetur, ægro velut ludente.*

tres Vatt. Pal. Rott. Cod. Bartholin. *rubent* vel *tument* Ambr. pr.—97 *Nec* Vat. tert. Florent. *reserant* Ambr. pr. m. pr. Vat. Livin. *resecant* duo Vatt. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. reç. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *vulnera vulnera* duo Vatt. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. et Bartholin. Exc. Lucens. pr.—98 *Sæcula* pro *Pocula* Vat. sec. *stricti* Buslid.—99 *Amissis* Florent. *Nymphis* Vat. pr. et tert. Florent. ed. Parm. *Lymphis* Var. LL. e marg. Parm. *impune* vel *in fine* Moret. pr.

## NOTÆ

97 *Non venas reserant*] Non confugiunt ad *φλεβοτομίαν*, *venæ sectionem*.  
*Nec vulnere*] Non sanant vulnera, id est, morbos, vulnere, id est, vena secta.  
 98 *Tristi gramine*] Austero et amaro succo herbarum.  
 99 *Impune*] Sine timore, sine dolore.  
 100 *Ægro luxuriante*] Ægroto velut ludente et lasciviente, morbus ejus sanatur.

## L.

## 7. DE PIIS FRATRIBUS, ET EORUM STATUÆ QUÆ SUNT APUD CATINAM.

## ARGUMENTUM.

CELEBRANTUR Amphinomus et Anapus Siculi fratres, qui cum ex Ætnæ ardentis incendio parentes suis humeris exceptos liberassent, statuis donati sunt.

ASPICE sudantes venerando pondere fratres;  
 Divino meritos semper honore coli :

*Cerne duos fratres gementes sub onere venerabili, promeritos ornari semper*

Vat. pr. non habet hoc carmen. Lov. hoc superioribus annectit, sed sine inscriptione. in Moret. pr. inscribitur, *De piis fratribus et statuis eorum*. Exc.

Justa quibus rapidæ cessit reverentia flammæ,  
 Et mirata vagas repulit Ætna faces.  
 Complexi manibus fultos cervice parentes, 5  
 Attollunt vultus, accelerantque gradus.  
 Grandævi gemina sublimes prole feruntur,  
 Et cara natos implicuere mora.  
 Nonne vides, ut sæva senex incendia monstret?  
 Ut trepido genitrix invocet ore Deos? 10  
 Erexit formido comam, perque omne metallum  
 Fusus in attonito palluit ære tremor.

*cultu divino: quibus fratribus veneratio æqua ignis ardentis pepercit, et Ætna attonita removit tædas errantes. Illi fratres complexi manibus suis parentes suos, innixos collo suo, erigunt vultus suos et properant passus suos. Parentes senes elati a filiis duobus portantur: et impediverunt filios eosdem mora grata. Annon aspicias, ut senex pater ostendat ignes crudeles? et ut mater imploret voce timida Deos? Timor arrexit crines, et metus in ære admirante fusus per totum metallum*

Lucens. pr. habent, DE PIIS FRATRIBUS ET DE STATUIS EORUM, QUÆ SUNT APUD CATINAM. in Var. LL. e marg. Parm. legitur, *De piis fratribus et statu eorum, quæ sunt apud Catheram.* in Florent. Pat. Buslid. tribus Med. et Petav. duobus deerat Inscriptio. De his Strabo III. 6. Solin. Auson. Martial. et Aristoteles in Admirandis. Gyr.

1 *suadantes* Petav. pr. et sec. *suadentes* Bonon. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr.—3 *Justa* Lov. Buslid. Ald. *Lustra* Florent. Parm. Isingr. Colin. Gryph.—4 *rettulit* conjiciebat Heinsius.—5 *Complexos* Vat. tert. Florent. *stultos pro fultos* Med. quart. *suffultos crine* Buslid. *cervice* vel *cinxere* Moret. pr.—6 *Attollunt...accelerantque* duo Vatt. Pal. duo Med. inc. Heins. Petav. pr. Moret. Buslid. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *Attollant* al. *Ut tollant* malit Heins. *accelerantque* Buslid. Oxon. sec. ceterum hic et seq. versus desiderantur in Lov.—7 *sublimes grande feruntur* Vat. quart. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec.—8 *cara* Exc. Lucens. pr. *chara* Var. LL. e marg. Parm. *clara* tres Vatt. Pal. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Pat. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Lov. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *implicuisse* ed. Parm. *implicuere* Var. LL. e marg. Parm. *coma* Pal. duo Med. *mitra* inc. Heins.—9 *monstrat* duo Vatt. Pal. Oisel. Moret. pr. Oxon. sec. *monstret* Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm.—10 *trepidos* Lov. deerat vero hic versus Var. LL. ed. Antv.—11 *Arrexit* Rott. *fortuna pro formido* Lov.—12 *inattonito* Vat. tert. *attonita* Med. sec. *attonita*

## NOTE

*Catinam*] Hæc est urbs Siciliae, non longe ab Ætna, quæ non raro Ætnæis infestatur incendiis.

2 *Divino*] Fratres qui ob insignem pietatem merentur coli ut Dii.

3 *Reverentia flammæ*] Id est, flamma his pepercit, quasi venerabunda.

8 *Cara mora*] Nam juvenes, nisi

parentes suos tulissent, procul dubio celerius evasissent, ideoque mora aliqua implicati sunt; mora cara, grata, pia, cum humeris ab incendio parentes suos eriperent.

10 *Invocet Deos*] Pro se liberisque tam piis.

11 *Omne metallum*] In statua ho-

In juvenum membris animosus cernitur horror,  
 Atque oneri metuens, impavidusque sui.  
 Rejectæ vento chlamydes : dextram exerit ille, 15  
 Contentus læva sustinuisse patrem.  
 Ast illi duplices in nodum colligit ulnas,  
 Cautior in sexu debiliore labor.  
 Hoc quoque præteriens oculis ne sorte relinquas,  
 Artificis tacitæ quod meruere manus. 20  
 Nam consanguineos eadem cum forma figuret,  
 Hic propior matri fit tamen, ille patri.

*expalluit. In corpore horum juvenum horror generosus videtur, et timens suo ponderi, et non timens sibi. Chlamydes eorum remonentur vento: ille extrahit dextram, satis habens sustentare patrem sinistra sua. Sed labor prudentior in sexu infirmiore constringit illi fratri in nodum duo brachia. Ne etiam forsitan hoc non cogitans omittas, quod manus tacitæ opificis promeritæ sunt. Etenim cum eadem imago representet duos fratres, hic tamen formatur similior patri, ille matri. In-*

~~~~~

Buslid. *ære color* vet. Gyr. *ore tremor* Lov. Buslid. *ære tremor* Lucens. pr. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm. *ore* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *ære* Vat. sec. *color* Vat. tert. *tremor* duo Med. inc. Heins. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—13 *juvenis* Rott. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—14 *oneri* Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *omni* duo Vatt. *omni* Petav. sec. *omnem* Pal. duo Med. *omen* Vat. quart. Rott. Put. Petav. pr. Buslid. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—15 *dextra egerit* Rott. ed. Parm. *exerit* vet. Gyr. atque ita legebat Heinsius, qui Propertium ascripserat, non citato loco. *egerit* tres Vatt. Pal. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Lov. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv.—17 *Ast ille* ed. Parm. *undas* Pal. duo Med.—18 *Cacior* pro *Cautior* Lov.—19 *Hæc quoque* Med. pr.—20 *tacitæ* Med. quart. inc. Heins. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—21 *Jam* Vat. sec. Non inc. Heins. *figurat* Buslid. *figeret* Exc. Lucens. pr.—22 *proprior* Var. LL. e marg. Parm. *sit tamen* Rott. Med. sec. Florent. Var. LL. ed. Antv.—

## NOTÆ

ram Juvenum tremor pictus est, et quasi fusus in ære admirante: non quod æs admiretur, sed quod præbeat admirationem, et reddat spectatores attonitos.

13 *Animosus horror*] Est *horror* quidem seu timor in juvenibus, ne non liberent parentes; sed *horror* ille est *animosus*, siquidem in hoc timore generose pugnant, ut onus tam carum

*Delph. et Var. Clas.*

ex flammis vindicent.

18 *In sexu debiliore*] Qui fert patrem, eum fulcit tantum sinistra: at qui fert matrem, eam constringit ulnis et manibus duabus, et ipse laborat prudentius in ferendo sexu infirmiore, scilicet matre.

20 *Meruere*] Quod manus artificis meritæ sunt sua industria, quæ observatur in statua silente, tacita.

*Claud.*

4 B



Dissimiles annos solertia temperat artis.

Alter in alterius redditur ore parens.

Et nova germanis paribus discrimina præbens, 25

Divisit vultus cum pietate faber.

O bene Naturæ memores, documenta supernæ

Justitiæ, juvenum numina, vota senum !

Qui spretis opibus medios præperastis in ignes, 30

Nil præter sanctam tollere canitiem.

Haud equidem immerito tanta virtute repressas

Enceladi fauces obriguisset reor.

*dustria artis moderatur animos dispares : uterque parens exhibetur in vultu utriusque filii. Et artifex dans differentiam novam fratribus similibus, separavit vultus eorum cum pietate. O fratres reddentes eximie naturæ quod debetur, qui estis argumenta justitiæ cælestis, qui estis ornamenta juventutis, et desideria senum ! qui dicitur calcat, irrupistis per flammam medias, ut nihil auferretis præter parentes venerabiles canitie. Non equidem abs re puto guttur Enceladi mitigatum tanta cir-*

23 annos tres Vatt. Rott. Oisel. *animos* Pal. duo Med. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *temperet* Vat. quart. *astris* pro *artis* Oxon. sec. m. pr.—24 *creditus* Rott. In Var. LL. ed. Antv. *deerat* hic versus.—25 *In nova* Pal. *nota* Cod. Epigr. Ambr. *quærens* pro *præbens* Lov. Vat. Livin.—26 *Dimisit* Petav. pr. Bonon. Oxon. sec. *Dimisse* Buslid.—27 *O breve* Vat. sec. *Omnia* vel *O bene* Oisel. *supernæ* Vat. Livin. *superbæ* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Ald.—28 *numina* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *lumina* legit Heinsius. *vota* Var. LL. e marg. Parm. *nota* ed. Parm.—29 *Qui sumptis* Cod. Epigr. Ambr. *mediis* Lov. *properatis* duo Vatt. Put. Petav. pr. Ambr. pr. Buslid. *populastis* Moret. pr.—31 *equidem merito* Vat. sec. *tota* Put. *tanta* duo Med. Bonon. duo Petav. totidem Ambr. Lov. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var.

#### NOTE

26 *Divisit vultus*] Quandam differentiam indidit utriusque vultui.

27 *Documenta supernæ justitiæ*] Vos, pii fratres, estis argumenta justitiæ cælestis; seu pio facto docetis quanta sit vis justitiæ Superiorum, quæ vult justitiam, seu pietatem eximiam, reddi parentibus.

28 *Juvenum numina*] Id est, qui tanta pietate spectabiles ab aliis juvenibus coli debent, ut quædam numina. Alii legunt *juvenum lumina*, id est, ornamenta juventutis. Cicero vocat viros præcellentissimos, *lumina*

*civitatis*.

*Vota senum*] Vos si estis, quos alii senes aut pro liberis optent, aut quibus similes expetant.

30 *Canitiem*] Parentes canitie sanctos, venerandos. Sed filii commendantur, quod nihil præter canitiem flammis eriperent; cum scilicet ipsorum parentes ita senio confecti essent, nihil ut præter canitiem restare videretur.

32 *Enceladi*] Gigantis, qui oppressus Ætna gemit, ignesque eructat.

Ipse redundantem frænavit Mulciber Ætnam,  
 Læderet exempli ne monumenta pii.  
 Senserunt elementa fidem: pater affuit æther, 35  
 Terraque maternum sedula juvit onus.  
 Quod si notus amor provexit in astra Laconas,  
 Æneam Phrygio raptus ab igne pater;  
 Si vetus Argolicos illustrat gloria fratres,  
 Qui sua materno colla dedere jugo; 40  
 Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi,  
 Æternum Siculus templa dicavit honos?

*tute hæsisse. Vulcanus ipse cohibuit Ætnam effervescentem, ne violaret monumenta facti tam sancti. Elementa cognoverunt pietatem tantam: Cælum adjuvit hos fratres, ut parens; et terra officiosa adjuvit etiam pondus maternum. Quod si amicitia insignis extulit ad cælum Laconas Castorem et Pollucem; si pater Anchises ereptus ab incendio Trojano commendavit Æneam; si laus antiqua commendat fratres Argolicos, qui supposuerunt cervicem suam currui materno; cur non reverentia Siculorum consecravit templa in perpetuum Amphinomo? cur non tibi,*

LL. e marg. Parm. *tantas* Vat. tert. *repressam* Vat. quart.—33 *redeuntem pro redundantem* Buslid.—34 *monumenta sui* Vat. sec.—36 *nutrit* pro *juvit* Buslid.—37 *ad astra* id. Buslid. *Lacones* Vat. sec. *Laconas* duo Vatt. Pal. Florent. tres Med. inc. Heins. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Lov. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—38 *Æneam* Vat. pr. et tert. *Aneam* inc. Heins. *Phrygia r. ab urbe* Buslid. *parens* Cod. Epigr. Ambr.—39 *Sic vetus* Vat. tert. Pal. Oisel. Med. sec. Heinsius ascripserat seqq. *Cleobis et Biton*. Plutarch. *παραμυθητ. πρὸς Ἀπολλών.* Solinus. Pausanias. *gratia pro gloria* Ambr. tert.—41 *Amphionio* Vat. sec. duo Med. Lov. *Amphion* Rott. inc. Heins. *non fit* pro *non tibi* Var. LL. ed. Antv. *tristis* Moret. pr. *Anape* Vat. sec. vet. Gyr. *Anapy* Vat. quart. Salmas. ad Solin. p. 111.—42 *Æternus* Vat. sec. Pal. duo Med. *Siculis* Vat. sec. et quart. Med. sec. Ambr. tert. Buslid. *dicabit* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *dicavit* Lov.

## NOTE

33 *Redundantem*] Flammi, seu æstanti igne.

34 *Pii*] Fratres illi Pii dicti sunt, et locus eorum sepulturæ, τῶν εὐσεβῶν χωρὸς, *Piorum campus*, ex Solino, appellatus. Ideoque fingit Poëta Encladum continuisse flammam, ne violaret sepulcrum seu monumentum fratrum, qui quidem tam pium exemplum posteris reliquerunt ad imitandum.

35 *Elementa*] Ignis cognovit eorum

fidem et pietatem.

36 *Terra*] Terra adjuvit hos juvenes, et id quod ferebant, tanquam onus maternum, seu tanquam onus portatum a suis filiis.

39 *Argolicos fratres*] Cleobin et Bitona, qui deficientibus jumentis, matrem suam Sacerdotem in templum Junonis traxerunt, et ex Ciceronis testimonio, mortem (matre eorum bonum optimum ipsis expetente) pro præmio tulerunt.

Plura licet summæ dederit Trinacria laudi,

Noverit hoc majus se genuisse nihil.

Nec doleat damnis, quæ devius intulit ardor:

45

Nec gemat exustas igne furente domos.

Non potuit pietas flamma cessante probari:

Emtum est ingenti clade perenne decus.

*o Anapi generose? Quamvis Sicilia tribuerit multa digna laude suprema, cognoscat tamen, se nihil tulisse majus. Neque affligatur jactura, quam ignis vagus importavit: neque defeat domos consumtas flamma sæviante. Pietas tanta non potuit comprobari sine igne: magna gloria emta est magna clade.*

Buslid. honor Ambr. pr. honos Lov. Buslid.—43 *summi d. Trinacria ludi* Med. quart. *dederat* Vat. sec. *Tenacria* Moret. pr. *laudis* legebat Heins.—44 *Noverat* Med. sec. *ista manus pro hoc majus* Buslid. *meruisse* Pal. duo Med. *genuisse* Lov. Buslid.—45 *error pro ardor* Vat. sec. Ambr. pr. Sched. Gud. *horror* Buslid.—47 *Non potuit* Florent. duo Med. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Lov. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Nec inc.* Heins. Num Isingr. Colin. Gryph. Pulm. *summa pro flamma* Buslid. *probari* Martial. ‘*Stantia non poterant tecta probare Deos.*’—48 *Prolibus pro Emtum est* Lov.

## NOTE

43 *Trinacria*] De hac supra. Trinacriæ seu Siciliæ damno per  
48 *Clade*] Gloria magna, magna flammis importato.  
laus emta est ingenti clade, ingenti

CL. CLAUDIANI  
EPIGRAMMATA.

---

---

LI.

1. DE MULABUS GALLICIS.

ASPICE morigeras Rhodani torrentis alumnas  
Imperio nexas, imperioque vagas,  
Dissona quam varios flectant ad murmura cursus,  
Et certas adeant, voce regente, vias.  
Quamvis quæque sibi longis discurrat habenis, 5  
Et pateant duro libera colla iugo ;

*Vide Mulas alumnas dociles Rhodani rapidi conjunctas jussu herili, et errantes eodem jussu. Vide quam diversos vertant cursus ad sonum vocis diversum, et in-eant iter certum, voce moderante. Unaquaque Mularum, licet vagetur loris lon-*

~~~~~  
*De Mulabus Gallicis.* Sic inscribitur hoc carmen in Oisel. Oxon. sec. et Sched. Gnd. In Vat. pr. erat *de Mulabus Gallis.* In Florent. Med. pr. et sec. Put. Lov. Buslid. et duobus Petavianis deerat inscriptio.

1 *morigenas* Vat. pr. qui et *alumnas* pro *alumnas* exhibet.—2 *vexas* pro *nexas* Vat. sec. *imperioque negas* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Petav. sec. *imperioque negas* Rott. *imperioque negat* Lov. *imperioque negas* vel *togas* Buslid.—3 *flectunt* Ambr. tert. *mænia* Rott. Cod. Epigr. Ambr. *numina* Vat. sec. Petav. sec. *munera* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *cur-rus* Buslid.—4 *certas habeant* Ambr. pr. *voce rogante* Florent.—5 *quisque duo* Vatt. Rott. Florent. Med. sec. Buslid. *sui pro sibi* Moret. pr. *nullis tres* Vatt. Pal. Rott. *longis* Vat. pr. Put. Petav. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Pat.

NOTÆ

6 *Pateant*] Colla solvantur, appareant liberata a iugo.

Ceu constricta tamen servit, patiensque laborum  
 Barbaricos docili concipit aure sonos.  
 Absentis longinqua valent præcepta magistri,  
 Frænorumque vicem lingua virilis agit. 10  
 Hæc procul angustat sparsas, spargitque coactas,  
 Hæc sistit rapidas; hæc properare facit.  
 Læva jubet? lævo deducunt limite gressum.  
 Mutavit strepitum? dexteriora petunt.  
 Nec vinclis famulæ, nec libertate feroces, 15  
 Exutæ laqueis, sub ditione tamen.  
 Consensuque pares, sed fulvis pellibus hirtæ,  
 Esseda concordēs multisonora trahunt.

*gis pro se, et colla earum liberata solvantur jugo aspero, paret tamen, quasi ligata; et patiens laborum, audit vocem barbarorum aure obediēte. Documenta longinqui rectoris remoti multum possunt apud eas, et lingua herilis fungitur munere habenæ. Hæc lingua congregat eas late dispersas, et dispergit congregatas: hæc retinet eas currentes, hæc jubet eas currere. An jubet eas ire ad sinistram? vertunt pedes ad latus sinistrum. An mutavit vocem? eunt per viam dextram. Neque serriunt ob lora neque ferociunt ob libertatem suam: solutæ funibus, sunt tamen sub imperio: et similes animo, sed hispida pellibus fulvis, consentientes trahunt currum varie stri-*

rec. Sched. Gud. *nullis vel longis* inc. Heins. *discurrit* Ambr. tert.—7 *serum* pro *servit* Med. sec. Put. Petav. sec. *servit* vel *serum* Rott. *serum* m. pr. et *ferro* m. sec. Var. LL. ed. Antv. *frenis* conjecerat Heinsius, sed vulgatam tamen retinuit provocans ad vs. 15. *patiensque jugorum* vel *lupati* idem coniciebat.—8 *combibit* pro *concipit* conj. Heins. *ore* pro *aure* Pal. Oisel. tres Med.—9 *Absentis* Oxon. sec. *doctique* pro *longinqua* Vat. pr. Ambr. pr. Sched. Gud.—10 *Fervorumque* Put. *vicem* Florent. tres Med. inc. Heins. duo Petav. Put. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *vices* Vat. pr. Vat. Livin. *jugem* Ambr. tert. *agis* Cod. Epigr. Ambr.—11 *Hæc* vel *Vox* Moret. pr. deest hoc distichon Lov.—12 *trepidas* inc. Heins. *hæc properat resides* volebat Barth.—13 *Læva* Moret. pr. *Læta jubet læni deductum* Buslid. *limite currum* Oxon. sec. Vat. sec. et tert. *limite cursum* Var. LL. e marg. Parm. *ordine gressum* Vat. pr. Pal. duo Med. *limite* Lov. Buslid. Raphel. Claver. *ordine* Ambr. pr. ed. Parm. *currum* Vat. quart. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *limite* vel *ordine currum* Exc. Pat. rec.—14 *Mutavit trepidum* Vat. sec. *petunt* vel *petens* Lov.—15 *Non vinclis* Lov. *Nec vinclis famulæ* Vat. sec. *mulæ* pro *famulæ* Pal. Oisel. Med. pr. *humiles* Med. quart. tria vero hæc disticha deerant Vat. pr. et Ambr. pr.—17 *Consensuque pares* Med. pr. *cum fultis* pro *et fulvis* Cod. Epigr. Ambr. *tum fulvis* legebat Heins.—18 *Et sic*

## NOTÆ

7 *Patiensque laborum*] Alii legunt, *patiensque luporum*. Ut apud Ovidium de Equo: 'Et placido duros accipit ore lupos,' id est, duras habenas. Sed repugnant quæ sequuntur, *fræ-*  
*norumque vicem lingua virilis agit.*  
 9 *Longinqua*] Præcepta ex longinquo, seu præcepta Agasonis longius remoti.  
 17 *Consensuque pares*] Et velut qua-

Miraris, si voce feras pacaverit Orpheus,  
Cum pronas pecudes Gallica verba regant? 20

*dentem. Obstupescis, si Orpheus demulserit feras voce sua, cum vox Gallica moderetur pecudes dicto velut audientes?*

\*\*\*\*\*

*conc. commoda multa trahunt* Buslid. *multa sonora* Pal. Rott. Oisel. duo Med. *mutisonora* conjiciebat Heins.—19 *rociferas* Rott. tres Med. *compescuit* Lov. *placaverit* Moret. pr.—20 *Callica* Oisel. *regunt* duo Vat. Florent. *negant* Moret. pr. m. pr.

## NOTE

dam unanimitate consentientes ad unde Virgilius: 'Belgica vel molli trahenda esseda, quæ sunt vehiculi melius feret esseda collo.' Gallici genus. Esseda autem apud 19 Orpheus] De Orpheo alibi. Belgas primo inventa esse traduntur,

## LII.

## 2. DE SENE VERONENSI, QUI SUBURBIUM NUNQUAM EGRESSUS EST.

FELIX, qui patriis ævum transegit in agris,  
Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem :

*Fortunatus ille, qui consumsit ætatem suam in campo patrio : domus ipsa, quem*

\*\*\*\*\*

Deerat hoc carmen in Med. pr. et Sched. Gud. Vat. pr. habet *Epigramma de Sene, qui juxta Veronam consistens nec civitatem norat, nec villam unquam egressus est.* in Var. LL. ed. Parm. legitur, *De Sene Veronensi, qui suburbium suum nunquam egressus est.* Bonon. Moret. pr. Ald. et ed. Parm. *de Senatore Veronensi* inscribunt. In vet. Gyr. et Exc. Lucens. pr. inscribitur, *DE SENATORE VERONENSI, QUI SUBURBIUM NUMQUAM EGRESSUS EST.* Put. Petav. pr. et sec. item Buslid. nullam agnoscunt Inscriptionem.

1 *patriis* duo Vatt. inc. Heins. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. vid. Vinet. not. ad Auson. Ludo 7. Sapient. 218. *proprius* Vat. pr. Oisel. *agris* Put. Petav. sec. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.

## NOTE

1 *Felix*] Sic Virgilius: 'Felix qui Is erat Arcadum pauperrimus, sed potuit,' &c. Simile exemplum est ætate jam senior, terminos agelli sui apud Valerium Maximum, ex quo, nunquam excesserat, parvuli ruris Gygi Lydorum Regi ditissimo Oraculum 'Aglaum Sophidium prætulit, fructibus contentus.'



Qui baculo nitens, in qua reptavit arena,  
 Unius numerat sæcula longa casæ.  
 Illum non vario traxit Fortuna tumultu, 5  
 Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.  
 Non freta mercator tremuit, non classica miles :  
 Non rauci lites pertulit ille fori.  
 Indocilis rerum, vicinæ nescius urbis,  
 Aspectu fruitur liberiore poli. 10  
 Frugibus alternis, non Consule, computat annum :  
 Autumnum pomis, ver sibi flore notat.  
 Idem condit ager Soles, idemque reducit :  
 Metiturque suo rusticus orbe diem.  
 Ingentem meminit parvo qui germine quercum, 15  
 Æquævumque videt consenuisse nemus.

*aspexit olim puerum, ipsa aspicit illum senem: qui innitens baculo, in agro in quo alias repsit, recenset tempora longa casæ unius. Fortuna non agitavit illum impedimentis diversis: neque ille peregrinator vagus hausit aquas incognitas. Non ille negotiator timuit maria, non miles timuit tubas: non passus est lites fori clamosi. Ille imperitus negotiorum, ignorans urbem finitimam, perfruitur conspectu patientiore cæli. Numerat annos per segetes alternas, non per consules; distinguit autumnum per poma, ver per flores. Idem campus recipit Solem cadentem, idem recocat orientem; et ipse agrestis definit diem suo orbe. Qui agrestis recordatur quercum proceram emersisse ex glande exigua, et aspicit*

*arvis tres Vatt. Oisel.—2 quæ videt Vat. quart.—3 graditur pro nitens Buslid. ipsa reptavit Vat. tert. Florent. reptabat Ald. Var. LL. e marg. Parm. habena Vat. sec.—4 Unius et numerat Buslid. [f. enumerat] numerat quatuor Vatt. Oisel. maculat Med. sec. unde cumulat tentabat Heins. singula pro sæcula Florent. semina Med. sec.—5 transit pro traxit duo Vatt. Florent. Put. Petav. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—6 Non bibit Buslid. mobilis Vat. pr. Med. sec. Exc. Pat. rec. nobilis tres Vatt. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr.—7 Nec freta Ambr. pr. timuit quatuor Vatt. Oisel. Ambr. pr. tumuit inc. Heins. tremuit Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. nec classica Put. Med. sec.—8 taciti pro rauci Buslid. litem Vat. quart. lituos Vat. tert. m. pr. aure fori Med. sec.—11 annos Ald. Var. LL. e marg. Parm.—12 non pro ver Med. sec.—14 rusticus ore duo Vatt. Florent.—15 meminit Var. LL. e marg. Parm. metunt ed. Parm. gramine tres Vatt. Oisel. Lov. Oxon. sec. culmine Buslid. germine Vat. quart. vet. Gyr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL.*

## NOTE

4 *Sæcula longa casæ*] Numerat longas ætates, multos annos in una casa traductos.

5 *Tumultu*] Fortuna non illum agitavit variis curis, impedimentis, et solitudinibus tumultuosis: sed il-

lum suus ager occupat, felicemque reddit. Horatius: 'Beatus ille, qui procul negotiis Paterna rura bobus exercet suis.'

13 *Idem condit ager Soles*] Ex eodem agro videt Solem occidentem et

Proxima cui nigris Verona remotior Indis,  
 Benacumque putat littora rubra lacum.  
 Sed tamen indomitæ vires, firmisque lacertis  
 Ætas robustum tertia cernit avum.  
 Erret, et extremos alter scrutetur Hiberos.  
 Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.

20

*sylvam æqualem sibi consensisse. Cui agresti Verona vicina est longior Indis coloratis, et existimat lacum Benacum esse mare rubrum. Attamen robur est illi invictum, et sæculum tertium videt avum illum vigentem brachiis validis. Alius peregrinetur et rimetur Hispanos ultimos: hic peregrinator plus habet viæ, ille senex Veronensis plus habet vitæ melioris.*

ed. Antv.—16 *Æquevum meminit* inc. Heins.—17 *cum nigris* Med. sec. Moret. pr. *undis* pro *Indis* Vat. tert. Florent. Cod. Epigr. Ambr.—18 *Venacumque* tres Vatt. *Venatumque* Florent. Med. sec. inc. Heins. Buslid. *Benarum...latum* Var. LL. ed. Antv. *rura* pro *rubra* Vat. pr.—19 *Si tamen* Med. sec. *Sic* conjiciebat Heinsius. *sumtisque* pro *firmisque* Ambr. tert. *summisque* Vat. sec. Put. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv.—20 *Ætas lacertum* Florent.—21 *et extremos* Var. LL. e marg. Parm. *ut extremos* ed. Parm.

## NOTÆ

orientem.

14 *Metiturque*] Definit diem suo orbe, seu non alium novit diem, nisi qui in suo orbe lucet.

16 *Æquevum*] Sylvam suæ ætati æqualem.

17 *Verona remotior*] Qui non magis cogitat de Verona, quam si æque remota esset, ac Indi. Verona autem ad fluvium Athesin, vulgo *l'Adese*, vel *l'Adige*, est urbs Venetiæ a Gallis condita in Italia, olim dicta *Brenona*, quasi a Brenno Gallo condita: 'Fruitur cælo saluberrimo, et agro fertilissimo.' Munsterus. Scaligeros Principes doctissimos tulisse prædicatur.

18 *Benacum*] Non magis etiam cogitat de lacu Benaco, quam si æque distaret ac mare Erythræum, seu rubrum. Lacus Benacus, quem Mincius flu-

vius Virgilio celebratus transit, dicitur hodie, *Lago di Garda*: et abundat piscibus, ac præsertim carpionibus optimis.

20 *Ætas tertia*] Tertium sæculum. Sed sæculum minus intelligi puto, quod, ex Plutarcho, spatium triginta annorum continet. Sic Nestor explevit tria sæcula vivendo: et Ovidius Siliusque Italicus meo iudicio hyperbolicis loquuntur, dum ille de Nestore hæc cecinit: 'annos Vixi bis centum, nunc tertia vivitur ætas:' hic vero de Argonthonio Tartessiorum Rege: 'Ter denos decies emensus belliger annos.' Quanquam, si Gaguino, et aliis Historicis fides, Joannes, ut vocant, *de temporibus*, Caroli Magni armiger, trecentos et sexaginta vitæ annos expleverit.

## LIII.

## 3. DE APRO ET LEONE.

TORVUS aper, fulvusque leo coiere superbis  
 Viribus ; hic seta sævior, ille juba.  
 Hunc Mars, hunc Cybele laudat : dominatur uterque  
 Montibus : Herculeus sudor uterque fuit.

*Aper ferus et leo ferus inter se contenderunt robore indomito : hic aper terribior setis, ille leo jubis. Mars prædicat hunc aprum, Cybele prædicat illum leonem. Uterque imperat in montibus : uterque fuit labor Herculis.*

*De Apro et Leone* inscribit ed. Parm. in Exc. Lucens. pr. erat, *Ejusdem de Apro et Leone.* in reliquis fere deerat Inscriptio.

1 *superbi* Med. sec. quod malit Barth.—2 *setis* Vat. pr. *setas* Var. LL. ed. Antv. *seta* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Mediol. Exc. Lucens. pr. *sævior*, Moret. pr. *sævior*. cum *τελεία στιγμή*, Rott.—3 *laudat* duo Vatt. *laudat* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—4 *Herculeis* Vat. tert. Pal. Med. pr.

## NOTÆ

3 *Dominatur*] Uterque leo et aper tenent quoddam imperium in montibus. De leone nemo dubitat : de apro sic Oppianus, μέγ' ἔξοχος ἐνθήρεσσιν : *Valde excellens inter feras.*

4 *Sudor*] Uterque leo et aper est labor Herculis, seu Hercules utrumque vicit ; aprum scilicet in Erymantho monte, et leonem in sylva Nemea.

## LIV.

## 4. DESCRIPTIO ARMENTI. FRAGMENTUM.

NON tales quondam species tulit armentorum  
 Tellus tergemino subdita Geryoni.

*Terra subjecta Geryoni tricorpori non produxit olim tale genus armentorum :*

Deest hoc carmen Vat. pr. qui hic aliud carmen inserebat cum inscriptione,

## NOTÆ

2 *Subdita Geryoni*] Vel Hispania, vel Insulæ Baleares, et Ebusus, sub-

- Non tales, Clitumne, lavas in gurgite tauros,  
 Tarpeio referunt quos pia vota Jovi.  
 Non talis Tyrias sparsisse juvencus arenas 5  
 Dicitur, optatum quando revexit onus.  
 Non Cretæus ager, nec amati conscia tauri  
 Gnosos, nec similes paverit Ida feras.  
 Ipse et dispariles monstro commissus in artus,  
 Qui crimen matris prodidit ore novo, 10

*non abluis, o Clitumne, ejusmodi tauros in aqua tua, quos tauros ut pia vota reddunt Jovi Tarpeio. Non Taurus talis celebratur dispersisse pulverem Tyrium, cum retulit pondus amabile. Non terra Cretensis, neque Gnosus sciens Taurum amatum esse, neque Ida nutrierit bestias ejusmodi. Ipse etiam non talis est Taurus conjunctus cum portento per membra dissimilia, qui figura inusitata ostendit scelus ma-*

DE DULCIO. DE LOCUSTA. nempe hoc, *Nectareo muro dulces cinguntur arena. Horret apex capitis, &c.* quod numero xxxiii. legitur. *Descriptio Arment.* inscribitur in Med. pr. Lov. inc. Heins. et Exc. Lucens. pr. in reliquis nulla est inscriptio.

3 *Non talis* Oxon. sec. *Nec tales* Vat. quart. *talis* inc. Heins. *Clitine* pro *Clitumne* Med. pr. *Elicine* Pal. *Ditime* Buslid. *Ditunne* Moret. pr.—5 *talis* Vat. quart. Petav. pr. Thuan. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Lov. Cod. Epigr. Ambr. *tales* duo Vatt. Pal. Oisel. *juventus* Moret. pr.—6 *Ducitur* Rott. *revixit* ed. Vicet. *opus* Vat. tert. m. pr.—7 *aurati conscia* Florent. Petav. pr.—8 *Gnosis* Vat. sec. Buslid. *Gnosos* Moret. pr. Lov. Ald. *Gnosas* Pal. duo Med. Heins. H. *non similes* Rott. *paverat* Vat. Livin. *feros* Rott. Oisel. duo Med. duo Heins. et Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—9 *Ipseque* Buslid. *confusus* Med. sec. *diffusus* Florent. ed. Parm. *commissus* Vat. sec. Rott. Oisel. duo Med. duo Heins. Pnt. Thuan. Bonon. duo Petav. totidem Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Buslid. vet. Gyr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. *arcus* Buslid.—10 *edidit ore* id. Buslid. *condidit* tres Vatt. Pal.

## NOTÆ

- ditæ Geryoni, armentis nobilitato, promissi ex voto, referuntur, solvuntur, mactantur Jovi.
- 5 *Juvenus*] Jupiter ipse mutatus in juvencum seu taurum, dum in Phœnicia, ubi urbs Tyrus, sparsit arenam, et rapuit Europam Agenoris filiam, sicque revexit eam ut onus amabile.
- 7 *Cretæus ager*] Ubi taurus ille Cretensis portentosus, quem iratus Neptunus in Cretam immisit.
- 8 *Gnosos*] Urbs Cretæ, ubi taurus a Pasiphaë amatus est.
- Ida*] Mons Cretæ: est et alius mons Ida in Phrygia.
- 9 *Ipse*] Ipse Minotaurus conjunc-
- ditæ Geryoni, armentis nobilitato, cujus, ut ait Livius, 'boves mira speciei' Hercules abstulit. De Geryone tergemino hæc Justinus: 'Geryonem non triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuisse ferunt, sed tres fratres tantæ concordiæ extitisse, ut uno animo regi viderentur.'
- 3 *Clitumne*] Clitumnus est fluvius Umbriæ in Italia; cujus fluvii aqua pota candidos boves reddere dicebatur; et ideo ex ejus pascuis deducebatur 'maxima taurus Victimæ,' quæ Jovi Tarpeio, seu Capitolino, immolabatur.
- 4 *Referunt quos pia vota*] Qui boves

Cres puer haud talem potuisset reddere formam,  
Præstarent totum si fera membra patrem.

*tris suæ: Puer scilicet Cretensis non potuisset exhibere speciem similem, si membra ferocia repræsentarent totum suum progenitorem.*

Rott. Oisel. *prodidit* Lovan. Exc. Lucens. pr. et sic Livin.—11 *Apius pro Cres puer* Buslid. *Trax puer* Vat. quart. *Rex Med. sec. aut talem* Med. sec. inc. Heins. Moret. pr. Lov. Buslid. *forma* Med. pr.—12 *Portassent pro Præstarent* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Lov.

## NOTE

tus cum monstro, quia ex fabulis erat partim homo, partim taurus, prodidit nova specie, nova voce, crimen matris suæ Pasiphaës. Ovidius: 'Creverat opprobrium generis, fædumque patebat Matris adulterium monstri novitate biformis.' 11 *Cres puer*] Minotaurus, etsi toto corpore repræsentaret taurum patrem, non exhiberet tamen speciem hujus armenti. *Cres, Cretis, id est, Cretensis.*

## LV.

## 5. CONCHA SERENÆ.

TRANSFERAT huc liquidos fontes Heliconia Nais,  
Et patulo conchæ divitis orbe fluat.

*Nympha Heliconia transmittat huc fontes nitidos, et fluat per os patens concha*

*De Concha* hoc carmen inscribitur in Vat. pr. Moret. pr. et Oxon. sec. in quo nihil varietatis tamen notatum. In Var. LL. e marg. Parm. erat, *De Concha, in qua aqua triumphabat.* Cod. Bibl. Hafn. hic inserit *Claudiani Tetrastichon de quodam portu.* in Exc. Lucens. pr. etiam idem Tetrastichon inserebatur, quod nunc Num. xxxvi. legitur.

1 *Hauserat* Buslid. *laudes profontes* Vat. quart. et quint. unde *latices* legebat Heinsius. male, nam *latex* sequitur.—2 *orbe tulit* pro *ore fluat* Buslid. *ore* Vat.

## NOTE

1 *Fontes*] Fontem Castalium. *Heliconia Nais*] Nympha, quæ colit fontem Castalium prope Heliconem Phocidis montem in Græcia. *Nais* dicitur ἀπὸ τοῦ *valeiv*, *fluere, diffundi.* 2 *Conchæ divitis*] Conchæ argenteæ, quæ tanta erat, ut in ea lavaretur Serena Stilichonis uxor, et Honorii Imperatoris socrus. Sic fœminæ nobiles in concha lavari solebant; exemplo Veneris, cujus est præter ceteras concha nobilitata. *Concha* marmorea Versaliæ nobilissima itidem est.

Namque latex, doctæ qui laverit ora Serenæ,  
Ultra Pegaseas numen habebit aquas.

*pretiosæ. Etenim aqua quæ sparserit os Serenæ eruditæ, habebit divinitatem majorem quam habet aqua Pegasea.*

tert. Rott. Florent. tres Med. Petav. sec. *orbe* Exc. Lucens. pr.—3 *qui* Med. pr. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. *qui laverat* Var. LL. e marg. Parm. *ligrunt* Vat. tert. *liquerunt* Med. sec. *liquaverat* Buslid. *liquaverit* Rott. Florent. Put. Thuan. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *liqueverit* Cod. Ep. Ambr. *ossa* pro *ora* inc. Heins. *ore* vel *ora* Thuan.—4 *nomen* pro *numen* Petav. pr. Buslid. Var. LL. ed. Antv.

## NOTE

3 *Doctæ Serenæ*] Hæc sæpius ab Serenam, majus habebit Numen quam eruditione commendatur. aqua fontis Castalii, seu Pegasei, qui  
4 *Ultra Pegaseas*] Aqua quæ laverit ictu pedis Pegasi extitit.

## LVI.

## 6. DE CRYSTALLO, CUI AQUA INERAT.

POSSEDT glacies naturæ signa prioris :  
Et fit parte lapis, frigora parte negat.

*Glacies retinet speciem aliquam naturæ primæ ; et partim fit rupes, partim non*

Hoc Epigramma in Cod. Juniano post Consulatum Mallii legebatur. Cod. Hafn. quoque habet. Vat. pr. et Vat. Livin. inscribunt, *De Crystallo lapide, in quo ingelata latebat aqua.* In Lucens. pr. *De Crystallo, cui aqua inerat.* In ceteris deest Inscriptio. In Oxon. sec. omnia hæc connectuntur.

1 *Obsedit* Buslid. *pudoris* pro *prioris* Jun. pr.—2 *Quæ fit* Vat. tert. Rott. *Et fit* duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Jun. pr. Moret. pr. Buslid. Oxon. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *frigore* Vat. sec. qui et *nega* pro

## NOTE

1 *Glacies*] Crystallus retinet quædam signa naturæ prioris, adeo ut ex una parte, rupis instar, durescat ; ex altera non habeat frigus illud, seu istam soliditatem lapidis glaciati et translucens : quia rigor seu soliditas videtur imperfecta, propterea quod aquæ gutta appareat instar gemmæ, quæ opus nobilius reddit quam si totum esset solidum.



Solers lusit hyems, imperfectoque rigore  
Nobilior vivis gemma tumescit aquis.

*habet frigus glaciei. Hyems sagax lascivit in hoc opere; et gemma pretiosior, ob soliditatem nondum absolutam, turgēt aquis nativis.*

*negat.*—3 *ludit* Put. Hafn. *luxit* Buslid. *risit* Jun. pr.—4 *vivis* Rott. duo Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. *unus* inc. Heins. Vat. sec. *mitis* Vat. tert. Florent. *mitis* et *nitidis* m. sec. Oisel. *vivis* m. pr. et *nitidis* m. sec. Var. LL. ed. Antv. *tumescat* Pal. duo Med.

## NOTÆ

3 *Lusit*] Quasi ludendo constringit, rior, pretiosior, quia rigor seu solidi-  
indurat. Est enim hic lascivientis tas lapidis glaciati non perfecta os-  
naturæ ludus. tendit velut gemmam turgentem a-  
*Imperfectoque rigore nobilior*] Pulch- quis nativis.

## LVII.

## 7. ALITER.

NYPHÆ, quæ tegitis cognato carcere Nymphas,  
Et quæ nunc estis, quæque fuistis aquæ,

*O Aquæ, quæ operitis aquas tegmine simili, et quæ nunc estis, et quæ fuistis aquæ,*

In vet. Gyr. superiori annexum erat hoc carmen. inc. Heins. habet *De eodem. Aliter.* erat in Vat. pr. et Livin. In Lucens. pr. et Put. deest Inscriptio.

1 *Nymphæ* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. duo Med. duo Petav. Bonon. Buslid. *Lymphæ* Oxon. sec. Gesn. et ed. Bipont. *carcere* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. Sched. Gud. *pectore* Moret. pr. *corpore* Heinsius non improbasse videtur, qui ascripserat vs. 3. seq. Epigr. 'Non potuit toto mentiri corpore gemmam.' *lymphas* Mss. nonnulli, item Gesn. et ed. Bipont.—2 *non estis* Moret. pr. *junxit* tres Vatt. Pal. *vinxit* Florent. Med. sec. Hafn. inc. Heins. qui ascripserat: Sic auro vinciri. vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 179. Ovid. 1. Me-

## NOTÆ

1 *Cognato carcere*] In crystallo aqua quam glacies vos constringeret; estis  
glaciata supra tegit quodam carcere adhuc aquæ, quia ex aqua natæ, et  
cognato, seu similis naturæ, id est, quia formam, colorem, et frigus aquæ  
aquæ; tegit, inquam, inferius aquas retinetis. Plinius, contraria causa  
non glaciatas. 'crystallum facit gelu vehementiore

2 *Et quæ nunc*] Fuistis aquæ, prius- concreto. Nec alibi certe reperitur,

Quod vos ingenium junxit? qua frigoris arte  
 Torpuit, et maduit, prodigiosa silex?  
 Quis tepor inclusus securas vindicat undas? 5  
 Interior glacies quo liquefacta Noto?  
 Gemma quibus claustris arcano mobilis æstu  
 Vel concreta fuit, vel resoluta gelu?

*quæ natura constrinxit vos? Qua industria hyemis rupes portentosa induruit simul et madefacta est? Ecquis calor secretus conservat aquas sine damno? quo Austro glacies arcana solvitur? Quo in carcere gemma, agitata calore secreto, vel constricta fuit, vel glacie soluta?*

tam. 'et vincitæ cortice virgæ.' *vinxit* etiam Gesn. et ed. Bipont. *arce* pro *arte* Med. pr.—4 *Corripuit* pro *Torpuit* Moret. pr. Hic Vat. Livin. iterum distinguit.—5 *Qui tepor* Pal. *tremor* Buslid. *inclusis* Med. sec. *secura* Pal. *vindicat* Moret. pr.—6 *glacie* inc. Heins. *labefacta* pro *liquefacta* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—7 *mobilis* Vat. pr. inc. Heins. Ambr. pr. Sched. Gud. *nobilis* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Hafn.—9 *resoluta fuit* Vat. sec.

## NOTÆ

quam ubi maxime hybernæ nives rigent: glaciemque esse certum est.' 8 *Concreta*] Gemma concreta exterius, vel resoluta interius, gelu scilicet dissoluto.  
 4 *Torpuit, et maduit*] Crystallus durescit extra, cum tamen inferius adhuc madeat, dum non perfecte so-

## LVIII.

## 8. ALITER.

SOLIBUS indomitum glacies Alpina rigorem  
 Sumebat, nimio jam pretiosa gelu.  
 Nec potuit toto mentiri corpore gemmam:  
 Sed medio mansit proditor orbe latex.

*Glacies Alpina, exquisita ob frigus immodicum, capiebat jam soliditatem non superandam calore. Neque potuit simulare gemmam in toto suo corpore, sed liquor*

3 *metiri* vel *mentiri* Moret. pr. *pectore* Put. *gemmas* Vat. pr. et sec. m. pr. Ambr. pr.—4 *ille pro orbe* Hafn. Ambr. tert. Hic Vat. Livin. iterum distin-

## NOTÆ

1 *Solibus indomitum*] Glacies in bus glacie concretis solam crystallum  
 crystallo, quam Solis calor non potest domare: id quod peculiare est, Solibus æstivis non offendi.  
 2 *Nimio pretiosa gelu*] Glacies eo pretiosior, quo magis induruit.

Auctus honos; liquidi crescunt miracula saxi;                   5  
Et conservatæ plus meruistis aquæ.

*infidus remansit in orbe medio. Pulchritudo ejus crevit: prodigia rupis pellucida augentur, et vos o aquæ servatæ habetis plus pretii.*

guit.—5 *Actus* Oisel. Florent. Med. sec. Petav. sec. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *Auctus honos* Buslid. *honor* Oisel. tres Vatt. Pal. Rott. Hafn. *saxi* deerat Vat. pr.

## NOTE

3 *Mentiri*] Non potuit simulare, re-præsentare, nec tam gemmam quam speciem gemmæ, quæ ideo falsa est, et velut mendax.

4 *Proditor latex*] In medio orbe remanet aquæ liquor, qui prodit et ostendit non veram esse gemmam, sed guttam aquæ, quæ habeat speciem gemmæ; et ex hac specie, mendaci

quidem, sed gratissima, augetur honor, et glaciei induratæ, atque, ut ita dicam, saxæ, majus est prodigium, major honor. Martialis de formica electro consepulta: 'Sic modo quæ fuerat vita contempta relicta, Funeribus facta est jam pretiosa suis.'

## LIX.

## 9. ALITER.

ASPICE porrectam splendenti fragmine venam,  
Qua trahitur limes lucidiore gelu.  
Hic nullum Borean, nec brumam sentit opacus  
Humor, sed varias itque reditque vias.

*Cerne guttam extentam in frusto micante, qua semita ducitur glacie nitidior. Hic liquor densus non patitur ullum Aquilonem neque ullam hyemem, sed it et re-*

1 *Auspice* Put. *porrectam* Ambr. pr. Vat. Livin. *correptam* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *correctam* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *concretam* legebat Heins. *sanguine* pro *fragmine* Pal. duo Med. *flamine* Hafn. Ambr. tert. Buslid. *tegmine* conjiciebat Heinsius, ut vs. 1. seq. Epigr. 'Clauditur immanis convexo tegmine rivus.'—2 *Quo trahitur* Moret. pr. Hic Vat. Liv. iterum distinguit.—3 *Hic nilum Borean* Oxon. sec. *Borean* Vat. pr.—4 *vanas* pro *varias* Put.

## NOTE

1 *Porrectam splendenti fragmine*] *Alii* legunt, *conseptam splendenti tegmine, fornice, margine*, quia gutta illa ciucta est crystallo exteriori, in speciem forniciis.

*Venam*] Videas guttam aquæ extentam, et instar venæ salientem in fragmine crystallo micantis.

3 *Hic nullum Borean*] Quia gutta illa remanet, nec est obnoxia frigoris,

Non illum constrinxit hyems, non Sirius ardens : 5  
 Ætatis spatium non tenuabit edax.

vertitur per vias diversas. Non hyems densavit illum liquorem, non Sirius torrens ; non longitudo vorax temporis imminuit illum.

Var. LL. ed. Antv.—5 *constringit* Vat. pr. Ambr. pr. Buslid. *construxit* Put. *Sirius ardens* Oxon. sec. m. sec. *ardens* inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Sched. Gud. *axis* pro *ardens* duo Vatt. Pal. Rott. Oisef. Hafn. Heinsius ascripserat lib. 1. in Rufin. 243. conjecerat tamen *ardor* vel *arsit*.—6 *edus* pro *edax* Buslid. asterisco apposito.

## NOTÆ

caloris, temporisque injuriæ.

5 *Sirius*] De hoc alibi fuse.

## LX.

## 10. ALITER.

CLAUDITUR immunis convexo tegmine rivus,  
 Duratusque vagus fons operitur aquis.  
 Nonne vides, propriis ut spumet gemma lacunis,  
 Et refluos ducant pocula viva sinus ?  
 Udaque pingatur radiis obstantibus Iris, 5  
 Secretas hyemes sollicitante die ?

*Gutta velut libera includitur in fornice curvato, et fons errabundus tegitur aquis concretis. Annon aspicias, ut gemma turgeat in fossa sua, et patera naturalis agat velut sinum reciprocantem? Annon aspicias, ut Iris humida distinguatur radiis*

1 *immanis* Rott. in *muris* vel *immunis* Buslid. *connexo* Vat. sec. *convexo* i. e. *rotundo* ascripserat Heins.—2 *Duratusque* Florent. *aperitur* Pal. Hafn. Florent. Med. sec. Buslid.—3 *cum spumet* Pal.—4 *Ut refluos* inc. Heins. *refluus ducat* Med. sec. *pocula nulla* Ald. *vina* Florent. Med. sec. Put. Oxon. sec. ed. Parm. *viva* duo Med. inc. Heins. Bonon. duo Petav. totidem Ambr. Moret. pr. Buslid. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—5 *Udaque* Pal. Florent. tres Med. Put. Petav. sec. Bonon. Ambr. pr.—6 *Secretis* Med. sec. *hieme sollicitante dies* Exc. Lu-

## NOTÆ

1 *Immunis*] Rivus, vel rivi species nulla re impedita.

4 *Refluos*] Quia aqua illa aut aquæ species in crystallo pro variis motibus fluere ac refluere videtur.

Delph. et Var. Clas.

*Pocula viva*] Naturalia, non arte facta. *Pocula* vocat, quia humorem intus habent, aut saltem habere videntur. Unde cum pueri bibunt, rati aquam esse in fundo residuam, pate-

Claud.

4 C

Mira silex, mirusque latex, qui flumina vincit,  
Nec lapis est merito, quod fluit, et lapis est.

*contrariis, die excitante frigus arcanum? Lapis admirabilis est, et liquor admirabilis, qui colligat fluvios, neque merito rupes est, quæ fluit, et tamen rupes est.*

cens. pr. *diem* Petav. sec.—7 *quid flumina Florent. et flumina* Vat. pr. Vat. Livin. Heinsius conjicit *Mira silex, mirusque latex! quod flumina vinxit, Fert lapidis merito. quod fluit, est laticis.*—8 *Sed lapides* Vat. pr. *Et merito lapides* Pal. duo Med. *Et lapides merito* Ambr. pr. Vat. Livin. *Et lapis et merito* Put. *Et lapis est* duo Vatt. Rott. Oisel. Hafn. Oxon. sec. *liquor pro lapis* Var. LL. ed. Antv. m. sec. *quæ fluit* Ambr. tert.

## NOTE

ram sugunt, sicque deluduntur.

5 *Iris*] In crystallo apparet Iridis imago, ob varios colores.

6 *Solicitante die*] In illa Iridis specie, dies excitat, ostendit vim arcanam hyemis et frigoris, quod glaciem seu crystallum induravit.

8 *Nec lapis est*] Gutta illa in crystallo quæ fluit, non est lapis, et lapis tamen est, quia glacie concrevit.

Heinsius conjicit, *Mira silex, mirusque latex! quod flumina vinxit, Fert lapidis merito: quod fluit, est laticis.* Quasi diceret, quod aquam vinxit,tribuendum est lapidi ita merenti; quod fluit, ascribendum est latici. S. Augustinus in Psalm. 147. 'Quid est ergo crystallum? nix est glacie durata per multos annos, ita ut a sole vel igne facile dissolvi non possit.'

## LXI.

## 11. ALITER.

DUM crystallata puer contingere lubrica gaudet,  
Et gelidum tenero pollice versat onus;  
Vidit perspicuo deprensas marmore Nymphas,  
Dura quibus solis parcere novit hyems:

*Dum puer lætatur tangere crystallata fragilia, et vertit pondus illud frigidum pollice tenello, aspicit lymphas inclusas in lapide liquido, quibus unis hyems aspera scit*

1 *crystallata* Vat. pr. qui et *lurida* pro *lubrica* exhibet.—2 *elidum* vet. Cod. Hafn. unde m. sec. factum *Heliadum*.—3 *...perspicuo* omissa voce *Vidit* Vat. pr. *prospicuo* Pal. inc. Heins. Oxon. sec. *perpetuo* Vat. quart. *depressas* Var. LL. ed. Antv. *depresso* Vat. tert. Oisel. Florent. Ambr. pr. Petav. sec. *depressam* Med. sec. *depressæ* Vat. pr. *deprende* Med. sec. *depressæ...mercis* Med. pr.

## NOTE

3 *Perspicuo marmore*] Videt Nymphas seu Lymphas deprensas et inclusas in marmore liquido, pellucido, hoc est in crystallo.

Et siccum relegens labris sitientibus orbem, 5  
Irrita quæsitis oscula figit aquis.

*parcere, et tangens sæpius labiis sitientibus orbem aridum, imprimit oscula vana aquis conquisitis.*

*lymphas* Oxon. sec. *lymphas* Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Vat. Livin. *Lymphæ* duo Med. Exc. Lucens. pr. *mercis* Oisel. Hafn. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *inertis* Ambr. pr. *mentis* Vat. tert. Florent. Petav. sec.—4 ... *a* pro *Dura* Vat. pr. *solum* pro *solis* Moret. pr. *spargere* pro *parcere* Exc. Lucens. pr.—5 ... *cum* pro *Et siccum* Vat. pr. *succum* Med. sec.—6 ... *ita* pro *Irrita* Vat. pr. *figit* Pal. *fixit* Med. pr. Vat. Livin.

## NOTÆ

4 *Parcere*] Inter omnes aquas hyems parcere videtur his guttis solis, quæ non indurat, quæque retinent speciem guttarum fluentium. 6 *Oscula*] Figit frustra aquis oscula, quia non sunt aquæ, sed species quædam aquarum.

## LXII.

## 12. ALITER.

MARMOREUM ne sperne globum. Spectacula transit  
Regia, nec rubro vilior iste mari.  
Informis glacies, saxum rude, nulla figuræ  
Gratia: sed raras inter habetur opes.

*Ne despice orbem marmoreum; superat spectacula regalia, neque ille ignobilior est mari rubro. Est nempe glacies impolita; rupes indigesta: nulla ipsi venustas est figuræ: sed tamen reponitur inter ornamenta pretiosa.*

Hi versus in Vat. Livin. supra Num. VIII. post *Auctus honos, &c.* legebantur: in Vat. pr. deerant.

1 *ne sperne* inc. Heins. Petav. pr. Moret. pr. Buslid. Ald. Exc. Lucens. pr. *nec sperne* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. *miracula* pro *spectacula* inc. Heins. m. pr.—2 *vilior ista* Rott. *ille* Ambr. pr. Buslid. Heinsius asteriscum apposuerat.—3 *sexum* pro *saxum* duo Med. *un* pro *rude* Med. pr. *figuræ* deest Med. pr.—4 *caras* pro *raras* conjiciebat Heinsius. In Vat. Livin. hic sequebantur versus *Aspice porrectam, &c.* qui legebantur Num. IX.

## NOTÆ

1 *Marmoreum globum*] Poculum rotundum ex crystallo, quæ lapidescit instar marmoris. 4 *Raras*] Et revera crystallus inter divitias exquisitas potest merito recenseri. An fallor? an alicubi legi quendam olim inventum esse, qui crystalli sic liquefaciendæ artem re-



## NOTÆ

perisset, eam ut instar auri, argenti, stanni, aliorumque metallorum, malleo tractabilem, et ad quascumque formas ductilem efficeret; ipsumque artis eximiæ repertorem, cui præmia amplissima decernenda fuissent, misera morte fuisse mulctatum? Dignum sane aut Tiberio aut Tiberiano aliquo Principe flagitium!

## LXIII.

## 13. ETI ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ.

Χιονέη κρύσταλλος, ὑπ' ἀνέρος ἀσκηθεῖσα,  
 Δεῖξεν ἀκηρασίω παναίολον εἰκόνα κόσμον,  
 Οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα βαρύκτυπον ἔνδοθι πόντον.

## ETIAM DE EADEM CRYSTALLO.

## INTERPRETATIO POETICA

*Crystallus nivea, humano sudata labore,  
 Pulchram immortalis variam notat icona mundi,  
 Cælum complexum maris intus stagna sonori.*

## INTERPRETATIO PROSA

Nivea Crystallus, ab opifice elaborata, ostendit veri variam imaginem mundi, amplexum cælum intus resonantem pontum.

3 ἔχουσα Ald. quod posteri mutarunt in ἔχοντα.

## NOTÆ

3 Ἄγκὰς ἔχοντα] *In ulnis habere, amplecti*: apud Homerum sæpe legitur.  
 Πόντον] Hyperbolicōs: vocat enim pontum seu mare, guttam illam aquæ, de qua jam multa diximus. Quasi sit ea Vatis sententia, ut globus crystallinus exterius Cælum videatur exhibere, interius vero aquam seu mare concludere. Ceterum extant et in Anthologia Epigrammata Græca Claudiani, eaque nitida, ut qui Musis Atticis suas primitias consecrasset, ut diximus antea.

## LXIV.

## 14. ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ.

Εἶπ' ἄγε μοι, κρύσταλλε, λίθῳ πεπυκασμένον ὕδωρ,  
 Τίς πῆξεν; Βορέης· ἢ τίς ἔλυσε; Νότος.

## ETIAM DE EADEM.

*Dic age mihi, Crystalle, in lapide densata aqua, quis densavit te? Boreas: aut quis resolvit te? Notus.*

## NOTÆ

1 Κρύσταλλε] Sic hoc Epigramma traduxit Barthius: *Dic age mi Crystalle, latex lapidescere jussus: Quis strinxit? Boreas. Cui resoluta? Noto.* At sic Claverius: *Quis lapidi cognate latex te stringere quivit Parte sui? Boreas. Quis soluisse? Notus.* Ita nempe est Poëtæ mens, ut dicat crystallum posse indurari et velut lapidescere vi

Boreæ venti frigidioris: et glaciem illam, unde fieri potest crystallus, posse resolvi a Noto vento calido et humido; non vero crystallum ipsam, siquidem dixit antea crystalli 'rigorem solibus indomitum' esse, ac proinde minus domari posse a Noto seu Austro.

## LXV.

## 15. ΠΡΟΣ ΦΟΙΒΟΝ.

Ἰλαθί μοι, φίλε Φοῖβε, σὺ γὰρ θοὰ τόξα τιταίνων  
 Ἐβλήθης ἐπ' ἔρωτος ὑπ' ὠκνύροισιν ὕστροις.

## IN PHŒBUM.

## INTERPRETATIO POETICA

*Parce, o Phœbe pater: velocia namque vibrantem  
 Tela Cupido furens celeri te percussit æstro.*

## INTERPRETATIO PROSA

Sis mihi propitius, care Phœbe, tu enim velocia jacula mittens percussus es ab Amore velocibus sagittis.

2 ὕστροις Heins. δίστροις Gesn. et ed. Bipont.

## NOTÆ

2 Ἐβλήθης] Hinc Ovidius: 'Pri- quem non Fors ignara dedit, sed sæva  
 mus amor Phœbi Daphne Peneia, Cupidinis ira.....Figat tuus omnia,

## NOTÆ

Phæbe, Te meus arcus, ait :’ Cupido que adeo genus in terris hominumque  
scilicet. ferarumque, Et genus æquoreum, pe-  
’Οκυπόροισιν] Amor dicitur etiam a cudes, pictæque volucres, In furias  
Nonno ποντοπόρος, et a Musæο πανδα- ignemque ruunt : amor omnibus  
μάτωρ, omnia domans. Virgilius : ‘ Us- idem.’

## LXVI.

## 16. ΕΙΣ ΜΙΜΑΔΑ ΓΗΡΑΣΑΣΑΝ.

Μαχλὰς εὐκροτάλοισιν ἀνευάζουσα χορείαις,  
Δίζυγα παλλομένοισι τινάγμασι χαλκὸν ἀράσσει,  
Τῆς μὲν ὑποκλέπτων πολὺν τρίχα γείτονα μοίρης,  
’Ηλεμάτοις ἀκτῖσι χαράσσεται ὄμματος αὔρη.

## IN MIMAM SENESCENTEM.

## INTERPRETATIO POETICA

*Festivas celebrans mulier lasciva choreas,  
Bina coruscanti quatit æra sonantia motu,  
Finitimos morti condens sub vertice canos.  
Ipse oculi vapor intuitu signatur inani:*

## INTERPRETATIO PROSA

Meretrix crotalo resonantibus choreis tripudians, duplex vibratis concussibus æs quatit, occultans quidem canos crines vicinos morti; vanis radiis

3 Κρεῖς pro Τῆς Gesn. et ed. Bipont. Τῆς autem Heins. Post hunc versum inserit Cl. Reiskius seq. Κρεῖς βάπτει, μολίβου παῖς· ἤδη δ’ ἀχλυόεσσα.—4 αὔρη Heins. αὔρη Jens. αὔρη Reisk. Gesn. et ed. Bipont.

## NOTÆ

2 Χαλκὸν] Instrumentum aliquod bus, quibus se bellam et lepidam crederet mima senex.  
ex ære quatiens, ut tintinnabulum, cymbalum, idque duplex, aut geminatis hinc inde crismatis resonans; qualia non raro videntur in histrionum manibus.  
4 ’Ακτῖσι] Radiis seu vanis quibusdam intuitibus, aut oculorum motibus, quibus se pulchram putat, dum huc et illuc mobiles volvit oculos, instar puel-

Ψευδομένων δ' ἐρύθημι καθέγραφεν ἄχρους αἰδῶς,  
Ἄγλαίῃ στέψασα νόθη κεκαλυμμένα μῆλα.

INTERPRETATIO POETICA

*Decolor affinxit falsum pudor ore ruborem,  
Pinxit ut accito vultus splendore micantes.*

INTERPRETATIO PROSA

oculi vapor notatur: Pudor decolor delineat ruborem mentitum postquam coronavit splendore falso fucatas genas.

NOTÆ

læ; sed tamen, cum cavi et liventes sint oculi, ut in senibus esse solent, satis apparet hosce oculorum conjectus esse radios vanos, et vaporem quendam emittentes, qui odium potius quam amorem conciliare possint. Vir quidam doctissimus legit non αἰρη, sed αἰρή, id est, *acies oculorum*.

5 Ψευδομένων] Certe reponendum est ψευδομένον.

Ἄχρους αἰδῶς] Est nescio quis in illa mima sene pudor; sed ἄχρους, *decolor*, seu falsus et affectatus, et nativo suo

colore destitutus, ideoque falsus ille pudor, et ut ait Homerus, αἰδῶς οὐκ ἀγαθῆ, *pudor ille non bonus*; seu potius illa pudoris affectati umbra delineat in vetulæ vultu, velut in tabula, falsum ruborem, ostenditque non eum esse naturalem, quem certe non possibile est aut accersere aut imitari. Ut enim ait Seneca, 'Artifices scenici multa repræsentant, sed ruborem sibi exprimere non possunt: nec prohibetur hic, nec adducitur.'

LXVII.

17. ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΝ ΤΥΠΗΘΕΝΤΑ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ.

Ἐδρην χαλκεόπεζαν ἐπὶ προθύροις ἐλικῶνος  
Ἐστήκει θεράπων τις ὑπὲρ νότιοιο μεμαρκῶς,

IN SERVUM VERBERATUM AB IPSO.

INTERPRETATIO POETICA

*Æratis sellam pedibus pro porta Heliconis  
Impositam servus dorso famulante locarat,*

INTERPRETATIO PROSA

Sellam æripedem in vestibulo Heliconis statuerat famulus quidam, cum

NOTÆ

Per me licebit, hoc epigramma simpliciter accipias, hoc modo: Servum reperi, qui sellam gestaret: ab eo petii, eam ut mihi fatigato commo-

daret: male recusantem, male multavi. Necessitas et iram et vires ministravit.

In his interpretandis consului vi-

Οὐδ' ἔθελε μογέοντι πορεῖν ἐπιβάθρον αἰοιδάς.  
 Τοῦνεκά μεν θώρηξεν ἰὸν πολύμητις ἀνάγκη.

## INTERPRETATIO POETICA

*Et negat hanc fesso præbere in præmia cantus.  
 Hunc petit inde meis sors ingeniosa sagittis.*

## INTERPRETATIO PROSA

Forso portasset, neque volebat mihi laboranti dare in pretium cantus. Idcirco meum armavit telum ingeniosa necessitas.

\*\*\*\*\*

3 ἔθελεν conj. Gesn. αἰοιδάς Heins. αἰοιδῆς Cang. αἰοιδῶ Reisk. Gesn. et ed. Bipont.—4 θώρηξε νόον conj. Reisk.

## NOTÆ

rum clarum Larium, linguæ Græcæ peritissimum.

Hoc Græcum epigramma in multis codicibus non extat; in hujus verbis et phrasi nulla difficultas, at cum acumen et sensus, qui maxime spectandus est, excutitur, Œdipo certe opus esse, non mihi tantum, id quod mirum non esset, sed et aliis longe eruditioribus ac perspicacioribus videtur. Claudianus forsitan agens pauperem aliquem Poëtam, eum irridet traducitque, quod cum nulum non haberet, cumque ad Heliconem, aut ad Templum Apollinis Palatini, vatum poëmata auditorus, aut sua lecturus, venisset, servo cuidam, qui sellas ad audiendum conduceret, versus seu cantus officiose obtulerit, sperans hac honoris homulo delati specie, sellam sese gratis posse obtinere. Quod, cum spei non respondisset, eo poëtam, ut est 'genus irritabile vatum,' impulit, ut in servum illum 'lucubrationis suæ telum,' ut ait de Caligula Suetonius, 'stringeret.' Quæ res arguit Poëtam pauperem et ridiculum; pauperem,

qui pro pecunia mercenario versus obtruderet, ridiculum, qui in istud hominis scriberet. En levis conjectura, cedo meliorem, et amplector. Ceterum eo me facile adduci patiar, ut cum viris quibusdam eruditis credam in hoc epigrammate latere aliquid obscœnitatis et nequitiae, quæ non tam verbis, quam silentio, non tam luce, quam tenebris et igne particulari digna sit judicanda.

1 Ἑλικῶνος] Per Heliconem, ut dixi, intelligendum est Templum Apollinis Palatini, quod Augustus, Antonio et Cleopatra divictis, ex marmore construxit, ubi Poëtarum illustrium 'imagines lambebant hederæ sequaces.'

3 Ἐπιβάθρον] Vir quidam doctus legit ἐπιβάθραν, accessum ad cantum, seu Parnassum.

4 Πολύμητις ἀνάγκη] Ingeniosa necessitas. Ovidius: 'O quantum subitis casibus ingenium est!' Epithetum illud sæpe tribuitur Ulyssi Homericō, πολύμητις Ὀδυσσεύς.





Inclusus variis famulatur spiritus astris,  
 Et vivum certis motibus urget opus.  
 Percurrit proprium mentitus Signifer annum,  
 Et simulata novo Cynthia mense redit. 10  
 Jamque suum volvens audax industria mundum,  
 Gaudet, et humana sidera mente regit.  
 Quid falso insontem tonitru Salmonea miror?  
 Æmula naturæ parva reperta manus.

Quædam velut intelligentia clausa servit sideribus diversis, et impellit opus mobile motibus statutis. Sol in Zodiaco falso pererrat annum suum, et Luna falsa revertitur mense novo. Jamque ars temeraria versans mundum suum, triumphat, et moderatur sidera animo humano. Quid admiror Salmoneum innocentem ob fulmen factum? manus exigua inventa est imitatrix operum naturæ.

ad not. in Fast. Ovid. p. 129.—6 arce Pal.—7 *Inclususque vagis conjiciebat* Heins. *famulatur* vel *simulatur* Cod. Epigr. Ambr. *antris* Med. sec. *arvis* Petav. sec.—8 *cunctis motibus* Vat. quart. et quint. *moribus* Buslid. *montibus* Pal. Florent. duo Med. Put.—9 *Percurrit* Buslid. *Procurrit* Moret. pr. *mentitus* Moret. pr. *metitur* vet. Gyr. *mentitur* Florent. Med. sec. inc. Heins. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr.—10 *simulata* conjiciebat Heins.—11 *Namque* Vat. pr. Ambr. pr. *mundum*: deerat hæc vox Vat. pr.—12 *regit* Var. LL. e marg. Parm. *redit* Vat. sec. et tert. Florent. inc. Heins. duo Petav. Ambr. pr. Oxon. sec. ed. Parm. deest hæc vox Vat. pr. *gerit* duo Vatt.—13 *Salmona movemur* vet. Gyr. *Salmona peremit* Buslid. *natura movemur* pro *Salmonea miror* Exc. Lucens. pr. *retractat* pro *miror* Vat. pr.—14 *reperta domus* Ambr. tert.

## NOTE

8 *Certis motibus*] Sphæra Archimedis motus ipsos cælestes, siderum ortus et occasus, pari lege ac disciplina repræsentasse dicitur: adeo, ut quidam spiritus, velut quædam *intelligentia* in orbe illo vitreo inclusa famularetur sideribus, quorum varios motus mirifice regeret.

9 *Signifer*] Sol in signifero seu Zodiaco. Contineus pro contento ponitur: Metonymicûs.

10 *Cynthia*] Luna seu Diana, nata in monte Cyntho, qui mons est Deli insulæ in mari Ægæo.

12 *Humana mente*] Humana mens

regit mundum, qui mente divina regi debet. Ceterum Plinius sphære inventionem, nunc Atlanti, nunc Anaximandro tribuit; Laërtius Musæo; alii aliis: sed communior sententia sphære inventorem agnoscit Archimedes.

13 *Insontem*] Non enim adeo peccasse videtur, qui opus naturæ tentaret imitari.

*Salmonea*] Hic pontem æneum curru quatibat, ad imitanda tonitrua; sed eum vero fulmine Jupiter detrusit ad inferos.

## LXIX.

## 19. DE POLYCASTE ET PERDICCA.

QUID non sævus Amor flammæ numine cogat ?

Sanguinis affectu mater amare timet.

Pectore dum niveo puerum tenet anxia nutrix,

Illicitos ignes jam fovet ipsa parens.

Ultrices pharetras tandem depone Cupido.

5

Consule jam Venerem ; forsân et ipsa dolet.

*Quid non amor crudelis impellat facere potestate ignis sui? mater metuit amare ob caritatem maternam. At nutrix inquieta, dum complectitur sinu candido puerum, jam ipsa mater nutrit flammâ illegitimas. O Cupido abjice tandem sagittas vindices, jam consule Venerem ; forte et ipsa mæret.*

Inscribitur hoc carmen de Polycaste et Perdicca in Exc. Lucens. pr. De Polycaste et Perdicca Moret. pr. inc. Heins. De Polycaste et Perdicca erat in Med. pr. et ed. Parm. In Put. vero, duobus Petav. Exc. Petav. quart. (quæ loco Thuan. substituit Heinsius, in quo hæc Epigrammata una cum Libris de Raptu Proserp. defuisse videntur) et aliis desideratur Inscriptio.

1 Quis Buslid. sensus amor Med. sec. flammatum conj. Heins. nomine Rott. Cod. Epigr. Ambr. numina cogat Lov. nomina cogat vet. Gyr. Oxon. sec. munere cogat Buslid. Ald. numine cogat Florent. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. munere Vat. tert. Pal. Oisel. cogat tres Med. Heins. H. Put. Petav. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. ed. Parm. lumine pro numine etiam conjecerat Heins.—2 affectum tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Gesn. et ed. Bipont. effectum Exc. Lucens. pr. Heinsius ascripserat seqq. affectus in Hist. Aug. pro primis necessitudinibus. Capitolin. in Maximin. p. 146. l. 27. in Gordianis. p. 152. l. 43. vid. Casaubon. p. 76. Salmas. p. 112. a. amore time Buslid. amara Claver. times Ambr. tert.—3 puerum Exc. Petav. quart. miserum tres Vatt. Pal. Rott. miserum vel tenerum Buslid.—4 ipse parens Lov.—5 Victrices Buslid. Var. LL. ed. Antv.—6 illa dolet Pal. duo Med. duo Heins. Buslid.

## NOTÆ

Perdicca] Hic longo venandi studio fessus, se terræ colendæ applicuit, ideoque dicitur amasse terram, quæ mater est omnium. Polycaste vocatur, ab aliis Polycarpe, quia multos fert fructus, πολλὸς, multus, et καρπὸς, fructus.

1 Flammæ numine] Potestate flammæ suarum, in quibus videtur esse numen aliquod ; adeo impellit cogitque aliquid facere.

2 Sanguinis affectu] Amorem maternum amore libidinoso et incesto mutare timet.

3 Nutrix] Eadem mater et nutrix, amore, quem horrebat, percutitur.

5 Depone] Ne Venus ipsa Cupidinis amore flagret.

6 Dolet] Cupidinis amore incendiatur, doletque se tam impura flagrare libidine.



**Q** quantum formæ sibi conscius erigit armos,  
 Spargit et excussis colla superba jubis! 10  
 Augescit brevitæ doni pietate Serenæ,  
 Quæ volucres etiam fratribus ornat equos.

*quantum ille equus, velut cognoscens pulchritudinem suam, attollit armos, et diffundit jubas errantes in cervice elata! Parvitas muneris crescit amicitia pia Serenæ, quæ etiam decorat equos celeres pro fratribus suis.*

Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—9 *fronte pro formæ* Med. sec. *eligit pro erigit* Buslid. *egerit* Petav. pr. *erigit armos*: deerant hæ voces Med. sec.—10 *Spargit* Exc. Lucens. pr. *Sparsit* quatuor Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *Sparsit et excussit* Var. LL. ed. Antv. *Spargit ut conjiciebat* Heins. *jugis pro jubis* Vat. Livin.—11 *vera pietate* Vat. sec. *brevitate* Med. sec.—12 *fimbrius ornat equos* Buslid.

## NOTÆ

11 *Pietate*] In fratrem et Imperatorem; cujus et soror et socrus; quia *Serena* adoptata fuerat a Theodosio, et mater fuit Mariæ, quam uxorem duxit Honorius.

## LXXI.

## 21. DE ZONA AB EADEM MISSA ARCADIO AUG.

STAMINE resplendens, et mira textilis arte  
 Balteus alipedis regia terga liget;  
 Quem decus Eoo fratri, pignusque propinqui  
 Sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.

*Cingulum micans filis, et textum industria admirabili, constringebat terga regalia equi velocissimi, quem equum soror Serena misit e terra Hispania fratri suo Arcadio Imperatori Orientis, honoris causa, et velut monumentum suæ pro-*

Exstat hoc carmen in Vat. pr. Vat. Livin. et Ambr. pr. In Var. LL. e marg. Parm. novum hic Epigramma erat, et recte. Sched. Gud. etiam habent. In reliquis vero scriptis desideratur. Vat. Livin. inscribit, *Idem de zona missa ab eadem Arcadio Augusto.*

2 *liget* Vat. pr. et Vat. Livin. *ligat* al.—3 *Quod decus* Ambr. pr. Sched. Gud.

## NOTÆ

3 *Decus*] *Serena* misit balteum, ut *fratri*, hoc est, Arcadio populos Imperii Eoi, seu Orientis, regenti. Ar-

Hoc latus astringi velox optaret Arion :

5

Hoc proprium vellet cingere Castor equum.

*pinquitas. Arion equus expeteret latus suum ligari hoc cingulo: Castor expeteret circumdare equum suum hoc cingulo.*

## NOTÆ

cadius autem erat frater Serenæ, quia hæc erat Theodosii magni filia adoptiva.

4 *Hesperio ab orbe*] Ab Hispania, ex qua Serena oriunda erat; vel potius ab Italia, in qua ipsa degebat, et

quæ Hesperia sæpissime dicitur. Virgilius: 'Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt.'

5 *Arion*] Equus Adrasti, celebratus apud antiquos.

6 *Equum*] Cyllarum, ex Servio.

## LXXII.

## 22. DE CHLAMYDE ET FRÆNIS.

NON semper clypei metuendum gentibus orbem

Dilecto studiosa parens fabricabat Achilli :

Lemnia nec semper supplex ardentis adibat

Antra Dei, nato galeam factura comantem :

Sed placidos etiam cinctus, et mitia pacis

5

Ornamenta dabat, bello quibus ille peracto

*Mater amans Thetis non semper curabat fieri pro caro Achille orbem clypei formidandi populis: neque semper petebat cavernas Lemnias Dei ignei, rogans conflare cassidem jubatam pro filio; at donabat quoque ipsi vestes pacificas, et ornatus dulces pacis, quibus insignis ille Achilles bello perfecto micaret inter Reges Græcos.*

In Med. pr. inscribitur *de Clamide*. Med. quart. *Ad Honorium* habet. *De Muneribus Honorii Imperatoris* Moret. pr. Oxon. sec. inc. Heins. Var. LL. ed. Antv. *De Chlamyde et frenis* Vat. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. in Put. Petav. pr. et Exc. Lucens. pr. desideratur inscriptio.

1 *Cum* Vat. tert. *clipeum* Vat. quint. *clipeus metuendus* Ambr. pr. *metuendis* Vat. tert.—2 *fabricabat* Florent. tres Med. inc. Heins. duo Petav. Exc. Lucens. pr.—3 *simplex* Vat. tert. Florent.—5 *placido sed jam* Exc. Lucens. pr. *luctus pro cinctus* inc. Heins. *sed mitia* conjiciebat Heins. *nuncia* Pal. duo Med. Buslid. *inania* Exc. Pat. rec.—6 *ipse peracto* Vat. sec. et quint Var. LL.

## NOTÆ

2 *Fabricabat*] Non semper Thetis curabat a Vulcano arma fieri pro carissimo filio Achille.

3 *Lemnia*] A Lemno maris Ægæi insula, in qua Vulcani officina, sicut et in monte Ætna.

Conspicuus Reges inter fulgeret Achivos.

Ipsa manu chlamydes ostro texebat et auro,  
Frænaque, quæ volucrem Xanthum Baliasque decerent,  
Æquore quæsitis onerabat sedula gemmis. 10

At tibi diversis, Princeps altissime, certant  
Obsequiis soceri. Stilichon Mavortia confert  
Munera, barbaricas strages, Rhenique triumphos.  
Reginæ contenta modum servare Serena,  
In tua sollicitas urget velamina telas. 15

*Ipsa Thetis texebat manu sua chlamydes ex purpura et auro; et ipsa officiosa gemmis conquisitis ex mari gravabat fræna, quæ digna essent celeri Xantho et Balio. At vero Soceri tui, o Imperator celsissime, contendunt ornare te variis officiis. Stilicho dat tibi dona Martia, clades Barbarorum, et victorias Rheni: Serena satis habens conservare moderationem Reginæ, texit impensius telas ad vestes tibi faciendas.*

\*\*\*\*\*

ed. Antv. ipsa Vat. quart.—7 fulgebat tres Vatt. ostro fulgebat Vat. tert. m. pr.—8 Illa manu Moret. pr.—9 validum pro volucrem duo Vatt. Baliasque decerent Vat. Livin. Buslid. Valiumque duo Med. deessent Pal.—10 onerabat Vat. pr. Exc. Lucens. pr. honerabat Sched. Gnd. ornaret inc. Heins. ornabat quatuor Vatt. Pal. Bartholin. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. membris pro gemmis inc. Heins.—11 diversi Florent. artissime Vat. tert. Florent. Petav. sec.—12 Obsequiis sacer en Vat. Livin. Obsequiis. socer en Vat. pr. Pal. Med. quart. inc. Heins. Obsequiis socer et Vat. sec. Obsequiis soceri tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Put. Petav. sec. Ambr. tert. et pr. m. sec. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. Obsequiis soceri. cum *τελεία στήμη*, Exc. Lucens. pr. Soceri Stilicho Oxon. sec.—13 reginique quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. duo Med. Put. Petav. sec. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—14 Regina Petav. pr. contempta Rott. Med. pr. Serenam Med. pr. Serena est Hafn. Ambr. tert.—15 In sua Vat. sec. sollicitis Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Petav. sec. ed. Parm. sollicitis surgens...telis Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. sollicita urges...tela Oxon. sec. urgens Vat. tert. Rott. Oisel. urget duo Med. inc. Heins. Petav. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. telis Vat. tert. Florent. Med. sec. Petav. sec. ed. Parm.

## NOTE

- 9 Xanthum Baliasque] Equos Achivos, quibus stragem edas barbarorum, et ad Rhenum victorias illustres referas, quæ triumphum mereantur.  
12 Soceri] Stilicho et Serena.  
13 Barbaricas] Stilicho dat tibi arma, quibus stragem edas barbarorum, et ad Rhenum victorias illustres referas, quæ triumphum mereantur.  
15 Sollicitas] Ipsa sollicita et anxiosa.



## LXXIII.

23. DE FRÆNO, PHALERIS, ET CINGULO EQUI  
HONORII A SERENA MISSIS.

O FELIX sonipes, tanti cui fræna mereri  
 Numinis, et sacris licuit servire lupatis :  
 Seu tua per campos vento juba lusit Hiberos,  
 Seu te Cappadocum gelida sub valle natantem  
 Argææ lavere nives : seu læta solebas  
 Thessaliæ rapido perstringere pascua cursu :  
 Accipe regales cultus, et crine superbus  
 Erecto virides spumis perfunde smaragdos.

5

*O eque fortunate, cui contigit promereri habenas divinitatis tantæ, et parere frænis sacratis! sive juba tua diffusa est vento per agros Hispaniæ; seu nives montis Argæi sparserunt te natantem in valle frigida Cappadociæ: seu consueveras transilire saltu præcipiti prata pinguis Thessaliæ; recipe ornamenta Imperatoria, et superbiens juba sublata, sparge spumis smaragdos virentes. Monilia*

In Oxon. sec. ita inscribitur. In Vat. pr. Med. sec. et Vat. Livin. erat *De equo dono dato*. Med. quart. habet. *Ad equum Honorii* Sched. Gud. *De freno, Phaleris et Cingulo* inscribunt. Var. LL. ed. Antv. *De equo Honorii*. Moret. pr. *Ex eodem* exhibet. In Put. duobus Petav. &c. Inscriptio deerat.

1 *tanti cui* quatuor Vatt. Hafn. Pal. *cui tanti* Buslid. *cum tanti* Oxon. sec. *merere* Exc. Lucens. pr.—2 *Numinis* Exc. Lucens. pr. *Nominis* quatuor Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *Hominis et sacris* Oxon. sec. *servare* Pal.—3 *tuba pro juba* Vat. tert.—5 *Argææque lavare* Med. sec. *tela solebas* Pal. duo Med. Put. *solebat* Vat. tert. Med. sec.—6 *Thessalica* Buslid. *præstringere* Vat. pr. *perfringere* Petav. pr. *transcurrere* Ambr. pr. Sched. Gud. *cursu tres* Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *saltu al.*—8 *Erepto* Pal. pro-

## NOTE

1 *Mereri*] Ob præstantiam et generositatem.

2 *Numinis*] Honorii Imperatoris, qui Numen quoddam est aspectabile, ut sunt Reges et Imperatores, qui etiam in sacra Scriptura *Dii* vocantur.

*Sacris lupatis*] Adeo sacra omnia dicuntur quæ sunt Imperatorum. Nam

et sacrum stabulum, sacrum præsepe, sacra lupata appellantur, quia consecrata sunt personis sacris, et usibus exemta profanorum, seu plebis profanæ.

4 *Cappadocum*] Cappadocia, mons Argæus, Hispania, Thessalia, sunt totidem loca equis optimis fœcunda.

Luxurient tumido gemmata monilia collo.  
 Nobilis auratos jam purpura vestiat armos, 10  
 Et medium te zona liget, variata colorum  
 Floribus, et castæ manibus sudata Serenæ,  
 Persarum gentile decus. Sic quippe laborat  
 Maternis studiis, nec dedignatur equestres  
 Moliri phaleras, genero latura decorem. 15

*plena gemmis abundant in cervice tua superba. Jam purpura insignis decoret armos tuos aureos, et cingulum constringat te medium, cingulum distinctum variis coloribus, et elaboratum manibus Serenæ pudicæ, quod cingulum est ornamentum gentile Persarum. Ita enim Serena impendit curas maternas, neque respuit fabricare phaleras equestres, allatura genero suo Honorio novam splendorem.*

*funde Pal. duo Med. Exc. Lucens. pr. zmaragdos Var. LL. e marg. Parm.—9 Luxuriant Vat. sec.—10 armatos pro auratos Buslid. æratos conjiciebat Heins.—12 colorum pro Serenæ et pr. versu, Serenæ pro colorum Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Parm.—13 si quippe inc. Heins.—15 pabulas pro phaleras duo Med. latura dolorem Vat. tert. Florent.*

## NOTE

10 *Auratos armos*] Vestibus aureis 13 *Persarum gentile decus*] Instar ornatos. gentis Persarum, qui equos gemmis et aureis vestibus ornant.  
 11 *Colorum floribus*] Variis coloribus, instar florum varie micantium.

## LXXIV.

## 24. DEPRECATIO AD ALETHIUM QUÆSTOREM.

## ARGUMENTUM.

DEPRECATUR Alethium, cujus versus reprehenderat, promittitque se deinceps plausurum esse ejus ingenio; sed Ironicus.

Sic non Æthiopum campos æstate pererrem,  
 Nec Scythico brumam sub Jove nudus agam:

*Ita, si vera dico, non peragrem agros Æthiopum per æstatem, neque ego nudus*

*Deprecatio in Alethium Quæstorem inscribitur in Exc. Lucens. pr. In Moret. pr. et Var. LL. ed. Antv. erat. Incipit in Alethium. in Alechium Ald. in Ale-*

## NOTE

1 *Sic non*] Formula attestandi: sic non peragrem Æthiopum agros ar-  
 Delph. et Var. Clas. Claud. 4 D

Sic non imbriferam noctem ducentibus Hædis  
 Ionio credam turgida vela mari :  
 Sic non Tartareo Furiarum verbere pulsus 5  
 Irati lædam carmina grammatici :  
 Nulla meos traxit petulans audacia sensus,  
 Liberior justo nec mihi lingua fuit.  
 Versiculos, fateor, non cauta voce notavi,  
 Heu miser ignorans quam grave crimen erat! 10  
 Orpheos alii libros impune laccessunt :  
 Nec tua securum te, Maro, fama vehit.  
 Ipse parens vatum, princeps Heliconis Homerus,  
 Judicis exceptit tela severa notæ.

*traducam hyemem sub aëre Scythico: ita non committam vela tumentia mari Ionio, Hædis afferentibus noctem pluviam: ita non offendam versus Grammatici succensentis, ego ipse impulsus æstro inferno Furiarum. Nulla temeritas proeas abripuit animum meum, neque lingua mihi fuit liberior suo more. Reprehendi verbis non prudentibus carmina, confiteor, heu miser nesciens quam scelus atrox foret! Alii provocant tuto opera Orphei; neque fama tua, o Virgili, te præstat tutum. Homerus ipse pater poetarum, et Dictator Heliconis, recepit ictus*

*thium Quæstorem Oxon. sec. In Vat. pr. et Vat. Livin. legitur Incipit Excusatio apud Alethium Quæstorem, dum objiceretur ei, quod Epigramma ejus reprehendisset. In Put. duobus Petav. Buslid. &c. desideratur inscriptio.*

*2 Scythico brumam Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. brumam Scythico Vat. pr. Pal. Vat. Livin.—3 imbriferam Vat. pr. Pal. Vat. Livin. imbriferis Florent. cum quindecim aliis, Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. umbriferis Vat. tert. nubem pro noctem conj. Heins.—4 tragica vela Med. sec.—6 lædam Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. relegam tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Moret. pr. Buslid. Ald. Gesn. et ed. Bipont. crimina ed. Parm. carmina Var. LL. e marg. Parm.—7 petulans traxit Pal. duo Med.—8 justo Vat. pr. Vat. Livin. solito Vat. sec. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—9 mente notavi sec. Vat. Med. sec.—11 in fine laccessunt Vat. pr. facit vel vehit Vat. tert. Rott.—16 pastor uterque*

## NOTÆ

dentis, si vera dicturus sum, vel si deatur esse pertimescendum.  
 quenquam lædere volui, vel si ulla 3 Hædis] Hi sunt duo astra nantis  
 me temeritas abripuit. Sed hæc om- inimica, in manu Aurigæ, seu He-  
 nia ambigua; potest enim Claudianus niuchi, signi Septentrionalis, Virgi-  
 his carere periculis, cum non statue- lius: 'Pluvialibus Hædis.'  
 rit hæc adire loca; et non tantum  
 crimen commisit, ut exilium ipsi vi- 12 Maro] Maro et Homerus ha-  
 buerunt suos Zoilos, suos censores.

Sed non Virgilius, sed non accusat Homerus : 15  
 Neuter enim Quæstor, pauper uterque fuit.  
 En moveo plausus, en pallidus omnia laudo :  
 Et clarum repeto terque quaterque Sophos.  
 Ignoscat placidus tandem, flatusque remittat,  
 Et toto reticet quidlibet ore : placet. 20

*asperos notæ censoriæ. At non Virgilius arguit me, non Homerus; etenim neuter fuit quæstor, uterque pauper fuit. Ecce igitur excito applausum, ecce timidus prædico cuncta tua opera, et voce clara repeto ter et quater Sophos. Alethius mitis tandem parcat, et minuat superbiam suam, ac legat buccis inflatis quidlibet: ego dicam, Perplacet.*

-----

Exc. Lucens. pr.—17 *Cum moveo* Vat. sec. *Est moveo plausus, est* Vat. quart. *et pallidus* Vat. Livin. *en pallidus* Florent. tres Med. inc. Heins. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—18 *Sophos* Vat. Livin. *Sophum* Var. LL. e marg. Parm. Ald.—19 *Ignoscat* Buslid. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Intendat* edd. Parm. Junt. Isingr. Gryph. Colin. *Ignoscas....remittas* et in vs. seq. *retices* conj. Heins. *tandem placidus* Rott. *plaususque remittat* Pal. duo Med.—20 *toto recitet* Vat. Livin. vet. Gyr. *toto* duo Vatt. Pal. Rott. Oisch. Florent. tres Med. Petav. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *quidquid ab ore placet* Vat. pr. Petav. sec. Ambr. pr. ed. Parm. Sched. Gud. *quotlibet* Buslid. *quodlibet* Var. LL. e marg. Parm. *placens* Vat. sec. *ore. placet* legebat Heins.

## NOTÆ

16 *Pauper uterque fuit*] Id certe constat de utroque, et præsertim de Homero, qui erat 'rerum omnium egenus.' Unde Ovidius: 'Mæonides nullas ipse reliquit opes.'

17 *Pallidus*] Timidus, et quasi at-

tonitus.

18 *Sophos*] Vox et laus summa plaudentium: σοφῶς, sapienter: vel σοφός, sapiens est et doctus ille, qui omnia solertissime facit.

## LXXV.

## 25. IN CURETIUM.

FALLACES vitreo stellas componere mundo,  
 Et vaga Saturni sidera sæpe queri,  
 Venturumque Jovem paucis promittere nummis,  
 Cureti genitor noverat Uranius.  
 In prolem dilata ruunt perjuria patris, 5  
 Et pœnam merito filius ore luit.  
 Nam spurcos avidæ lambit meretricis hiatus,  
 Consumens luxu flagitiisque domum.  
 Et quas fallacis collegit lingua parentis,  
 Has eadem nati lingua refundit opes. 10

*Uranius pater Curetii sciebat conferre in orbe crystallino stellas mendaces, et sæpe conqueri de astro errabundo Saturni, et polliceri pro summa exigua Jovem affuturum nascentibus. Pœna mendaciorum patris reservata cadit in filium, et hic filius persolvit supplicium ore merente. Etenim lambit os infame meretricis cupidæ, exhauriens domum suam luxuria et criminibus suis. Et lingua eadem filii dissipat divitias, quas lingua patris deceptoris cumulavit.*

Sic inscribitur in Moret. pr. In *Cyretium* Exc. Lucens. pr. In Vat. pr. erat, *Incipit iocus de Curetio*. Vat. quint. habet, *De Uranio Astrologo patre Curetii*. In Put. duobus Petav. et Var. LL. e marg. Parm. deerat inscriptio.

1 *Pallantes* Oisel. *mitre* pro *vitreo* Med. sec.—2 *nocturni* pro *Saturni* Buslid.—3 *prodesse Tonantem* pro *promittere nummis* Buslid. *verbis* pro *nummis* Vat. sec.—5 *delata* leg. Heins.—6 *patrio* pro *merito* Var. LL. ed. Antv. tulit pro *luit* Cod. Epigr. Ambr.—7 *spurcos* vel *spurtos* Rott. *avidæ* Med. quart. inc. Heins. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Ald. ed. Parm. *Namque avidæ lambit meretricis labra superbæ* Exc. Lucens. pr.—8 *luctu* pro *luxu* Ambr. pr. *lapsa* Buslid.—10 *refundit* Ambr. tert. Vat. Livin. *refudit* duo Vatt. Pal. Rott. Buslid.

## NOTÆ

1 *Fallaces*] Quid enim fallacius, qui meliora daret, sicque faciebat fucum.  
 quam ea omnia, quæ effutiunt illi Genethliaci, seu qui prædicant aliquid de pueris nascentibus?

*Vitreo componere mundo*] Solebat stellas Cæli componere, perpendere, earumque situs et dispositiones in sphaera vitrea conferre, ut inde futura prædiceret de pueris nascentibus.

2 *Queri*] Solebat queri obesse Saturnum, sed superventurum Jovem,

8 *Flagitiis*] Flagitium dicitur optime de inertia, et de omni crimine quod est cum turpitudine et dedecore conjunctum. Cicero: 'Stupra vero et adulteria, et omne tale flagitium.'

9 *Lingua*] Lingua patris mentiendo opes collegerat, lingua filii lambendo meretricem opes dissipat.

## LXXVI.

## 26. IN EUNDEM.

SI tua, Cureti, penitus cognoscere quæris  
 Sidera, patre tuo certius ipse loquar.  
 Quod furis, adversi dedit inclementia Martis :  
 Quod procul a Musis, debilis Arcas erat :  
 Quod turpem pateris jam cano podice morbum, 5  
 Fœmineis signis Luna Venusque fuit.  
 Attrivit Saturnus opes. Hoc prorsus in uno  
 Hæreo : quæ cunnum lambere causa facit ?

*Si optas, o Cureti, nosse perfecte astrum tuum, ego dicam tibi verius quam pater tuus. Crudelitas Martis fecit ut insanias: quod alienus es a Musis, Arcas erat languidus: quod perfers morbum infamem, anu jam albescente, Luna et Venus faciunt signis muliebribus. Saturnus dilapidavit divitias tuas. Dubito tantum in uno: quæ causa cogat te lambere meretricem.*

Vat. pr. inscribit in eundem Curetium. Med. quart. simpliciter in Curetium. In Vat. quint. erat *Ad Curetium de Genesi sua*. De Curetio ejusdem legitur in Moret. pr. et Exc. Lucens. pr. In Put. et duobus Petav. desideratur hoc carmen.

1 *potius* Buslid. *velles* pro *quæris* Vat. quart. et quint. *velis* Vat. sec.—2 *loquor* Vat. tert.—3 *aversi* Moret. pr. *patris* pro *Martis* Ambr. pr.—4 *Quo procul* Exc. Lucens. pr. *amissis* pro *a Musis* Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. *actor* pro *Arcas* Var. LL. ed. Antv. m. sec. Heinsius seqq. ascripserat. ‘*De Planetis* Cicero in Somn. Scip. Stobæus Eclog. C. ix. ex veteri Poëta. Ausonius precatione in Consulatum suum Planetas etiam recenset, ubi legendum, ‘*Nulla tuos Gradivi offendat stella penates.*’ et forte *celer Arcas* pro *arcus*. nam quid est *arcus Luna*? In vet. Cod. Vossii *Arcas* certè legitur. sed quia Mercurii et postea meminit, forte *celer actus* legendum. idem Ausonius de Planetis agit idyll. x.—5 *Quo turpem* Exc. Lucens. pr. *turpi* Med. sec. *caussa cano* pro *jam cano* Med. sec. *rd cano* deerat Exc. Lucens. pr.—6 *Venusque* legebat Heins. *Attribuit* pro *Attrivit* Med. sec. inc. Heins. Ambr. tert.—8 *quæ turpis* pro *quæ cunnum* Buslid. *cunnum* etiam deerat inc. Heins. *caussa fuit* Ambr. tert. Buslid. *cura fuit* Exc. Pat. rec. *fuit* pro *facit* Rott. Vat. quart. m. pr. Med. sec. m. pr. inc. Heins. *mendacem quæ mala causa facit* Exc. Lucens. pr.

## NOTE

- 1 *Tua sidera*] Diei tuo natali dominantia. strum nati ex Arcadia Mercurii, qui Deus eloquentiæ creditus.  
 Patre tuo] Qui id ceteros docere se profitebatur. 7 *Saturnus*] Cujus astrum decoctores facere dicitur.  
 4 *Debilis Arcas*] Debile erat as-



## LXXVII.

## 27. IN JACOBUM MAGISTRUM EQUITUM.

PER cineres Pauli, per cani limina Petri,  
 Ne laceres versus, dux Iacobe, meos.  
 Sic tua pro clypeo sustentet pectora Thomas,  
 Et comes ad bellum Bartholomæus eat.  
 Sic ope Sanctorum non barbarus irruat Alpes : 5  
 Sic tibi det vires sancta Susanna suas :  
 Sic quicumque ferox gelidum tranaverit Histrum,  
 Mergatur; volucres ceu Pharaonis equi :

Oro te, Ductor Iacobe, per cineres Pauli, per templum Petri cani, ne laniēs carmina mea: sic Thomas sustineat pro scuto pectus tuum, et Bartholomæus comitetur te ad bellum. Sic Barbari non irrumpant Alpes pulsi auxilio Sanctorum: sic sancta Susanna addat tibi vires suas. Sic quicumque hostis atrox trajecerit Danubium frigidum, submergatur, quemadmodum equi celeres Pharaonis mersi

In vet. Cod. Daniel. et Oxon. sec. inscribitur *In Jacobum Magistrum equitum*. In Exc. Læti erat *Ad Jacobum Magistrum equitum*. *Ad Jacobum Ducem* habet Thuan. et Moret. pr. In *Jacobum Magistrum Militum* exhibet inc. Heins. In reliquis deest inscriptio.

1 *Per cineres Petri...limina Pauli* Pal. duo Med. Put. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *cani* Vat. pr. Ambr. pr. Bartholin. *sancti* quatuor Vatt. Pal. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *lumina* Med. pr. Put. Oxon. sec.—3 *per clypeum* Cod. Epigr. Ambr. *defendat* Vat. pr. Ambr. pr. *sustentet* Florent. cum octodecim aliis, Exc. Lucens. pr. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—5 pro *Sanctorum*, Junthodi Ms. vetus, unde *Judithæ* conj. Barth. *ne barbarus* leg. Heins.—6 *tuas* Med. sec. ceterum deerat hoc distichon Vat. pr. et Ambr. pr.—7 *quicumque ferus* Vat. pr. Ambr. pr. *transiverit* Vat. sec. *transaverit* Med. sec. Exc. Lucens. pr.—8 *volucris* pro *volucres* ed. Parm.—9 *rumphea* Ambr. tert.

## NOTÆ

*In Jacobum*] Hoc Epigramma ironicâ; in Ducem Christianum quidem, sed vinosum hominem, scriptum est a Poëta Pagano, irridente Sanctorum in rebus bellicis implorationes. Quasi diceret, Parce meis versibus, et sic tibi faveant sancti in bello, dum tu bibis egregie, et convivas bibendo occidis.

5 *Sanctorum*] Barthius legit, *Sic ope Judithæ*.

8 *Pharaonis equi*] Qui assumti sunt in mari rubro.

Sic Geticas ultrix feriat rhomphæa catervas,  
 Romanasque tegat prospera Thecla manus. 10  
 Sic tibi det magnum moriens conviva triumphum,  
 Atque tuam vincant dolia fusa sitim.  
 Sic nunquam hostili maculetur sanguine dextra.  
 Ne laceres versus, dux Iacobe, meos.

sunt: sic gladius vindex percutiat cohortes Getarum, et Thecla favens protegat exercitum Romanum. Sic conviva occisus donet tibi victoriam grandem, et dolia effusa extinguant sitim tuam. Sic dextra tua nunquam contaminetur cruore hostium. Oro te, o Ductor Iacobe, ne laniet mea carmina.

*rimphæa* Buslid. *riphæa* Vat. quint. Heinsius metuebat, ne hic Sancti alicujus nomen lateret.—10 *Romanosque tegat p. Tecla* Exc. Petav. quart. *regat Tecla* Put. Petav. sec. *regat theda* Exc. Lucens. pr. *tegat...teda* inc. Heinsius Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. *regat...tela* duo Vatt. Pal. duo Med. *regant...tela* Vat. sec. et tert. Pric. Oisel. Exc. Læti. *regat* Ambr. tert. *regas* Buslid. *tecta* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *regat...tela* vel *Thecla* Rött. Deerat vero similiter hoc distichon in Vat. pr. et Ambr. pr.—11 *magnum moriens c. triumphum* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *moriens magnos c. triumphos* Vat. pr. *magnos moriens c. triumphos* Moret. pr. *magnum conjuncta triumphum* Buslid. *Tò conviva* deerat Med. pr.—12 *Atque tuam vincant dolia fusa sitim* Vat. sec. et tert. Var. LL. e marg. Parm. *Et tibi perpetuo dolia vina fluant* Pal. *Ut tua perpetuo dolia vina fluant* ed. Parm. *Et tua perpetuo dolia vina fluant* Vat. pr. duo Med. Put. Bonon. *Atque t. vincant d. f. sitim.* vel *Et tibi p. d. vina fluant* Petav. pr. inc. Heins.—13 *hostilis* Ambr. tert.—14 *Nec laceres* Vat. tert. Pal. Rott. duo Med. duo Petav. *Dux Jacobine* Buslid. postremum vero hoc distichon in Vat. pr. et Ambr. pr. iterum desiderabatur.

## NOTÆ

9 *Feriat*] Alludit forsitan ad Historiam Angeli, 'qui percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.' 4. Reg.

*Rhomphæa*] Græce *ρομφαλα*, genus est teli, vel gladii longioris, quo præsertim Thraces utebantur. Unde Aulus Gellius: 'Rhomphæa genus teli est Thraciæ nationis.'

10 *Thecla*] Martyr egregia.

11 *Moriens conviva*] Quem majoribus poculis invitatum superas, et tandem in ipso Bacchi theatro, bibendi

certamine superatum extinguis; sicque de eo his poculis immanibus, et gladiatoria laterum firmitate triumphas.

12 *Dolia*] Sic hominem arguit vinolentum, ad cujus sitim extinguendam, vel dolia requirerentur.

13 *Maculetur*] Nunquam tibi contingat, ut dextera tua delicata, et scyphis tractandis assueta, maculetur hostili sanguine. Sic ipsi illudit, nam sanguine hostium maculata manus Ducis decora est.

## LXXVIII.

## 28. RIMANTI TELUM IRA FACIT.

IN jaculum quodcumque gerit, dementia mutat.  
 Omnibus armatur rabies pro cuspide ferri.  
 Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnera sævit.  
 Pro telo ingeritur, quicquid suggesserit ira.

*Furor convertit in telum illud omne quod fert: insania armatur rebus cunctia pro mucrone gladii. Omnia jaciuntur, dum manus fera furit in plagas. Id omne, quod ira suggerit, fertur pro armis.*

Sic inscribunt duo Med. inc. Heins. et H. ejusdem, item Exc. Lucens. pr. in quibus ascriptum, *Est ex Virgilio. Rimanti telum facit ira erat in Oisel. Bonon. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm. Vat. pr. non habet hoc carmen. In Put. et duobus Petav. deerat Inscriptio, ut et in Lov. qui superioribus connectit. Buslid. Inscriptionem omittit, sed uno versiculo carmen hoc auctius facit, titulo in versum mutato. sic Armanti telum ira facit, nec vana locutum In jaculum, &c.*

1 *Non jaculum* Med. pr. *quicumque* Ambr. tert. *ferit* Florent. Med. sec. ed. Parm. *gerit* Vat. tert. Lov. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *mittit pro mutat* Med. sec.—2 *armata* Buslid.—3 *Certa volant* Lov. *in vulnere* ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *in vulnera* Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Buslid. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *sævum pro sævit* tres Med.—4 *geritur* vulg. et sic Gesn. et ed. Bipont. *ingeritur* legit Heinsius, quia versu 1. *gerit* erat, et ascripserat locum Sil. Ital. ‘crebras fugientibus ingerit hastas.’ sic Virgilius et Curtius sæpe.

## NOTÆ

*Rimanti*] Ex Virgilio depromta *facit.* Talis etiam illa est sententia, sententia. Sic enim ille, ‘quodcum- ‘Jamque faces et saxa volant, furor que repertum est, Rimanti telum ira arma ministrat.’

## LXXIX.

## 29. IN PODAGRUM.

QUÆ tibi cum pedibus ratio? quid carmina culpas?  
 Scandere qui nescis, versiculos lacerans?

*Quæ tibi res est cum pedibus? Quare reprehendis versus? Tu qui non potes scan-*

Deerat hoc carmen Vat. pr. Florent. tribus Med. Lov. et Sched. Gud. Exc. Lucens. pr. inscribunt, *In Podagricum, qui carmina sua non stare dicebat. Simi-*

Claudicat hic versus, hæc, inquis, syllaba nutat,  
Atque nihil prorsus stare putas podager.

*dere, discerpis carmina. Ais nempè, Hoc carmen claudicat, hæc syllaba vacillat, et ut podager existens, credis nihil penitus stare.*

liter se habet Inscriptio in Moret. pr. Bonon. et ed. Parm. nisi quod vocem *sua* omittant. In Put. et duobus Petav. inscriptio deerat.

1 *qui carmina* Rott. Put. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv.—2 *quos nescis* Vat. sec. *luceras?* Vat. sec. ed. Parm. *luceras.* Gesn. et ed. Bipont.—3 *hic versus* Put. duo Petav. Exc. Petav. quart. ed. Parm. *hic inquit* Rott. Parm. Junt. Ald. Isingr. Gryph. Colin. Gesn. Bipont. *inquis* Vat. sec. *syllaba mutat* Buslid.—4 *putas* Vat. sec. *putat* edd. Parm. Junt. Ald. Isingr. Colin. Gryph. Gesn. Bipont.

## NOTÆ

2 *Scandere*] Lusus in verbo, quia podager præ nimio dolore pedum non potest *scandere*, puta cubiculum: et hinc ambigue traducitur ad podagram, quasi non posset *versus scandere*. Sic et *quæ tibi cum pedibus ratio?* Quasi podager pedum destitutus auxi-

lio, non deberet amplius cogitare de pedibus, etiamsi pedes essent versiculornm.

4 *Stare*] Cum tu stare non possis, putas etiam nihil stare posse, ac proinde etiam in versibus nihil non claudicare.

## LXXX.

## 30. DE THEODORO ET HADRIANO.

MALLIUS indulget somno noctesque diesque :

Insomnis Pharius sacra, profana, rapit.

*Mallius Theodorus vacat somno per dies et noctes: Ægyptius Adrianus de-*

Deest Vat. pr. et Sched. Gud. Moret. pr. habet *Incipit de Theodoro et Hadriano*. In Florent. tribus Med. et Buslid. desideratur inscriptio.

1 *Mallius* Pal. et duo Med. *Manlius* tres Vatt. Rott. Oisel. Moret. pr. Buslid. Oxon. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv.—2 *Mallius insomnis* pro *Insomnis*

## NOTÆ

*Hadriano*] En Epigramma quo Hadrianum læserat, de quo diximus supra.

2 *Pharius*] Hadrianus erat Ægyptius.

Omnibus hoc, Italæ gentes, exposcite votis,  
Mallius ut vigilet, dormiat ut Pharius.

*populatur res sacras et profanas. O populi Italiæ optate precibus cunctis, ut Mallius vigilet, et Adrianus dormiat.*

~~~~~

*Pharius* Pal. duo Med.—3 *Omnibus hunc Italæ* Med. pr. et quart. Pal. *Italiæ* Med. sec. *Italiæ gens hoc* Vat. quart. *exposcite* ed. Parm. *composcite* Var. LL. e marg. Parm.—4 *Mallius* Pal. duo Med. Moret. pr. Ald. *Manlius* Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv.

## NOTE

4 *Dormiat*] Quia cum dormiet, ni- cum vigilabit, melius defungetur officio.  
hil rapiet, nihil furabitur : alter vero, cio.

## LXXXI.

## 31. AD ÆTERNALEM.

QUICQUID Castalio de gurgite Phœbus anhelat,  
Quicquid fatidico mugit cortina recessu,  
Carmina sunt : sed verba negant communia Musæ.  
Carmina sola loquor : sic me meus implet Apollo.

*Id omne quod Apollo emittit de fonte Castalio, id omne quod tripus remittit ex adytis prædicentibus futura, sunt versus. Musæ non dant sermones triviales. Ego loquor solos versus : sic Apollo favens afflat me.*

~~~~~  
Deest Vat. pr. et Sched. Gud. In Cod. Epigr. Ambr. vet. Gyr. Lov. Buslid. et Oxon. sec. continuatur carmini *De portu Smyrnensi*. Bonon. et Moreti pr. nullam agnoscunt inscriptionem.

1 *Castalio quicquid* Pal. duo Med.—2 *fatidicum mugit* ed. Parm. *fortuna pro cortina* Var. LL. ed. Antv.—3 *Carmina sunt* Florent. tres Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Lov. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. et Ald. *Carmina fert* vulg. *non verba* Pal. Med. pr. *ubi verba* Florent. *vera pro verba* Var. LL. ed. Antv.—4 *loquor* Lov. *Smirneus pro Sic me meus* Exc. Lucens. pr. *te meus vel me tuus* conjiciebat Heinsius. *urget Apollo* Vat. quart.

## NOTE

1 *Castalio*] De fonte Castalio supra. quod Apollinis tripus corio Pythonis tectus est, vel quod certa illic responsa Apollinis fiant.

2 *Cortina*] Ex Servio, locus unde oraculum datur, dicitur cortina ; vel

## LXXXII.

## 32. AD MAXIMUM, QUI MEL MISIT.

DULCIA dona mihi tu mittis, Maxime, semper,  
Et quicquid mittis, mella putare decet.

O Maxime, tu mittis mihi semper munera dulcia, et id omne quod mittis, convenit credere esse mel, aut melleum.

Deest Vat. pr. et Sched. Gud. Ad Maximum, qui mel misit habet vet. Gyr. Oxon. sec. Ad Maximum, qui ei mel misit erat in Oisel. Moret. pr. Bonon. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Lovaniensis annectit superiori. In Florent. tribus Med. Put. et duobus Petav. deerat inscriptio.

1 tu semper, Maxime, mittis Pal. duo Med. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. semper tu, Maxime, mittis Vat. sec. Rott. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e m. Parm.—2 quicquid mittit Pal. Med. pr. mittes Exc. Lucens. pr. credere mella Put. Var. LL. ed. Antv.

## LXXXIII.

## 33. DE LOCUSTA. FRAGMENTUM.

HORRET apex capitis : medio fera lumina surgunt  
Vertice. Cognatus dorso durescit amictus.  
Armavit natura cutem, dumique rubentes  
Cuspidibus parvis multos acuere rubores.

Vertex ejus capitis asper est : oculi feri exsurgunt in medio capite. Tegmen simile induratum est in dorso. Natura armavit pellem ejus, et vepres rubri mucronibus exiguis ostendunt rubores plurimos acutos.

Vet. Cod. Daniel. De Bucusta inscribit. De Locustis habet Oxon. sec. Vat. autem Livin. et Ambr. pr. inserunt hic alium versum cum inscriptione De Dulcio. nempe Nectareo dulces muro cinguntur arena. Ectareo pro Nectareo erat in vet. Cod. Danielis, qui et illum versum præmittebat. In Florent. tribus Med. Put. Buslid. et duobus Petav. inscriptio deerat. In Vat. pr. ipsum carmen plane desiderabatur.

1 Torret Vat. sec. Moret. pr. media Vat. tert. Rott. Florent. surgit Pal.—2 conatus dorso Oxon. sec. decrescit Ambr. tert.—3 dubique Exc. Lucens. pr.

## NOTÆ

2 Cognatus amictus] Tegmen ejus- rum.  
dem naturæ ac dorsum, hoc est, du- 4 Rubores] Extremitates rubeas.



*dubiisque rudentes* Ambr. tert. *dubiisque rubentes* Vat. quart. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Petav. sec. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec. vet. Gyr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *dubiisque rubentem* duo Vatt. Pal. Rott. Petav. pr.—4 *parum* Buslid. *pinnae* Ambr. tert. *multos* Florent. tres Med. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *multis vulg. pariunt multos ac vere colores* Claver. Heinsius legit *dumique rubentes Cuspidibus pariunt multos ceu vepre dolores*. Barthius vero conijcit *dubiisque rubentem Cuspidibus variant, Milto victore, colores*.

## LXXXIV.

## 34. DE BALNEIS QUINTIANIS.

FONTIBUS in liquidis paulum requiesce, viator,  
 Atque tuum rursus carpe refectus iter.  
 Lympharum dominum nimium miraberis, hospes,  
 Inter dura viæ balnea qui posuit.

*Quiesce paulisper, o viator, in puris fontibus, et recreatus aquis perge iterum viam tuam. Multum admiraberis, o peregrinator, dominum aquarum, qui construxit balnea inter vias asperas.*

Deest hoc Carmen in Vat. pr. Med. pr. Oxon. sec. Sched. Gud. In Rott. *De Balneis Quintilianis* inscribitur. Cod. Epigr. Ambr. habet *De Balneis Quintiliani, quæ in via erant*. In Moret. pr. erat, *De Balneis Quintiani quæ in via erant*. In Bonon. et inc. Heinsii legebatur *De Balneis Quintianis quæ in via erant*. Exc. Lucens. pr. exhibent, *De Balneis Quintianis quæ in via posita fuerant*. Similiter fere Ald. et Var. LL. e marg. Parm. nisi quod in iis *posita erant* legitur. Put. duo Petav. Lov. Buslid. et Exc. Petav. quarti inscriptionem ignorant.

1 *Montibus* Vat. sec. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv.—2 *viator* pro *refectus* Med. sec.—3 *Nympharum* Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *mirabilis* pro *miraberis* Var. LL. ed. Antv.—4 *dura viæ* Vat. sec. *quis potuit* Rott. *potuit* Ambr. tert.

## LXXXV.

## 35. DESCRIPTIO PORTUS SMYRNENSIS.

URBIS conspectum montana cacumina velant,  
 Culmina montis opposita mari placido tegunt aspectum urbis. Cornua cur-

Deerat hoc carmen in Vat. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *Descriptio portus Smyrnenensis* vocatur in duob. Med. inc. Heins. Cod. Epigr. Ambr. Exc.

Tranquillo prætenta mari. Ducentia portum  
Cornua pacatas removent Aquilonibus undas.  
Hic exarmatum terris cingentibus æquor  
Clauditur, et placidam discit servare quietem. 5

*vantia portum tutantur aquas tranquillas a ventis Septemtrionis. Hic mare privatam furore suo ob terras cingentes includitur, et discit conservare tranquillitatem dulcem.*

Lucens. pr. *Descriptio portus Zmyrnensis* vet. Gyr. *Descriptio portus Myrnensis* Vat. tert. Oisel. ... *Mirnensis* Bonon. Moret. pr. ... *Mirensis* vet. Cod. Daniel. *Saronensis* conj. Barth. In Put. autem, duobus Petav. Lov. et Buslid. deest inscriptio. In Oxon. sec. erat etiam, sed nihil varietatis in eo notatum erat.

1 *Urbis conspectum m. c. velant* legit. Joh. Pricæus. sub monte enim Smyrna. *Urbs in conspectu est* Ald. *Arx pro Urbs* Vat. quart. *vallant pro velant* conjecerat Heins.—3 *placatas* Vat. quart. *pacatis* Pal. Rott. duo Med. *removent* Cod. Epigr. Ambr.—4 *Hinc exarmatum* Lov.

## NOTÆ

2 *Ducentia portum*] Et revera cornua illa, sive arcus, magnam in portu commoditatem afferunt: talis est portus Virgilianus, in quo objectus laterum cornua efficit.

3 *Removent*] Removent Aquilones, sen ventos, ab undis.

4 *Exarmatum*] Mare suis armis, hoc est, flactuum agitatione et furore destitutum.

## LXXXVI.

## 36. EST IN CONSPECTU LONGE LOCUS.

EST procul ingenti regio submota recessu,  
Insula qua resides fluctus mitescere cogit,  
In longum producta latus; fractasque per undas  
Ardua tranquillo curvantur brachia portu.

*Locus est longe remotus in secessu magno, qua insula cogit sedari undas pigras, insula extenta in latus longum; et velut brachia alta per aquas ruptas inflectuntur portu placido.*

Vat. pr. non habet hoc carmen. *Descriptio Portus* inscribitur in Med. pr. et ed. Parm. *Est in conspectu longe locus* Exc. Lucens. pr. Bonon. habet *Est in specu longe locus*. In Moret. pr. erat *Est non spatii longe locus*. In Put. duobus Put. Lov. Buslid. et Exc. Petav. quarti nulla erat inscriptio.

1 *sunnicta* Oisel.—2 *resides* Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *residens* Vat. quart.—4 *Arida tranquilli* Ambr. tert. *brachia portu* Lov. *litora Ponti* Buslid.

## NOTÆ

*Est in conspectu*] Virgilius dixit: 4 *Ardua brachia, &c.*] Intelligit etiam cornua, sive arcum.

'*Est in secessu longo locus,*' &c.

## LXXXVII.

## 37. DE QUADRIGA MARMOREA.

QUIS dedit innumeros uno de marmore vultus ?

Surgit in aurigam currus, paribusque lupatis

Unanimes frænantur equi : quos forma diremit,

Materies cognata tenet, discrimine nullo.

Vir redit in currum : ducuntur ab axe jugales :

5

Ex alio se quisque facit. Quæ tanta potestas ?

Una silex tot membra ligat, ductusque per artem

Mons patiens ferri varios mutatur in artus.

*Ecquis insculpsit facies varias ex uno et eodem marmore ? currus attollitur in Aurigam, et equi concordés reguntur frænâs similibus. Materia similis, absque ulla differentia, vinxit eos, quos figura discriminat. Auriga revertitur in currum, equi ducuntur ex curru, quisque se format ex alio: quæ tanta vis est? unus lapis colligat tot corpora, et hic lapis vinculus ferro, et deductus per artificium, vertitur in membra diversa.*

*De Quadriga marmorea habet Bonon. Oxon. sec. De Quadra marmorea Med. pr. De Auriga marmorea Lov. In Vat. pr. non erat hoc carmen. In Pat. Buslid. duob. Petav. et Exc. Petav. quart. deest inscriptio.*

*1 de corpore Moret. pr.—2 Surgere Med. quart.—3 Unanimes Vat. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. et Lucens. pr.—4 Materia Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Materies conata Lov. cognata Vat. Livin. frenata Vat. quart. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Oxon. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. discrimine nulla Pal. Med. pr.—5 Vix Vat. tert. Pal. Vir redit Vat. quart. inc. Heins. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Lov. vet. Gyr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. dedit Moret. pr.—6 paratas pro potestas Med. sec. quæsitâ paratas pro quæ tanta potestas Buslid. hic autem versus deerat Ambr. tert.—7 membra legat duo Petav. Moret. pr. Lov. Oxon. sec.—8 Mens pro Mons Var. LL. ed. Antv. arcus Ambr. pr. aptatur in usus Buslid. animatur in artus legebat Heins.*

## NOTÆ

2 *Surgit in aurigam*] Tortilis nempe et mutabilis in varios vultus machina ex curru pariebat aurigam, et ex auriga currum. Nempe tanta fuit in veteribus aurigandi insania, ut etiam fuerint qui in hoc negotio magicas artes adhibuerint.

5 *Vir redit in currum*] Ex viro fit

denno currus, ex quo equi deducuntur. Et sic *ex alio se quisque facit, ex curru auriga, et ex auriga currus.*

8 *Mons*] Lapis ingens, et altus instar montis, *patiens ferri*, ferro cæsus, et vinculus ferro, mutatur in artus, modo equorum, modo aurigæ, pro variis machinæ motibus.

## LXXXVIII.

## 38. FRAGMENTUM.

SORDIDUS ex humeris nodo dependet amictus,  
Exercentur equis, et colla comantia pectunt.

*Pallium deforme nodo suspensum est ex humeris, agitant equos, et pectunt cervicem jubatam.*

In Vat. pr. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. erat *Incipit De Lanario*. In reliquis deerat Inscriptio; nihil vero varietatis deprehendere licuit.

## NOTÆ

Hujus fragmenti, vel potius centonis, ex Virgilio desumpti, sensus difficilis est. Ex Barthio illudit Curetio, et ejus patri, quibus primo exprobrat sordes, et deinde obscœnitatem, per hemistichum *exercentur equis*, quod *equus* et *adhinnire* symbola sint fœdæ libidinis. Vel forsân irridet homines pannis obsitos, et qui tamen nimio equorum studio ducuntur, adeo ut malint eorum colla pectere, quam seipsos lautiore, immo necessario, vestitu induere.

2 *Colla comantia pectunt*] Irridet forte quosdam homines pallio tantum et barba Philosophos.

## LXXXIX.

## 39. DE PAUPERE AMANTE.

PAUPERTAS me sæva domat, dirusque Cupido:  
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

*Pauperies crudelis agitat me, et crudelis amor, sed pauperies tolerabilis, non amor tolerabilis.*

Deest hoc carmen Vat. pr. Lov. superiori annectit. In Florent. tribus Med. Put. et duobus Petav. deest inscriptio.

1 *te sæva* Vat. sec. m. pr. *durusque* Med. sec. Var. LL. ed. Antv. *dirusque* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *rursusque* Exc. Lucens. pr.—2 *tolerandus* vel *tenerandus* Vat. sec.

## XC.

## 40. DE EODEM

ESURIENS pauper telis incendor Amoris.

Inter utrumque malum diligo pauperiem.

*Ego pauper famelicus uror flammis amoris: inter hæc duo mala præfero paupertatem.*

Vat. pr. non habet. in Var. LL. e marg. Parm. erat, *Item De eodem*. In reliquis nulla inscriptio.

1 *tædis* Med. sec. *succendor* Vat. sec.—2 *eligo* Exc. Lucens. pr. *deligo* Ambr. tert. Oxon. sec. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Ald. Raphel. Var. LL. e marg. Parm. Heinsius ascripserat: 'leg. *deligo*. hinc *delectus*. Trebell. Poll. in Valerianis. initio. 'quid vobis videtur P. C. de Censore deligendo.' et Vopiscus in Tacito. 'Referimus ad vos, P. C. quod sæpe retulimus, Imperator est deligendus.' et mox, 'Tacite Auguste, Dii te servant. te deligimus.' et mox, 'ne obesse mihi incipiat, quod unanimiter me delegistis.'

## NOTÆ

1 *Esuriens*] Nihil tamen est, quod odit Venus, quæ sine Cerere et Libo potentius 'cæci stimulos avertat amoris,' quam fames, quam vehementer bero frigere consuevit.

## XCI.

## 41. IN SEPULCRUM SPECIOSÆ.

PULCHRIS stare diu Parcarum lege negatur.

Magna repente ruunt: summa cadunt subito.

*Lege Parcarum recusatur formosis vigere diu: ingentia statim evertuntur; alta*

Deest Vat. pr. et Med. pr. In *sepulchrum Speciosæ* inscribunt inc. Heins. Bonon. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *Epitaphium Speciosæ puellæ* vocatur in Cod. Epigr. Ambr. In Put. Lov. Buslid. duob. Petav. et Exc. Petav. quart. nulla erat inscriptio. Oxon. sec. etiam habet, sed nihil in eo varietatis notatum.

1 *negatum* inc. Heinsii, qui ascripserat locum Lucan. 'summisque negatum

## NOTÆ

1 *Negatur*] Lucanus: 'Summisque negatum Stare diu.'

Hic formosa jacet Veneris sortita figuram,  
Egregiumque decus invidiamque tulit.

*statim decidunt. Hic jacet pulchra habens pulchritudinem Veneris, et tulit honorem eximium simul et invidiam.*

Stare diu.—2 *luunt* pro *ruunt* inc. Heins. *cadunt* Ambr. pr.—3 *fortuna* pro *formosa* Put.—4 *invidiam meruit* al. *invidiamque tulit* Ambr. tert. Sched. Gud.

## NOTÆ

3 *Veneris*] Et ideo ab hac zelotypa eximiæ pulchritudinis, sed passa est extincta tulit, seu habuit, honorem idcirco invidiam letiferam.

## XCII.

## 42. DE BIRRO CASTOREO.

NOMINIS umbra manet veteris: nam dicere birrum,  
Ni Castor niteat, Castoreum nequeo.

*Simulacrum velut quoddam remanet nominis antiqui, etenim non possum dirrum appellare Castoreum, nisi Castor eluceat. Ille Birrus emtus est sex solidis:*

*De Birro Castoreo* erat in inc. Heins. Bonon. Lov. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Parm. *De Birro et Castoreo* Oxon. sec. In Vat. pr. non erat. In Put. Moret. duobus Petav. deerat inscriptio. *De Fibro Castoreo* conjecerat Heinsius.

1 *Numinis* Var. LL. ed. Antv. *Nomen verba* Vat. sec. *veteres* Ald. *vetitis* Petav. sec. *non dicere* vet. Gyr. qui ascripserat 'si Castor recens sit et niteat, nequeo dicere Birrum Castoreum.' *jam dicere* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. *jam discere* ed. Parm. *discere* duo Vatt. Rott. Florent. Med. sec. Put. Petav. sec. Oxon. sec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *burrhum* Cod. Epigr. Ambr.—2 *niteat* Vat. tert. vet. Gyr. *juret* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *nitet* duo Ambr. *intret* Bonon. *vitet* Vat. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *viret* Ald. *vitet dicere Castoreum* Lov. *vilet* conjicit Heinsius. *Castoreumque*

## NOTÆ

Hoc Epigramma valde corruptum texta ex pilis Castoris seu Fibri, animalis exquisiti.  
est: de hoc alii alia sentiunt; sed  
*sic* explicari potest. Birrus, seu Birrus, est genus vestis, quæ, si nova et nitida fuerit, dicitur Castorca, quia

*Delph. et Var. Clas.*

*Claud.*

4 E



Sex emtus solidis : quid sit, jam scire potestis.

Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

*jam potestis cognoscere quid sit : si non creditur mihi, credite saltem pretio.*

quo Ambr. pr. Sched. Gud.—3 *sim* pro *sit* Moret. pr. *scit* Vat. sec. Petav. sec. *potestur* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *potestas* Var. LL. ed. Antv.

## NOTE

4 *Credite vel pretio*] Quod tam vile torea, sed birrus. est, ut vestis illa non dicenda sit Cas-

## XCIII.

## 43. DE HIPPOPOTAMO.

UTRAQUE fœcundo nutritur bellua Nilo,

Quæque vorat morsu, quæque sub ore fremit.

*Bestia utraque alitur in Nilo feraci ; et illa quæ devorat dentibus, et illa quæ infrendet ore.*

In Vat. pr. sub finem hoc et sequens Epigrammation erat. Vat. Cod. habet INCIPIT DE HIPPOPOTAMO. *Utraque fœcundo nutritur bellua Nilo, Quæque vorat morsu, quæque sub ore fremit.* mox linea una vacua relicta.

## NOTE

Hoc epigramma non extat in quibusdam Codicibus ; at ne quid reliquamus intactum, pauca hac de re dicemus. En etymologia Hippopotami : ἵππος, equus, et ποταμός, fluvius, quasi diceretur equus fluvialis, vel equus marinus : nam et ποταμός sumitur pro Oceano apud Homerum. Claudianus duplex ejusmodi belluarum genus agnoscit ; unum quod devoret, alterum quod fremit. Has tamen differentias non refert Aldrovandus Ulysses.

1 *Bellua*] Hippopotamus scilicet, cui tamen contra Solinum, Ælianum, et alios huic belluæ hinnitum tribuentes, neque jubam, neque hinni-

tum, neque ullam equi similitudinem tribuit doctissimus vir Fabius Columna. Immo hæc fera bovis magnitudinem aut excedit, aut adæquat, et cruribus ursum refert ; caputque habet quodammodo suillum, et sic ἵππος non hic proprie significat equum, sed magnum : habet enim vim augendi ; adeo ut ἵπποπόταμος proprie idem sit ac prægrande animal fluvii aut maris. Fluvii quidem, quia nascitur in Nilo, et maxime in lacu Dambea, de quibus supra, in Nigro fluvio, Indo, et aliis : nascitur etiam in mari, si Plinio fides : unde et Poëtæ ἵπποπόταμους vocant etiam *Protei pecus*.

*Nilo*] Nilus abundat Hippopota-

## NOTÆ

mis, qui pascuntur in pratis: accolæ lacus Dambeæ hoc venatu aluntur.

2 *Vorat*] Hippopotamus est ex genere Amphibiorum, et partim in aqua, partim in terra degit. Prata, agros, segetes, orizam depascitur: sed et homines, si quos invenit, devorat: sic Alexandri milites, sociis videntibus ac flentibus, absumserunt, ut ad Aristotelem ipse scribebat Alexander.

*Fremit*] Intelligendum est nescio quod murmur, quod edat istud animal, de quo tamen nihil dixit Aldrovandus Ulysses. Ceterum viro doctissimo assentior, qui asserit in titulo legendum esse, *De Hippopotamo et Crocodilo*; sic enim facilius explicabitur Claudianns de utroque genere belluarum, quas Nilus alit.

## XCIV.

## 44. QUÆ IN MENSA DE SARDONYCHE LAPIDE.

MENSA coloratis aquilæ sinuatur in alis,  
Quam floris distinguit honos: similisque figura  
Textitur: implumem mentitur gemma volatum.

*Mensa curvatur in pennis pictis aquilæ, quam mensam ornat pulchritudo floris; par figura intexitur: gemma repræsentat volatum sine plumis.*

## NOTÆ

1 *Mensa*] Mensa est seu pluteus exiguus libro reponendo aptus, qui ornatur Sardonyche gemma: in qua quædam et floris et aquilæ species repræsentari videatur.

2 *Similisque figura*] Similis aut flo-

ri, aut aquilæ, aut utriusque, ob grandes scilicet maculas florem vel aquilam exhibentes.

3 *Implumem volatum*] Alas explicatas et velut volatum tentantes; sed alæ sunt implumes.

## XCV.

## 45. CARMEN PASCHALE.

CHRISTE potens rerum, redeuntis conditor ævi,  
 Vox summi sensusque Dei : quem fudit ab alta  
 Mente Pater, tantique dedit consortia regni.  
 Impia qui nostræ domuisti crimina vitæ,  
 Passus corporea mundi vestire figura, 5  
 Affarique palam populos, hominemque fateri :  
 [Quemque utero inclusum Mariæ, mox numine viso,]

*Christe princeps mundi, reparator ætatis melioris, Verbum et Sapiëntia Dei supremi: quem Pater æternus produxit ex mente excelsa, et dedit societatem tanti Imperii. Christe, qui extinxisti scelera impia vitæ nostræ, ferens in orbe te indui corpore humano, et alloqui aperte populos, et confiteri te esse hominem: et per quem in ventre Mariæ clausum, Angelo mox annuntiante, sinus Virginis in-*

In Vat. pr. inc. Heins. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Exc. Lucens. pr. erat *Incipit de Salvatore*. In Put. Ambr. pr. Buslid. duobus Petav. deerat Inscriptio. In Moret. sec. citatur in vita Claudiani.

1 *Conditor orbis* Vat. pr. Pal. Oisel. duo Med. Ambr. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. anni vet. Gyr.—2 *fudit ab alta* Cod. Bartholin. ed. Parm. *fuderat alta* Pal. duo Med.—3 *Voce pater* Moret. sec. *Magne pater* Petav. pr.—4 *qui nostræ* vet. Gyr. *tu nostræ* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *qui* vel *tu* Vat. sec. *docuisti* Var. LL. ed. Antv. *sæcula terræ pro crimina vitæ* Vat. pr. m. pr.—5 *mundi* vet. Gyr. *mundum vestire* quatuor Vatt. Pal. Pric. Oisel. Bartholin. Exc. Læti. *vestisse* Moret. sec.—7 *Quem verbo* Exc. Læti m. sec. Var. LL. e

## NOTE

Hoc Carmen, etsi elegans, ex multorum, et præsertim ex Heinsii opinione, non habet Claudianum auctorem: multo minus ea quæ sequuntur, Græca et Latina, in Servatorem, in Christum, laudem et miracula Christi, in Sirenas, laudes Herculis: quæ omnia tamen opera notis quibusdam illustrabimus.

2 *Fudit ab alta*] Ita nempe fudit, ut ab æterno fuderit, genuerit Verbum adorandum Pater omnipotens.

5 *Corporea*] M. Ant. Muretus de

Christo, ' qui incorporatus ac carne tectus, infinitis sese laboribus, cruciatibus, ærumnis, morti denique teterimæ atque acerbissimæ exposuit, quo sudore ac sanguine suo ab animis nostris durissimum jugum æternæ depelleret servitutis.'

7 *Numine*] Angelo Gabriele, qui supremi Numinis vices agebat, cum ad beatissimam Virginem orator missus sacra legatione defunctus est.

*Quem tumuere sinus*] Id est, ob quem, per quem tumuere virginei sinus.

Virginei tumuere sinus, innuptaque mater  
 Arcano stupuit compleri viscera partu,  
 Auctorem paritura suum. Mortalia corda 10  
 Artificem texere poli, mundique repertor  
 Pars fuit humani generis, latuitque sub uno  
 Pectore, qui totum late complectitur orbem ;  
 Et, qui non spatiis terræ, non æquoris unda,  
 Non capitur cœlo, parvos confluit in artus. 15  
 Quin et mancipii nomen, nexusque subisti,

*tumuit, et mater innupta mirata est uterum suum impleri factu secreto, paritura creatorem suum. Viscera mulieris Mariæ ceperunt opificem Cæli, et conditor mundi unus fuit ex hominibus, et delituit sub unis visceribus ille, qui continet late totum mundum; et qui non comprehenditur vastitate terræ, non aquis maris, non comprehenditur cœlo, descendit in corpus exiguum. Quin etiam, Christe, passus*

marg. Parm. Gesn. et ed. Bipont. *Quem verbo vel Quemque utero* inc. Heins. *lumine viso* vet. Gyr. *angulo* duo Petav. *angelo* Vat. sec. Bartholin. Oisel. *angele* Exc. Læti et Lucens. pr. *viso* Vat. pr. Pal. Pric. Vat. tert. m. pr. *missio* Vat. quart. deerat vero hic versus Med. sec. Florent. Exc. Petav. quart. et Oxon. sec.—8 *intumuere* Ambr. pr. *tumuere* Put. Petav. pr. Exc. Petav. quart. *timuere* Petav. sec. Ambr. pr. m. pr. vet. Gyr. *tenuere* Oxon. sec. *patuere* Pric.—9 *compelli pro compleri* Cod. Bartholin.—10 *Actorem* Vat. sec. Pal. Med. pr. inc. Heins. Moret. pr. Buslid. *mortalia membra* vet. Gyr.—11 *texere* Med. pr. Exc. Lucens. pr. *cepere* Oxon. sec. *fudere* Vat. tert. Pric. Oisel. Florent. Med. sec. *mundique rector* Buslid. *redemptor* conj. Heins.—12 *lavique sub uno* Oxon. sec. *sub uno* Med. quart. inc. Heins. Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—13 *totum...latum* Buslid.—14 *spatio* Oisel. Oxon. sec.—15 *Non capitur* Florent. Med. sec. *Nec tres* Vatt. Pal. Exc. Læti. *defluxit* Buslid. *construxit* Med. sec.—16 *Quin et supplicium* Vat. tert. Florent. *supplicium mortis* Pric. *supplicium nomen* Buslid. *supplicii* Gesn. *numen* Florent. *nexumque* Buslid. *noxasque*

## NOTE

8 *Innuptaque mater*] Falso dicitur innupta, quia scilicet vero legitimoque matrimonii nexu Virgo copulata est S. Josepho; sed forsannupta dicitur, quod intactum Virginitatis florem conservavit, non secus ac si fuisset innupta.

10 *Corda*] Præcordia, viscera: 'Beatus venter qui portavit Christum,' et texit, occultavit.

15 *Non capitur*] Id nempe canit Ecclesia: 'Virgo Dei genitrix, quem

totus non capit orbis, In tua se clausit viscera factus homo.'

16 *Mancipii*] Alii legunt *Supplicii*. Servum intellige, qui suppliciis obnoxius est, et cujus vicem sustinuit, ut nos liberali causa assereret manu. Hoc carmen Barthius attribuit Damaso viro docto; id fieri non debere Claverius negat. Quod ad versus attinet, ii certe Damasi versibus videntur esse concinniores. In his Poëta pro Imperatore precatur.

Ut nos subriperes leto, mortemque fugares  
 Morte tua: mox ætherias evectus in auras,  
 Purgata repetis lætum tellure parentem.  
 Augustum foveas, festis ut sæpe diebus  
 Annua sinceri celebret jejunia sacri.

20

*es nomen servi, et vincula, ut liberares nos a morte, et expelleres mortem nostram morte tua: at deinde tu elatus in sedes cælestes, mundo expurgato redis ad Patrem gaudentem. O Christe, conserva Imperatorem Augustum, ut sæpe in diebus festis observet jejunia sacri sinceri.*

conjiciebat Heins. *subistis* Florent. Cod. Bartholin.—17 *subriperes* Pal. *eriperes* tres Vatt. Bartholin. Pric. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Pat. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. et Læti.—18 *in aures* Vat. sec.—19 *purgatam* Florent. tres Med. *repetens* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. Oxon. sec. Cod. Bartholin. Exc. Læti. *lætum* Oxon. sec. Vat. Livin. *lotum* Moret. pr. *lætam* Bonon. *lætantem* Exc. Petav. quart. *læta* Vat. tert. duo Med. Ald. *læta te* Petav. sec. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *te luce* quatuor Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Pric. Rott. Oisel. Oxon. sec. Exc. Læti, Parm. Junt. Isingr. Gryph. *læta de luce parentem* Buslid.—20 *Augustus* Pal.—21 *celebrent* Med. sec. Heinsius post hoc carmen manu sua ascripserat aliud, quod in Petav. pr. manu recenti margini ascriptum offenderat cum hac Inscriptione, EUGLERIUS COMES. O Pater omnipotens celsi dominator Olympi, &c. ubi in vs. 6. erat *Dirige vela tuo. curvo deducere rectum.* sed edidit, *Dirige vela precor.*

## XCVI.

## 46. ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ.

Ἦ πυρὸς ἀενάοιο σοφὴν ὠδῖνα φυλάσσω,  
 Ἐμβεβαῶς κόσμοιο παλινδίνητον ἀνάγκην,

## IN SERVATOREM.

## INTERPRETATIO POETICA

*Ignis inexhausti custos, partusque sagacis,  
 Qui refluos mundi voluisti haurire labores,*

## INTERPRETATIO PROSA

O qui ignis æterni sapientem partum in te servas, ingressus mundi

## NOTÆ

*Eis τὸν σωτήρα]* Hæc Epigrammata codicibus, et hæc non solum, sed et Græca non reperiuntur in vetustis carmina sequentia: ex Joannis Ca

Χριστὲ θεοβόρητοιο βίου φυσίζου πηγῆ,  
 Πατρὸς ἀσημάντοιο Θεοῦ πρωτόσπορε φωνῆ,  
 Ὅς μέγα μητρώων τοκετῶν ἐγκύμονα φόρτον,

5

INTERPRETATIO POETICA

*Christe, immortalis fons fecundissime vitæ,  
 Primigeniumque Patris, qui temperat omnia, Verbum:  
 Quo prægnans, mirum! quo facta puerpera Virgo,*

INTERPRETATIO PROSA

turbulentam necessitatem, Christe, divinæ vitæ alme fons, Patris æterni Dei primogenitum Verbum; qui, o prodigium! matris puerperæ gravi-

Ad hæc Græca nullæ Var. LL. notatæ erant. sed in vet. Cod. Pal. erat Scholium marginale. Οὗτος ὁ Κλαυδιανὸς ὁ γράψας τὰ Πατριὰ Τάρσου, Ἀναξάρτου, Βηρούτου, Νικαίας.

NOTÆ

mertis Codice prodiisse putat Heinsius. Camers tamen hæc omnia, ex antiquissimo Codice, Claudiano se asserere testatur. Nec est quod quis objiciat Poëtam hunc, cum paganicæ superstitioni deditus esset, nunquam sibi in mentem inducturum fuisse, ut res Christianas celebraret. Etenim assentatorem hominem Honorio Principi Christiano placendi cupiditas eo facile impulit, ut prædicatis Religionis nostræ mysteriis hujusce Imperatoris benevolentiam aucuparetur. Sic et Triboniani viri a Christiana religione, Suida referente, alienissimi, ex Justiniani sententia, de Christo, et de summa Trinitate multa sunt, si non pie cogitata, at dicta præclare. Quicquid sit, his inest etiam versibus et elegantia.

1 Πυρός] Ignis, per quem certe intelligendus est Spiritus sanctus; nam Christus 'conceptus ex Spiritu Sancto,' qui in Sacra Scriptura dicitur ignis: apud S. Lucam de Christo, 'ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur?' Ubi SS. Augst. et Greg. ignem interpretantur Spiritum Sanctum. Unde et Ecclesia canit, fons vivus, ignis, caritas.

Σοφὴν ὠδίνα] *Sapientem partum*, nam ὀδύνη et ὠδὴν significat *dolorem partus: φυλάσσω, custodiens, servans*; hoc est, o Christe, qui servas et contines in te ipso partum et opus 'Spiritus sapientiæ;' sic in Isaia legimus, 'Requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini.'

2 Κόσμοιο] S. Joannes: 'Misi Deus Filium suum in mundum,' qui optime comparatur cum mari turbulento.

Ἀνάγκην] *Necessitatem*: 'Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?'

3 Φυσίζου] *Φυσίζοος, qui vitam producit, almus, aut qui alit.* S. Joannes, 'Aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.'

4 Ἀσημάντοιο] Ionice pro ἀσημάντου. Ἀσημάντος autem est *rectore carens, nullo signo notatus, qui a nemine pendet, cui nemo præest.* Theologi vocant 'Deum independentem:' et Ecclesia dicit, 'Patrem omnipotentem, æternum.'

Φωνῆ] *Primogenitum Verbum.* S. Joan. 'Deus erat Verbum,' &c.

5 Μέγα] O rem magnam! o prodi-



Καὶ γόνον αὐτοτέλεστον ἀνυμφεύτων ὑμεναίων  
 Στήσας, Ἀσσυρίης γενεῆς ἐτερόφρονα λύσσαν,  
 Ὀργια δ' εἰδώλων κενεῶν ψευδώνυμα λύσας,  
 Αἰθέρος ἀμφιβέβηκας ἐφ' ἐπτάζωνον ὄχηα,  
 Ἀγγελικαῖς πτερύγεσσιν ἐν ἀρήγοισι θαάσσων  
 Ἰαθι παγγενέταο Θεοῦ πρεσβήιον ἦμμα,  
 Φρονρὲ βίον, σῶτερ μερόπων, αἰῶνος ἀνάσσων.

10

## INTERPRETATIO POETICA

*Qui perfectam in te monstras sine conjuge prolem;  
 Gentis et Assyriæ rabiem et contraria vota,  
 Vanaque falsorum procul ejicis orgia Divum,  
 Invectus septemgeminum super æthera curru,  
 Angelicasque premens, non fanda sedilia, pennas,  
 Eia fave, antiquum lumen Patris omniparentis,  
 Custos vitæ, hominumque salus, atque arbiter ævi.*

## INTERPRETATIO PROSA

dum onus, et prolem in se perfectam virginei matrimonii constituisti, Assyriæ gentis aliter sentientem rabiem, et sacra Idolorum vanorum falsa dissolvens, Cæli ascendisti ad septemgeminam portam, in Angelicis alis innumeris nunc sedens: fave, o omniparentis Dei antiquus oculus, custos vitæ, servator mortalium, sæculorum rex.

## NOTÆ

gium! Isaias, 'Dabit Dominus ipse vobis signum.'

6 Ἀνυμφεύτων ὑμεναίων] *Matrimonii virginei*: Virgo enim Joseph habebat conjugem, sed erat quasi sine conjuge, siquidem 'virum non cognoscebat:' et 'Virgo concepit et peperit.'

7 Ἀσσυρίης] Ionice pro Ἀσσυρίας. In veteri Testamento Assyrii passim dicuntur hostes populi Dei, atque adeo Idololatræ. Ieremias, 'Quid tibi cum via Assyriorum,' &c.

8 Ὀργια] De his supra.

9 Ἐπτάζωνον ὄχηα] Ὀχεὺς, ὄχος, vel ὄχηος, *retinaculum, lorum*, et sic quodammodo usurpari potest pro *curru*, pars pro toto: vel ὄχεὺς est *vectis, pessulus portæ*, et sic pro porta ponitur, pars etiam pro toto. Hinc bifariam locum hunc explicamus: *Ascendis ad portam Cæli septemgeminam*, vel *circumambulas per Cælum curru septemgeminum*. Id quod dicitur a Poëta, quod numerus ille septenarius magni

fiat in Sacra Scriptura. Mundi creationi finem imposuit Deus, 'die septimo: Jacob serviit septem annis pro Rachel: Abraham statuit septem agnos: septem millia assignati in beatitudine: oculi ejus sunt septemplexes: septem plagæ septem Angelorum,' &c. Sed et per Ἐπτάζωνον intelliguntur septem cingula, septem virtutes, septem dotes, quibus sese Christus vestiit atque involvit: seu septem dona Spiritus Sancti, de quibus antea; et quæ faciunt ut Ecclesia canat, 'Tu septiformis munere.'

10 Ἀγγελικαῖς πτερύγεσσιν] Ezechiel, 'Egressa est gloria Domini a limine templi, et stetit super Cherubim; et elevantia Cherubim alas suas,' &c. S. Petrus: 'Christus profectus in Cælum subjectis sibi Angelis,' &c. Sed et Christus 'ambulat super pennas ventorum,' ex Davide Rege.

11 Πρεσβήιον ἦμμα] Christus est oculus antiquus, vel potius æternus

## NOTÆ

æterni Patris. S. Paulus de Christo, 'qui cum sit splendor gloriæ, et substantia figuræ ejus.'

12 Φρουρὲ βίον] *Custos vitæ*. S. Joannes de Christo, 'Ego veni ut vitam habeant.'

Σῶτηρ] *Servator*; nam ex S. Matth. 'Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.'

Αἰῶνος ἀνάσσω] *Rex æternitatis et*

*sæculorum*. S. Paulus, 'Regi sæculorum immortalī.'

Hæc Epigrammata Græca, a nemine adhuc traducta aut notis illustrata, pluribus illustravimus, quod res divinas continerent, quibus certe aut nos totos dedere, aut ad eas omnes nostras cogitationes et vigilias referre deberemus.

## XCVII.

## 47. ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΕΣΠΟΤΗΝ ΧΡΙΣΤΟΝ.

Ἄρτιφανὲς, πολιοῦχε, παλαιγενὲς, νιὲ νεοττῆ,  
Αἰὲν ἐὼν προεὼν τε, ὑπέρρατε, ὕστατε, Χριστέ,  
Ἄθανάτοιο πατρὸς, καὶ ὁμόχρονε, πάμπαν ὅμοιε.

## IN CHRISTUM DOMINUM.

## INTERPRETATIO POETICA

*Lux nova, Rex mundi, puer omni gnatus ab ævo,  
Et nuper, semperque manens et sideris instar  
Exoriens, supreme simul, simul ultime Christe,  
Patri immortalī similis virtutis et ævi.*

## INTERPRETATIO PROSA

Nuper apparens, urbium custos, ab omni ævo genite, puer recens a partu, semper existens et nuscens, supreme, ultime Christe, immortalis Patris et æquæve et omnino similis.

## NOTÆ

1 Παλαιγενὲς] Ad verbum sonat *olim genite*: sed malui dicere *ab omni ævo, ab omni æternitate*. Nam, ut doctrina et virtute spectatissimus et amicissimus mihi Callyus, Eloquentiæ ac Philosophiæ Professor Regius, cujus doctis et salubribus consiliis utor sæpissime, me monebat; cum Arius pessimus diceret de Christo, 'non erat,' et inde impias conclusiones eli-

ceret, repellenda est vel levissima veneni istius aura, quo veneno alias infectus est orbis fere universus.

Neοττῆ] Prosequitur duplicem Christi nativitatem, unam scilicet ab omni æternitate, et alteram in tempore.

2 Ἐπέρρατε, &c.] S. Joannes de Christo: 'Ego sum α et ω, principium et finis.'

3 Ὅμοιε] *Consubstantialis*, vel ejus-

## NOTÆ

dem substantiæ, *ἁμοούσιος*, id quod Ariani negabant. Hinc in l. II. C. de Summa Trinitate, 'in corruptæ Trinitatis indivisa substantia, quæ Græco verbo *ἁμοούσια* recte credentibus dicitur.'

## XCVIII.

## 48. LAUS CHRISTI.

PROLES vera Dei, cunctisque antiquior annis,  
 Nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor  
 Ante tuæ, matrisque parens; quem misit ab astris  
 Æquævus Genitor, verbique in semina fusum  
 Virgineos habitare sinus, et corporis arcti 5  
 Jussit inire vias, parvaque in sede morari,  
 Quem sedes non ulla capit: qui lumine primo  
 Vidisti quicquid mundo nascente crearas.  
 Ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas  
 Ætatis sentire vices, et corporis hujus 10  
 Dissimiles perferre modos, hominemque subire,

O Christe, vere Fili Dei, vetustior sæculis omnibus, qui nunc natus es, qui semper eras; et creator prius luminis proprii, et pater parentis tuæ: Christe, quem pater coævus misit ex Cælo, et Verbum carnem factum jussit claudi in utero Virginis, et intrare meatus corporis angusti, et manere in mansione exigua, quem nulla mansio comprehendit: qui primo aspectu aspexisti ea omnia quæ produxeras, mundo exsurgente. Ipse artifex sui, ipse opus suarum manuum, sustinuit ferre vicissitudines acerbis temporis, et tolerare mutationes dispares hujusce corporis mortalis,

Desiderantur hoc et sequens Carmen Mss. omnibus et ed. Parm.—4 Æquævus genitor verbi, qui Barth.—9 sui edd. vett.—15 Conscia patris Barth.—

## NOTÆ

4 *Verbique in semina fusum*] Christus nempe ab æterno Patre e Cælo in terras missus est, et roris instar fusus ad spargenda semina Verbi divini.

11 *Modos*] Varias corporis hujusce mutationes, quibus modo puer est,

modo adolescens, modo juvenis; et pro variis illis ætatis mutationibus corpus quadam ratione mutari videtur.

*Hominemque*] Christus subiit hominem, dum se humano corpori obnoxium reddidit, ut omnibus Deum homi-

Ut possis monstrare Deum, ne lubricus error,  
 Et decepta diu varii solertia mundi,  
 Pectora tam multis sineret mortalia sæclis  
 Auctorem nescire suum. Te conscia partus 15  
 Mater, et attoniti pecudum sensere timores.  
 Te nova sollicito lustrantes sidera visu  
 In cœlo videre prius, lumenque secuti  
 Invenere Magi. Tu noxia pectora solvis,  
 Elapsasque animas in corpora functa reducis, 20  
 Et vitam remeare jubes. Tu lege recepti  
 Muneris, ad Manes penetras, mortisque latebras  
 Immortalis adis: nasci tibi nam fuit uni  
 Principium, finisque mori: sed nocte refusa,

*ac pati incommoda hominis, quo valeas ostendere Deum, ne error fragilis, et prudentia orbis diversi diu delusa, permetteret animos hominum per tot sæcula ignorare suum creatorem. Mater tua, Christe, conscia partus te cognovit, et pecudes timentes et obstupefactæ agnoverunt te. Magi observantes oculis curiosis stellam novam aspexerunt te prius in Cælo, et sequentes lucem reppererunt te. Tu sanas corda languida, et revocas in membra mortua animas effugientes; atque imperas vitam redire. Tu titulo provinciæ tibi demandatæ, descendis ad Inferos, et ipse mortis expers intras ergastula mortis: etenim initium fuit tibi uni nasci, et finis mori. At*

22 *Numinis pro Muneris* malebat Heins.—23 *non fuit Barth.* nam haud fuit

## NOTÆ

nem, Deum aspectabilem ostenderet; sicque doceret alios, ‘tanquam auctoritatem habens.’

12 *Lubricus error*] Error qui reddit homines lubricos, et casui obnoxios, quasi per viam glacie lubricam incederent.

13 *Decepta solertia*] Id est, prudentes vario errore delusi.

*Varii mundi*] Id est, hominum diversorum per orbem late dispersorum.

16 *Attoniti pecudum timores*] Timor pecudum attonitorum indicavit Deum esse qui nasceretur.

18 *In cælo videre prius*] Magi observantes in Cælo novam stellam, inde conjecerunt justitiæ Solem nasciturum; et secuti eandem stellam ‘invenerunt puerum cum Maria Ma-

tre ejus,’ in stabulo Bethlemitico, ‘et procidentes adoraverunt eum.’ Magi autem erant Philosophi sapientissimi, iidemque sacerdotes, ipsis Regibus venerandi, atque etiam Regum nomine cohonestati.

19 *Noxia pectora*] Tu solvis et sanas hominum corpora morbo laborantia, et præcipue animas vitiorum noxia peste infectas.

24 *Principium, finisque mori*] Uni Christo initium fuit nasci, et laborum finis mori, moxque virtute propria resurgere; vel Christus eo fine nasci voluit, ut moreretur.

*Nocte refusa*] Alii legunt *reclusa*, aut *retusa*, id est, discussa, seu mortis tenebris dissipatis.

In cœlum patremque redis, rursusque perenni 25  
 Ordine purgatis adimis contagia terris.  
 Tu solus, Patrisque comes: tu Spiritus insons,  
 Et toties unus, triplicique in nomine simplex:  
 Quid, nisi pro cunctis, aliud? Quis credere possit,  
 Te potuisse mori, poteras qui reddere vitam? 30

*tenebris mortis dissipatis reverteris in Cœlum et ad Patrem, et iterum serie perpetua eripis contagionem mundo repurgato. Tu solus es Filius, et comes Patris; Spiritus sanctissimus, et toties unus Deus, et simplex in nomine tergemino. Quid aliud, nisi pro omnibus personis dicam? Quis posset credere te potuisse mori, qui poteras restituere vitam?*

conj. Heins.—24 nocte reclusa, vel retusa conj. Heins.—27 Spirituum fons pro Spiritus insons Barth.—29 Quid nisi pro cunctis (aliud quis credere possit) Barth.

## XCIX.

### 49. MIRACULA CHRISTI.

ANGELUS alloquitur Mariam, quo præscia verbo  
 Concipiat, salva virginitate, Deum.  
 Dant tibi Chaldæi prænuntia munera Reges,  
 Myrrham homo, rex aurum, suscipe thura Deus.  
 Permutat lymphas in vina liquentia Christus: 5  
 Quo primum facto se probat esse Deum.  
 Quinque explent panes, pisces duo, millia quinque:  
 Et Deus ex parvo plus superesse jubet.

*Angelus Gabriel annuntiat Mariæ, oratione qua prius certa facta concipiat Deum, intacta virginitate. Reges Chaldæi Magi offerunt tibi, o Christe, dona nuntia magnitudinis futuræ; tu ut homo recipis myrrham, ut rex aurum, ut Deus thura. Christus mutat aquam in vinum optimum; quo miraculo primum ostendit se esse Deum. Panes quinque et duo pisces satiant quinque millia hominum, et Deus*

#### NOTÆ

- 1 *Alloquitur*] In civitate 'Galilææ, cui nomen Nazareth.'  
 2 *Concipiat*] 'Ecce concipies in ntero, et paries,' &c.  
 3 *Dant Chaldæi munera Reges*] 'Ecce Magi ab oriente venerunt... et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham.'  
 5 *Permutat lymphas in vina*] 'Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ, et manifestavit gloriam suam.'  
 8 *Plus superesse jubet*] 'Collegerunt ergo et impleverunt duodecim cophi-

- Editus ex utero cæcus nova lumina sensit,  
 Et stupet ignotum se meruisse diem. 10  
 Lazarus e tumulo, Christo inclamante, resurgit,  
 Et duræ mortis lex resoluta perit.  
 Nutantem quatit unda Petrum : cui Christus in alto  
 Et dextra gressus firmat, et ore fidem.  
 Exsanguis Christi contingit foemina vestem : 15  
 Stat cruor in venis ; fit medicina fides.  
 Jussus post multos graditur paralyticus annos,  
 Mirandum, lecti portitor ipse sui.

*ex tam tenui cibo imperat plus restare. Homo cæcus sic natus ex matre recepit visum novum, et admiratur se promeritum esse lucem incognitam. Lazarus, Christo vocante, resurgit ex sepulcro, et lex mortis severæ sublata evanescit. Aqua concutit Petrum labantem: cui Christus in mari profundo confirmat manu pedes titubantes, et fidem suo ore. Fœmina amittens sanguinem tangit vestimenta Christi: et sanguis remanet in venis; fides fit ipsi remedium. Paralyticus jussu Christi ambulat tandem post annos complures, ipse gestans lectum suum, rem admirabilem!*

## NOTÆ

nos fragmentorum ex quinque panibus hordaceis, quæ superfuerunt... Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus et parvulis.' Hoc miraculum editum est in deserto Bethsaidæ, trans mare Tiberiadis. Alias Christus septem panibus et quibusdam pisciculis pavit 'quatuor millia hominum, extra parvulos et mulieres.'

9 *Cæcus*] Cæcus ille natus sic loquitur de Christo, 'Lutum mihi posuit super oculos, et lavi et video.'

10 *Meruisse*] Ex misericordia dantis et fide: hos enim sua fides salvos faciebat.

11 *Christo inclamante*] Christus, 'voce magna clamavit, Lazare veni foras. Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes,' &c.

12 *Duræ mortis lex*] Quæ neminem sinit resurgere.

13 *Petrum*] Hic 'ambulabat super

aquam, sed cum cœpisset mergi, clamavit dicens, Domine salvum me fac: et continuo Jesus extendens manum, apprehendit eum, et ait illi, Modicæ fidei, quare dubitasti?'

15 *Exsanguis*] Hæmorrhøissa, seu 'mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, duodecim annis, nec ab ullo medico potuit curari, tetigit fimbriam vestimenti ejus, et confestim siccatus est fons sanguinis.'

16 *Fit medicina fides*] 'Confide filia,' aiebat Christus: 'fides tua te salvam fecit.'

17 *Paralyticus*] Sic dicitur, ἀπὸ τοῦ παραλύειν, *dissolvere*, quod hic morbus resolvat membra, et ipsis sensum ac motum adimat. Hunc autem, quem 'per tegulas submiserunt,' sic Christus alloquutus est: 'Surge, tolle grabatum tuum, et ambula.' Hinc dicitur, *lecti portitor ipse sui*.



## C.

## 50. IN SIRENAS.

DULCE malum pelago Siren, volucresque puellæ,  
 Scyllæos inter fremitus, avidamque Charybdin,  
 Musica saxa fretis habitabant dulcia monstra,  
 Blanda pericla maris; terror quoque gratus in undis.  
 Delatis licet huc incumberet aura carinis, 5

*Siren, malum jucundum in pelago, et virgines alatae inter murmura Scyllæ, et Charybdis rapacis incolebant rupes resonantes in freto: hæ Sirenes erant monstra grata, pericula dulcia pelagi, timor etiam amabilis in aquis. Quamvis ventus fer-*

Hoc Epigramma erat in Schedis Gudianis, sed in Mss. omnibus, et ed. Parm. desideratur.

1 *Sirenæ pro Siren* edd. Ald. Isingr. Gryph.—4 *terrorque gratus in undis*

## NOTÆ

1 *Dulce malum*] Nautis jucundum, sed etiam inimicum.

*Siren*] De Sirenibus jam supra quædam diximus: sed hoc addatur ex diebus Genialibus laudati jam Alexandri ab Alexandro: aiebat 'Theodorus Gaza, vir Græca facundia clarus, et Philosophiæ præceptis imbutus egregie...cum in Peloponneso ageret, et fæda maris tempestate oborta durissimo tempore anni, nonnulla piscium monstra procellæ ad littus illisissent, inter cetera vidisse Nereidem in littore fluctibus expositam, viventem jam et spirantem, vultu haud absimili humano, facie quoque decora, neque invenusta specie, corpore squamis hirta ad pubem usque... Sed eam, cum se in sicco destitutam videret, præ dolore gemitus spirantes et lacrymas uberes dedisse.' At cum aquis admota esset, crescente fluctu ex oculis mirantium evanuit. Sirenes autem et Nereides inter se dissepant. Nereides non sunt ala-

tæ: secus de Sirenibus, quæ ab Euripide dicuntur Πτεροφόροι νεαρίδες Παρθένοι, *alatae puellæ Virgines*. Porro Sirenes dicuntur non ἀπὸ τοῦ σέρειν, *trahere*, etsi cantu nautas attrahere jactentur, alioqui contra veterem scribendi rationem, dicendum esset *Syrenes*: sed sic appellantur ἀπὸ τῆς σείρᾱς, quod *vinculum est et catena*, quod suis concentibus vinctas audientium aures tenere atque irretire fingantur.

*Volucresque puellæ*] Ita pingebantur, ut pulchræ inter puellas pulcherrimas, cantu gratæ inter aves canoras haberentur.

2 *Scyllæos, Charybdin*] 'Hinc fabulæ Charybdim et Scyllam peperere; hinc latratus auditus; hinc monstri credita simulacra dum navigantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti latrare putant undas, quas sorbentis æstus vorago condidit.'

3 *Fretis habitabant*] Sirenes habitabant saxa in freto Siculo, sed *Musica*

Implessentque sinus venti de puppe ferentes,  
 Figebat vox una ratem; nec tendere certum  
 Delectabat iter reditus, odiumque juvabat:  
 Nec dolor ullus erat: mortem dabat ipsa voluptas.

*retur in hunc locum, navibus impulsis, et flamina prospera ex puppe replevissent vela, cantus unus sistebat navim, et neque placebat ire viam certam reversionis, et odium gratum erat: neque erat dolor ullus; delectatio ipsa afferebat mortem.*

//////////

*Delatus* Ald.—7 *cæptum* pro *certum* conj. Heins.—8 *otiumque* Ald. *ociumque* Isingr. Gryph.—9 *color ullus* Ald. marg. Gryph.

## NOTÆ

seu blando concentu resonantia. lius: 'Expectet facilemque fugam,  
 6 *Venti ferentes*] Faventes. Virgi- ventosque ferentes.'

CI.

ANONYMI POETÆ

LAUDES

HERCULIS.

**P**IRRIDUM columen, cujus Parnassia magno  
Numine templa sonant, læto, precor, huc age, Phœbe,  
Te conjunge choro : penetralia sancta sororum,  
Et nova Castalios latices per rura petentem  
Hippocrenæum victorem insistere fontem 5  
Me fac : namque tuam non nunc novus advena turbam

*Huc verte te, o Apollo, qui es præsidium Musarum, cujus numine magno sacraria Parnassi resonant ; et jungte te cœtui gaudenti, oro te : concede mihi advenienti templa sancta Sororum Musarum, et aquas Castalias per iter novum, ingredi fontem Hippocrenæum in morem triumphantis. Etenim ego non jam novus hospes venio in*

Deest hoc carmen Mss. omnibus.

2 *Phœbe precor huc age læto* Ald. *Latio...choro* conjecerat Heins.—3 *Tecum cuncta choro* Ald. Isingr. Gryph. *Tecum jungte* Claver. *penetralib.* pro *penetralia* Ald.—5 *insistere fonte Me face. namque* Livin. *Hippocrenæo v. insistere fonte vel fonti Me fas* malit Heins. *Hippocrenæon v. sistere fontem* Ald. Isingr. Gryph. *Hippocrenæo v. sistere fonti Me dignare tuam.* Delr.—6 *Me famamque*

NOTÆ

*Anonymi*] Anonymus dicitur is, cujus nomen incognitum est, vel qui est sine nomine, ab α, sine, et ὄνομα, quod nomen sonat.

nassus, in quo, velut in templo et sanctis penetralibus, Phœbus et Musæ seu novem sorores habitant.

2 *Templa Parnassia*] Ipse est Par-

5 *Hippocrenæum*] De Hippocrenæo et Castalio fonte supra. Heinsius ta-

Ingredior, laurosque gerens, et florea sertis  
 Tempora vincta tuis, doctorum munera vatam.  
 Testor adhuc veteres, quamvis desuetus, honores.  
 Alcides mihi carmen erit, germana Tonantis 10  
 Progenies, dignus credi post viscera numen,  
 Semper ob immensos invicti roboris aestus.  
 Nec nasci potuisse vacat: nam lucis in ipsis,  
 Inclyte, principiis, tardo vix editus ortu,  
 Fecisti de patre fidem. Sed cur mihi lentis 15  
 Ludis adhuc, Cyrrhæe, modis, tenerumque resultans  
 Luxuriante leves impellis pollice chordas?  
 Pone habitum, quo mollis amas; et frondis amatæ  
 Linque nemus, mollique exutus tempora lauro  
 Populea mecum carmen luctare sub umbra. 20

*consessum tuum, ferens lauros, et caput floridum coronatum floribus tuis, quæ præmia sunt Poëtarum eruditorum. Ego profero in testimonium adhuc honores antiquos, etsi non assuetus amplius. Hercules erit mihi argumentum versuum, filius verus Jovis fulminantis, meritis haberi Deus post ortum suum semper propter impetus insuetos virium indomitaram. Nec licuit tibi potuisse nasci; nam in ipsis initiis vitæ, o Hercules illustris, ægre emissus in lucem partu lento, probasti patrem. At quare, o Apollo Cyrrhæe, ludis adhuc cantibus adeo mollibus, et resonans dulciter pulsas digitis lascivis chordas leves? Depone vestem, qua agis amatorem, et desere sylvam arborum amicarum, et exuens caput lauro leni, conde versus*

*tuam, nam nunc Ald. Me famamque tuam Isingr. Gryph.—10 Romana Tonantis Ald. Isingr. Gryph. non vana Scalig. Barth.—12 Cui super immensos pro Semper ob Livin. Cui semper immensos Ald. in immensos Isingr. Gryph. actus*

## NOTÆ

men mallet *Hippocrenæos victorem insistere fontes*. Id quod etiam mihi magis arrideret.

*Insistere fontem]* Id est, ingredi; ut apud Virgilium: 'Nulli fas casto sceleratum insistere limen.'

8 *Doctorum munera vatam]* Quæ sunt vel lauri, vel hederæ, ut apud Horatium: 'Doctarumque hederæ præmia frontium.'

9 *Testor]* Quasi diceret, Ego non sum in Parnassi templo novus hospes, novus advena, cum possim id probare testimonio honorum, quos ego sum consecutus.

*Desuetus]* Jam remotus a condendis  
*Delph. et Var. Clas.*

earminibus, et desuetus artem repone-  
 nere videor.

15 *Fecisti de patre fidem]* Ostendisti te patrem habere Deum seu Jovem.

16 *Cyrrhæe]* Alii legunt *Cyrrhæa*; quasi diceret, O Apollo, cur ludis Cyrrhæa carmina, seu more tuo amatoria, sub lauri tegmine; cum debeas potius versus heroicis meditari sub umbra populea, quæ sacra est Herculi?

*Tenerumque]* Et modo amatorio.

20 *Carmen luctare]* Elabora potentius, et inspira mihi, in laudem Herculis, sub umbra populea: quia popu-

*Claud.*

4 F

Jam grave plus etiam, quam ventris tempora vellent,  
 Alcmenam tendebat onus : sed regia Juno  
 Impedit, et partus prohibet, nascique vetabat,  
 Ut metus ipse Deum monstret: nec vivida cœli  
 Semina mortales norunt sentire latebras, 25  
 Nec possunt sufferre moras. Datur inde novercæ  
 Materies; gravibusque odiis augmenta ministrat,  
 Quod vinci cœpisse pudet. Mox improba binos  
 In tua membra jubet, dum nasceris, ire dracones.  
 Incumbunt celeres illi, squamosaque jussus 30  
 Armat colla furor: nec, quamvis maxima tractu,  
 Tardantur spiris: sequitur pars cetera pectus.  
 Tristis Tartarea vibratur sibilus aura.

*mecum velut luctando sub arbore Herculea. Jam pondus grave distendebat Alcmenam plus etiam quam tempora partus sinerent. At Juno regina obstat, et remoratur partum, ac prohibebat nasci Herculem, ut timor ipse illius ostendat Deum. Neque semina vigentia Deorum possunt perferre angustias mortales, neque valent pati retardationem: hinc causa iræ præbetur novercæ Junoni, et suppeditat incrementa odiis asperis, quod erubescat incepisse superari. Statim illa Juno maligna imperat serpentes duos invadere in tuum corpus, cum nasceris. Illi serpentes veloces incubant, et ira imperata asperat colla eorum squamea: et licet longa sint reptatu, non tamen retardantur gyro: pars reliqua corporis sequitur pectus. Sibilus funestus*

Livin.—16 *Cyrrhæ* Livin.—22 *Alcmenam* Livin. Ald. *Alcmena* Isingr. Gryph.  
 —32 *Tardatum* pro *Tardantur* Livin.—42 *Quod novit* Isingr. Gryph. *notis*

## NOTE

lus est sacra Herculi.

21 *Quam ventris tempora*] Plusquam novem menses: nam cum esset in fati Eurysthei et Herculis, eum imperaturum esse, qui prius nasceretur, Juno, Herculi infensa, Eurystheum mense septimo nasci jussit; Herculis vero ortum in primum diem mensis decimi prorogavit.

22 *Tendebat onus*] Ovidius de Alcmena: 'Tendebat gravitas uterum mihi,' &c.

24 *Metus*] Metus ipse Junonis arguit Deum esse Herculem.

*Vivida cœli semina*] Hercules, vivido Jovis semine satus, non potest am-

plius pati angustias uteri mortalis, nec moram quam Juno nectebat: erumpit tandem, et obices omnes frangit. Hinc Juno ejus noverca irata, omni odio puerum persequitur, quod ipsam pudeat jam vinci cœpisse.

32 *Sequitur pars cetera pectus*] Colla serpentum, quos Juno ad Herculem infantem devorandum immiserat, erant maxima: sed tamen non retardantur spiris et voluminibus: quod spectat ad ceteram corporis partem, ea pectus sequebatur. Sic Virgilinus de serpentibus geminis: 'Pars cetera pontum Pone legit.'

Morte rubent oculi, trifidisque horrentia linguis  
 Ora sonant, nigrumque fremens levat ira venenum. 35  
 Quid nunc invictis fraudes innectere fatis,  
 Cœlicolum Regina, juvat? cur objicis angues?  
 Cur parvo geminos? anne unum posse necari  
 Jam strato Pythone times? Licet omnia mundi  
 Monstra voces, ipsamque armes serpentibus Hydram, 40  
 Defendet Natura Deum, patremque probabit,  
 Quod non vis constare, Jovem. Jamque irrita tetri  
 Jussa parant implere angues, miseroque furore  
 In sua fata tument. Cernit tua membra petentes,  
 Horrescitque parens, numenque ignara creasse 45

ob vaporem infernum emittitur ab ipsis. Oculi eorum rubescunt igne mortifero, et ora terribilia linguis trisulcis resonant, et ira sæviens attollit virus atrum. Quid nunc te delectat, o Regina Deorum, intexere dolos fatis indomitis? Quare immittis serpentes? Quare duos in infantem? An metuis unum jam occidi posse, Pythone extincto? Etsi advocas cuncta portenta Orbis, et armas Hydram ipsam colubris, natura sua tutabitur Deum, et ostendet Jovem parentem, id quod non vis certum esse. Jamque serpentes atri apparant exequi imperium vanum, et tumescunt in mortem tuam rabie miseranda, o Hercules. Mater tua aspicit et exhorrescit illos invadentes corpus tuum, et nescia sese edidisse Deum, metuit sensu pietatis hu-

malebat Heins.—43 miserorumque [f. miserumque] Ald.—44 tua edd. aliæ, sed sua Ald. Isingr. Gryph.—45 creasset Ald. Isingr. Gryph.—46 superbas Ald.

## NOTÆ

34 *Trifidis linguis*] Virgilius quoque de serpente: 'Linguis micat ore trisulcis.'

35 *Levat ira venenum*] Ira et rabies attollunt corpus tumens, et in corpore tumentis venenum atrum, quo homines infecti livescunt atque nigrescunt.

36 *Invictis fatis*] Heinsius scribendum putat *invictis fatis*, id est, Junoni repugnantibus.

37 *Regina*] O Juno, Deorum Regina, cur te juvat innectere fraudes fatis, seu velle fallere et avertere fata, quæ sunt invicta et indomita, quæ nulla ratione averti possunt, quæque Herculem monstrorum domitorem fore promittunt?

38 *Anne unum posse necari*] An ti-

mes unum serpentem posse necari ab Hercule, ut Apollo ejusdem Jovis filius occidit Pythonem; ac proinde duos immittis, ne occidantur? De Pythone supra, sicut et de Hydra.

41 *Defendet Natura Deum*] Natura divina, monstris omnibus fortior, Deum defendet: Herculem scilicet, qui Deus est.

*Patrem probabit*] Ostendet patrem Herculis esse Jovem, cum Hercules elisis monstris se Jove dignum reddat.

42 *Irrita*] Inania, vana jussa; siquidem angues non devorarunt Herculem, ut Juno jusserat.

45 *Numen creasse*] Alcmena nesciebat se peperisse numen, et ideo non sine gravi quodam horrore videbat



Mortali pietate timet. Nil, sancta, superbæ  
 Pellicis insidias cœlo modo freta tremiscas,  
 Neve hæc monstra tibi faciant, Alcmena, pavorem.  
 Sic mater potes esse Dei. Jam tolle serenum  
 Læta animum, tantoque libens hæc aspice vultu, 50  
 Ut deceat genuisse Jovem. Depone timorem  
 Indignum partu, natum quæ exemplar habebas.  
 Cui metuis, nil ipse timet : nam numine recto  
 Ridebas tu, Dive, trucesque, animosque superbos  
 De genitore tenes, votisque aptissimus orbis 55

*manæ.* Sed, o sancta Alcmena, nunc munita Cœlo non formides dolos pellicis arrogantis, neve hæc portenta incutiant tibi terrorem. Sic potes esse mater Dei. Jam gaudens attolle animum hilarem, et volens vide hæc omnia, eo vultu, quo decorum sit peperisse Jovem alterum. Pone metum indignum partu, quæ habebas exemplum in filio : ille, cui times, nihil timet : etenim tu, o Dive Hercules, divinitate vera irridebas angues, et habes ex patre spiritus feros et altos, atque

—47 tremescas Ald.—51 Jovi volebat Heins. deponere favorem Ald.—52 natumque exemplar habeto malit Heins. et sic Claver. natumque exemplar habebat Ald. habebit Livin.—53 lumine recto Livin.—54 truces sine copula Ald.—55 tenens conj. Heins. qui sic legendum putat : nam lumine recto Ridebas tu, Duce, truces,

## NOTÆ

angues filium suum invadentes. Creare optime dicitur pro parere, ut supra vidimus.

46 *Mortali pietate timet*] Timet ut solent mortales.

*Sancta*] Alcmena ex Jove gravida, et ideo velut consecrata ; vel quæ ab omni injuria defensa ac munita esse debet. Marcianus l. viii. D. de rerum divisione : ‘ Sanctum est quod ab injuria hominum defensum atque munitum est.’

47 *Pellicis*] Pellex *καταχρηστικῶς*, per abusum, hic sumitur : nam Alcmena pellex est, non Juno, quæ est Jovis conjux. Pellex autem vel a *pellendo*, quod uxorem legitimam thalamo pellat ; vel ἀπὸ τῆς παλλακῆς aut παλλακίδος, quæ voces notant concubinam ; vel a pelliciendo, quod alienos

ad se pelliciat viros.

*Cælo freta*] Metonymicῶς : id est, Jove, qui in cælo est, freta, nihil debes unquam pertimescere, ne ipsa quidem horribiliora monstra.

51 *Ut deceat genuisse Jovem*] O Alcmena, debes ita aspicere hæc monstra, ut deceat te genuisse alterum Jovem, hoc est, Herculem Jovi similem.

52 *Indignum partu*] Indignum tuo Hercule, quem peperisti, et quæ habes in nato non timente exemplum ad metum deponendum.

53 *Numine recto*] Heinsius legit, *lumine recto*, et bene.

55 *Votis aptissimus*] Aptissimus explendis votis hominum, te ad extinguenda orbis monstra expetentium.

Gaudebas tantam jam tum meruisse novercam.  
 Corripis exiguis mox grandia guttura palmis,  
 Et quamvis teneris, cogens in brachia pondus,  
 Corripis, illidens prensos tellure dracones.  
 Efferat ætherium, quantum volet, orbis in axem 60  
 Latoidas, verosque probet sua fabula Divos,  
 Quod Delo jam stare licet: non æqua laborum  
 Gloria, nec parili serpentes sorte necarunt.  
 Illi unum ferro: geminos hic inermis, et unus.  
 His coeptis non ulla parat cunabula partus 65  
 Diva tibi: sed cum totis jam bruma rigeret  
 Imbribus, et solidis hæerent flumina lymphis,  
 Nudum prægelidis durando firmat in undis.  
 Utque rudis primo tentasti robore gressus,  
 Frondosæ deserta vagus penetrabilia sylvæ 70  
 Secura jam matre petis, telisque tremendis  
 Ludis, et ætherias adducto dejicis arcu

*idoneus desideriis Orbis lætabaris jam tum meruisse novercam talem. Statim rapis guttura immania manibus parvis, et quamvis tenellis, adducens onus in brachia, rapis serpentes comprehensos, et elidis ad terram. Orbis, quantum volet, extollat ad Cælum filios Latonæ, et fabula sua ostendat illos esse Deos veros, quod concedatur nunc Delo stare: illis Diis gloria non est similis factorum, neque illi occiderunt angues fato pari. Etenim illi interfecerunt unum serpentem jaculis ferreis: hic Hercules solus et inermis interfecit duos. His inceptis, mater diva nullas parat tibi cunas post partum. At cum hyems jam horresceret pluviis omnibus, et fluvii constringerentur aquis concretis, corroborat te nudatum indurando in aquis glaciatis. Et statim atque expertus es primas vires ad incendendum, jam errabundus intrasti solitudines sylvæ alicujus opacæ, matre tua non metuente, et ludis cum*

*animosque superbos De Genitore tenens.—58 Heins. conj. Et quamvis crebris cogunt se in brachia nodis Porrigis vel Projicis, teneri Ald.—59 impressos linquens pro illidens prensos Livin.—61 Læto Idas pro Latoidas Ald.—62 Quo Delo Ald.—64 et inermis Ald.—71 telisque tremendum conj. Heins.—72 Ludis atherias*

## NOTÆ

56 *Meruisse novercam*] Gaudebas, o Hercules, meruisse novercam tantam; seu merito tuo, tua virtute habuisse occasionem fortitudinis exercendæ.

59 *Corripis, illidens, &c.*] Heinsius ita legit: *Et, quamvis crebris cogunt se in brachia nodis, Projicis, illidens, &c. nec male; nam supra jam præcesserat Corripis.*

61 *Latoidas*] Latonæ filios, Apollinem et Dianam. Hinc Delos insula, mobilis antea, immobilis facta est, ut vidimus.

64 *Illi unum*] Apollo occidit Pythonem serpentem, 'Exhausta pene pharetra.' Ovidius.

68 *Prægelidis durando, &c.*] Alludit ad illud Virgilianum: 'Natos ad flu-

Aut funda violenter aves, noctemque sub astris  
 Exigis, et puram fractis bibis amnibus undam.  
 Immanem interea Nemeæ per lustra leonem 75  
 Ipsa Chimæraea cretum de gente noverca  
 In tua depastis armabat vota juvencis,  
 Augebatque fero vires, rabiemque juvabat,  
 Naturam minus esse putans. Heu quanta virorum  
 Funera! quam multos stravit cum dentibus apros! 80  
 Non illum magnæ viduatis montibus urbes  
 Armorum fregere minis, Martique domando  
 Assuetas morsu fudit graviore catervas.  
 Hunc gravis Eurystheus (nam, te quocumque levares,

*jaculis timendis, et arcu intento aut funda sternis acrius volucres aërias, et traducis noctem sub Dio, et potas aquam puram fluvii ruptis. Interim noverca tua Juno ipsa armabat leonem portentosum per sylvas Nemeæas, leonem genitum de stirpe Chimæra, armabat autem in desideria tua tauris devoratis, et adjugebat animali fero vires, et adjuvabat furorem ipsius, existimans naturam non sufficere. Heu! quot mortes hominum! Quam multos hic leo prostravit apros dentibus suis! Urbes ingentes exhaustis mænibus non domuerunt illum leonem terrore armorum: immo ille delevit morsu atrociori turmas assuefactas bello ferendo. Eurystheus acerbus (etenim, quocumque ferres te, fatum sic auxilians orbi jussit te pati jussa tyranni se-*

Ald. *Ludis in ætherias* Isingr. Gryph. et *aërias* Claver.—74 *crudam* pro *puram* conj. Heins.—75 *Nemea* Ald. Isingr. Gryph.—77 *fata* pro *vota* Livin.—78 *rabiemque noverca* conjiciebat Heins.—79 *quantaque errorum* Ald.—81 *mænibus* pro *montibus* Ald.—83 *morsus* Ald.—84 *quo cuncta* Ald. *moveres* conj. Heins.—

## NOTE

mina primum Deferimus, sævoque  
 gelu duramus et undis.

74 *Puram undam*] Aquam crudam.

75 *Nemeæ*] *Nemea* vel *Nemee* sylvæ Achaicæ, in qua Hercules leonem portentosæ magnitudinis confecit: unde et celebrata *Nemeæa*, qui ludi erant in Herculis honorem instituti.

76 *Chimæraea*] Hic Poëta facit leonem *Nemeæum* *Chimæra* satum; alii faciunt *Chimæra* fratrem: alii dicunt eum ex globo *Lunæ* decidisse: alii alia afferunt, ut in re fabulosa fieri solet.

77 *Armabat*] *Juno armabat leonem, naturam minus esse putans*; hoc est, existimans naturalem leonis feritatem

minorem esse ad opprimendum *Herculem*, eum impellebat ad tauros devorandos, quibus devoratis aut depastis ferocior evaderet: sed contingebat ex voto seu desiderio *Herculis*, quod, confecto monstro ferociore, majorem gloriæ segetem esset collecturus.

80 *Funera*] Quot homines occidit leo *Nemeæus*!

84 *Levares*] Quocumque te levares, ferres, attolleres; ita fatis volentibus imperabat *Eurystheus*, qui et dicitur *Tyrannus Argolicus*, quod esset Rex *Mycenarum* in *Peloponneso*, cujus pars est *Argia* seu *Argolis*.

Imperium duri voluit sufferre tyranni, 85  
 Sic mundo *Fortuna favens*) hunc sternere leto  
 Imperat. At nullum virtus reticenda per ævum,  
 Dignaque sidereos post membra intrare recessus,  
 Posse mori quam vile putat : namque impiger ultro  
 Vadis, et immensæ scrutatus devia sylvæ, 90  
 In nova sanguineos animasti vulnera rictus.  
 Admonita feritate, juba, visuque cruentus  
 Excussis movet arma toris, dubiumque residens  
 Infremit. Invadis trepidum, solisque lacertis  
 Grandia corripens eliso guttura morsu, 95  
 Imbellem fractis prosternis faucibus hostem.  
 Tunc et flavicomis radiantia tergora villis,  
 Ceu spoliū fuso victor rapis. Emicat omnis  
 In laudes mox turba tuas, longoque relicta  
 Currit in arva metu. Juvat ire, et libera rura, 100

*veri) jubet te, o Hercules, mactare nece hunc leonem. At virtus tua per nullum tacenda tempus, et digna post corpus solutum ingredi sedes cælestes, quam parvi facit posse mori: etenim volens progredieris fercidus, et rimatus loca devia sylvæ magnæ excitasti fauces cruentas ad novas plagas. Leo ferocitate provocata, terribilis villis et oculis, movet arma sua jubis excussis, et remanens quasi dubitando, infren-det: at tu irrumpis in eum trementem, et brachiis unis rapiens fauces ingentes morsu impedito, sternis hostem quasi infirmum gutture rupto. Tum etiam leone victo triumphator arripis velut exuvias, pellem micantem jubis flavis. Statim omnis turba exiit ad te laudandum, et cursitat in agros derelictos ob longum timorem. Juvat properare, et cernere campos liberatos, et loca defensa, et saltus jam*

87 *O nullum* Livin. *tum nullum* Ald.—89 *putas* Ald.—91 *armantem vulnera* Ald. Isingr. Gryph.—92 *jubas* Ald. *jubis* Livin.—94 *solidisque* conj. Heins.—95 *eluso* malit Heins.—97 *Quin et* Ald.—100 *ore pro ire* Ald.—103 *fretamque*

## NOTE

86 *Mundo Fortuna favens*] Sic fortuna seu fatum favebat Mundo, quia forsitan Hercules non tot monstra extinxisset, nisi jussus ab Eurystheo.

89 *Ultro vadis*] Jussus tamen erat, sed ultro et volens vadit ob studium referendæ laudis.

93 *Excussis movet arma toris*] Virgil. 'Tum demum movet arma leo, gaudetque comantes Excitans cervice toros.' Arma leonis sunt dentes, ungues, &c.

95 *Eliso morsu*] Id est, elisis faucibus, quæ hiabant ad morsum et ad ipsum devorandum. Heinsius mavult, *eluso morsu*, id est, elusis dentibus ad morsum exertis.

96 *Imbellem*] Leonem frangis et reddis imbellem. Virgilius: 'Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.'

98 *Ceu spoliū*] Hercules occisi a se leonis pellem nullo ferro penetrabilem pro scuto gestavit; et inde postea Heroës multi pro scutis, uti

Defensosque videre locos, sylvamque juvencis  
 Jam facilem, et nullis resonantes fletibus agros.  
 Mænalium petis inde nemus, fletamque colonis  
 Arcadium, et steriles raro jam robore sylvas.  
 Namque hic immensa membrorum mole cruentus 105  
 Indomitus regnabat aper, soloque tremendus  
 Corpore lunatis fundebat dentibus ornos,  
 Sternebatque suos lugentia rura colonos.  
 Horrebant trifidis nigrantia corpora setis,  
 Duratosque armos scopulis, totosque per artus 110  
 Difficilis potuisse mori. Non spicula in illum,  
 Nodosumve rapis clavato pondere robur.  
 Armati viduatur honos : nec vulnera virtus  
 Extemplo tibi facta timet. Jamque arripis ultro

*faciles bobus, et arva nullis personantia questibus. Hinc, o Hercules, vadis in sylvam Mænaliam, et Arcadium defletam ab agricolis; et sylvas jam infæcundas arboribus raris. Enimvero aper, invictus et crudelis ob magnam corporis molem, hic dominabatur, et formidandus corpore solo, fundebat ornos dentibus curvis, et vastabat agros deflentes agricolas suos. Corpus ejus nigrum horrescebat setis tricuspidibus, et propter humeros induratos ad saxa, non facile poterat mori per corpus totum. Non arripis contra illum jacula, aut stipitem nodosum onere clavæ. Gloria Herois armati minuitur; neque virtus statim metuit plagas illatas tibi.*

Cujac.—106 *solidoque* conj. Heins.—109 *Horrebant rigidis* Ald.—110 *scapulis* conj. Heins.—112 *gravidato* Claver.—114 *Exemplo* Ald.—116 *Supinando*.

## NOTÆ

pellibus gloriabantur.

*Emicat*] Exit gestiens præ lætitia : Virg. 'Juvenum manus emicat ardens.'

100 *Juvat ire*] Sunt hæc ex Virgilio desumpta : 'Juvat ire, et Dorica castra Desertosque videre locos litusque relictum.'

102 *Fletibus*] Miserorum, agnos bovesque sæpius amittentium.

103 *Mænalium*] In Arcadia, ubi *Aper Erymantheus* ab Hercule confectus est in monte Erymantho : sed de his supra.

107 *Lunatis dentibus*] Fulmineis, et instar crescentis Luna tantisper cur-

vatis; nam cum dentes aprorum nimium recurvi sunt, minus timendi sunt.

110 *Duratosque armos*] Aper ad prælium se parare dicitur, vel ad arbores vel ad rupes armos indurando. Virgilius : 'Dentesque Sabellicus exacuit sus, Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas, Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.'

111 *Difficilis*] Tam ferox, tamque durus erat ille aper, ut non facile ita percuteretur, totum ut corpus sterneretur exanimum.

113 *Viduatur honos*] Minuitur, et privatur multa laude, multo gaudio.

Spumantem, cogisque diem sufferre tuendo, Atque supinato mirantem lumine vinci Argolici victor portas sub tecta tyranni.	115
Fama celer toto victorem sparserat orbe, Auxiliumque Dei poscebat Creta cruento Victa malo: taurus medio nam sidere Lunæ Progenitus Dictæa Jovis possederat arva. Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus ardet Spiritus, et terram non cœli flamma perurit, Sed flatus monstri. * Dextro jam Siria cessent Sidera, Solque licet glaciali frigore victus	120 125
Abstrusum mundo claudat jubar, aurea condens Lumina, et ignifluo stupefactus in orbe tepescat. Æstus habet Cretam: pereunt sylvæque lacusque, Graminaque, et fontes sacri: montesque perurit Flamma ferox. Idam, Superis spectantibus, ignis	130

*Jamque sponte comprehendis spumantem aprum, et cogis hunc pati lucem videndo, et victor fers in domum Tyranni Argolici hunc aprum stupentem se vinci oculis inversis. Fama volans disperserat per totum Orbem nomen victoris Herculis, et Creta superata monstro crudeli orabat opem Dei Herculis: namque taurus natus ex medio astro Lunæ invaserat agros Dictæos Jovis. Fulmen prorumpit ex ejus ore, et halitus ejusdem incenditur ignibus furiosis; et ignis Cœli non adurit terram, sed anhelitus portenti. Jam astra Siria desinant, et Sol superatus glacie hyberna subducat Orbi radios occultos, tegens lucem pulchram, et attonitus tepeat in globo igneo. Calor premit Cretam; sylvæ fatiscunt et lacus, et herbæ, et fontes sacrati, et ignis ardens torret montes: flamma consumit Idam, Diis aspicientibus, et mon-*

.....  
Ald. Isingr. Gryph.—118 *Fama volans* Claver.—119 *crudeli pro cruento* Ald. contra metrum.—124 *Sed flatus monstri tater* conj. Heins. *tatri*: Scalig.—125 *Sidere* Ald. Isingr. Gryph.—126 *Claudat. juba aurea* Ald.—127 *igni-*

## NOTE

117 *Portas sub tecta*] Aprum illum quem Diana irata immiserat, victum, et humeris impositum, vivum detulit ad Eurystheum, qui ita territus est, ut æreo vase se occultarit.

120 *Taurus*] Cretensis scilicet, natus itidem ex Lunæ sidere, ubi majora animalia ali dicebant quidam Philosophi.

121 *Dictæa*] Cretensia, a Dicte monte Cretæ, in qua Jupiter educatus est.

124 *Dextro*] Locus deploratus, donec subsidium ferant Codices antiqui, vel Criticorum felix industria.

*Siria sidera*] Canicula, de qua supra.

130 *Superis spectantibus*] Ida mons est sacer Cybelæ matri Deorum; et tamen, his inspectantibus, monstrum halitu pestifero illum montem consumit, infestatque etiam locum illum qui consecratus est Jovis cunabulis.



Dissipat, et magno cunabula grata Tonanti  
Igne suo monstrum, si fas est dicere, vincit.  
Tandem fama celer Dictæa ad littora magnum  
Duxerat Alciden, cum Taurum dira minantem  
Excipit, et sævum cornu, flammæque vomentem 135  
Corripit, atque artus constringens fortibus ulnis,  
Ignifluos flatus animamque in pectore clausit.

*Desunt multa.*

*strum exsuperat ardore suo, si licet dicere, cunas jucundas summo Tonanti Jovi. Tandem fama velox perduxerat magnum Herculem ad littora Dictæa, cum invadit Taurum minantem crudeliter, et rapit cornu atrox, et ipsum eructantem ignes; et comprimens brachiis robustis corpus ejus, suffocat in pectore spiritus igneos et animam ipsam.*

.....  
*fluus...tepescet Ald.—132 Igne suum Raphel.—135 Accipit Ald. Isingr. Gryph.*

NICOLAUS HEINSIUS  
HADRIANO WALLIO SUO

S. P. D.

---

**N**ACTUS opportune admodum diem, mi Walli, a negotiis publicis feriatum, dum in scriniis meis excutiendis sum totus, et ad Musarum intermissa sacra nonnihil cogitatione convertor, obtulere se mihi, quæ olim inter peregrinandum annotaveram e vetustis exemplaribus ad Elegiam de Phœnice, sive a Lactantio, cujus ea lucubrationibus vulgo subtextitur, sive ab alio quovis conscriptam, dignam profecto meritamque castigatius aliquanto circumferri publice, quam hactenus est factum. In hunc quippe diem maculis frequentibus foedissime aspersa per manus hominum eruditorum volitabat hæc Elegia. Nos secuti exemplum atque auctoritatem magni Scaligeri, Claudiano secundis curis per nos illustrato eam curabimus addendam. Nam vir ille incomparabilis Francisco Raphelengio dederat consilium, quod alias, ni fallor, ex me cognovisti, Claudiano a se recensito atque emendato id carmen uti subjungeret: credo, quod ejusdem argumenti Idyllum Claudianeum meminisset ad nos pervenisse. Inter codices vetustos hujus poëmatii a me consultos et evolutos principatum facile tenet membraneum exemplar, quod in bibliotheca viri et amici nostri summi Isaaci Vossii asservatur ante annos octingentos descriptum. Proximas partes facile sibi vindicabit Bodleianus Oxoniæ in Britannia codex, qui annorum ætatem quingentorum præ se ferre nobis est visus.

Præter hos duos fuere ad manum exemplaria, unum Wilhelmi Mærani, aliud Episcopi Lincolniensis, bina bibliothecæ Vaticanæ, Mediceæ unicum, alterum Hafniensis in Dania, tum et Thomæ Bartholini, duo denique ex meis scriniis deprompta, et hæc quidem recentioris notæ omnia, sed quæ tamen evolvisse non nolim. Incerto auctori ut plurimum hæc Elegia ascribitur, quam sententiam Scaliger quoque est secutus. Barthius Venantio Fortunato asserebat, Theodulo Sirmondus: perperam uterque. Sed aliter longe sues, aliter catuli, quod est in proverbio. Plurimus enim nitor ubique, plurima et felix æmulatio poëtarum optimorum passim in hoc opusculo apparet. Quare Lactantii genuinum esse hunc foetum dubitari sit nefas, præsertim cum veterrimum Vossii exemplar hanc inscriptionem liquido ostendat, *Versus Lactantii de Ave Phænice*: sed et Bartholinianus codex, *Lactantii Firmiani de ortu et obitu Phæniciis carmen elegantissimum*. Præter hosce tres alii sub finem poëmatii Lactantio id disertis verbis ascribunt. Nec obnitentes atque in contraria euntes quicquam juvat, quod D. Hieronymus in catalogo operum Lactantianorum hujus libelli ne minimam quidem mentionem facit: quippe qui justorum tantum voluminum illic indicem contexat. Nonnulla etiam in hoc poëmatio occurrunt Ethnicismum redolentia, fateor. Sed et hoc argumentum prorsus invalidum est, nisi ostendant Lactantium Ethnicismo nunquam imbutum fuisse, sed haustam ductamque ab illo cum lacte materno religionem Christianam: quod ægre nobis persuadebunt. Nunc Elegiæ emaculandæ pro virili accingamur. Tu, mi Walli, qua literarum cognitione polles, pulchrene mihi opera hæc processerit, optime, si quis alius, judicabis.

# LACTANTI

## ELEGIA

DE

# PHŒNICÆ,

VULGO CLAUDIANO ASCRIPTA.

---

**EST** locus in primo felix Oriente remotus,  
Qua patet æterni maxima porta poli :  
Nec tamen æstivos hyemisve propinquus ad ortus ;  
Sed qua Sol verno fundit ab axe diem.  
Illic planities tractus diffundit apertos ; 5  
Nec tumulus crescit, nec cava vallis hiat.  
Sed nostros montes, quorum juga celsa putantur,  
Per bis sex ulnas eminent ille locus.  
Hic Solis nemus est ; et consitus arbore multa  
Lucus perpetuæ frondis honore virens. 10

2 *maxima porta* Medic. Vat. Lambec. Leid. Mæran. Bodlei. Lincoln. Hafn. Bartholin. edd. Junt. Venet. Betul. *janua celsa* Ald. Raphel. Delr. Pith. Barth.—3 *Nec tantum* Lambec. Mæran. alter Cod. Suecic. a m. sec. et utraque ed. Rom. *æstivo* ed. Venet. *hiemisque* Pith. et Buneman. *hiemisve* Bodlei. Leid. Bartholin. et al. *hiemesve propinquus ab ortu* Medic. *hiemesque* Mæran. et Suecic. sec.—4 *In qua* Medic. Vat. sec. Leid. Hafn. Lincoln. *In quam* alter Suecic. *In quo* Lambec. Mæran. Barthol. Vat. sec. pro diversa lectione, ed. Rom. sec. Venet. et Junt. *In quo Sol nervo* Ald. Pith. et al.—8 *imminet* Bodlei. et al. duo. *præminet* conj. Heins.—9 *concutus* ed. Rom.—10 *viret*

Cum Phaëthonteis flagrasset ab ignibus axis ;  
 Ille locus flammis inviolatus erat.  
 Et cum diluvium mersisset fluctibus orbem ;  
 Deucalioneas exsuperavit aquas.  
 Non huc exsanguis morbi, non ægra senectus, 15  
 Nec mors crudelis, nec metus asper adit.  
 Nec scelus infandum, nec opum vesana cupido,  
 Aut Mars, aut ardens cædis amore furor.  
 Luctus acerbus abest, et egestas obsita pannis,  
 Et curæ insomnes, et violenta fames. 20  
 Non ibi tempestas, nec vis furit horrida venti ;  
 Nec gelido terram rore pruina tegit.  
 Nulla super campos tendit sua vellera nubes,  
 Nec cadit ex alto turbidus humor aquæ.  
 Sed fons in medio est, quem Vivum nomine dicunt, 25  
 Perspicuus, lenis, dulcibus uber aquis.  
 Qui semel erumpens per singula tempora mensum,  
 Duodecies undis irrigat omne nemus.  
 Hic genus arboreum, procero stipite surgens,  
 Non lapsura solo mitia poma gerit. 30  
 Hoc nemus, hos lucos avis incolit unica Phœnix,  
 Unica, sed vivit morte refecta sua.  
 Paret et obsequitur Phœbo memoranda satelles.  
 Hoc Natura parens munus habere dedit.

Junt. Ald. *virens* Medic. duo Vatt. Voss. Mæran. Bodlei. Lincoln. Lambec. Hafn. Bartholin. uterque Suecic. et al. item duo edd. Rom.—11 *Phaëtoniades* Lincoln. *Phaëtoniades* Hafn. *Phaëtoniades* Medic. Bartholin. Vat. pr. et sec. Suecic. *Phetonteis* prima ed. Rom.—13 *diluvii mersissent* Barth.—15 *Non hic* Medic. Vat. sec. Mæran. Hafn. Bartholin. *Non hunc* Lincoln. Suecic. sec. pro diversa lectione, utraque ed. Rom. Venet. et Junt. *exsanguis morbus* Voss. Cod. Suecic. in Actis Jenens.—18 *Aut Mars* Ald. Junt. et Heins. *Aut metus* omnes scripti cum utraque ed. Rom. et Venet. unde conjecerat Cl. Oudendorp. *Aut Venus*, vel *Injustæ aut. cedit* pro *cædis* Medic. Mæran. Bodlei. et Lambec. *venit* Vat. sec. et Hafn.—19 *obsita* ed. Rom. vitiose.—23 *Nullaque per campos tendunt* Bodlei. *tendunt* Medic. Vat. sec. alter Suecic. Hafn. et Bartholin.—25 *Tb est* abest a Vat. pr. utroque Suecic. alioque in Act. Jenens. Bartholin. et Voss.—26 *lucens* pro *lenis* Lambec. utraque ed. Rom. Venet. et Junt. *lætus* Lincoln.—27 *densum* pro *mensum* Vat. pr. *mensium* Bodlei.—29 *Hoc* Bodlei.—32 *sic vivit* Lambec. Lincoln. alter Suecic. a m. sec. et utraque ed. Rom.—33 *Phæbi* Lambec. et utraque ed. Rom. *veneranda* Vat.

Lutea cum primum surgens Aurora rubescit,	35
Cum primum rosea sidera luce fugat ;	
Ter quater illa pias immergit corpus in undas ;	
Ter quater e vivo gurgite libat aquam.	
Tollitur, ac summo considit in arboris altæ	
Vertice, quæ totum despicit una nemus.	40
Et conversa novos Phœbi nascentis ad ortus	
Expectat radios et jubar exoriens.	
Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portæ,	
Et primi emicuit luminis aura levis ;	
Incipit illa sacri modulamina fundere cantus,	45
Et mira lucem voce ciere novam.	
Quam nec ædoniæ voces, nec tibia possit	
Musica Cirrhæis assimilare modis.	
Sed neque olor moriens imitari posse putetur,	
Nec Cyllenææ fila canora lyræ.	50
Postquam Phœbus equos in aperta refudit Olympi,	
Atque orbem totum protulit usque means ;	



pr.—35 *Lucea* Mæran.—37 *Ter quater irriguas* conj. Heins. *corpus inundans* corrupte Leid.—38 *e pleno gurgite* Barth. *e pro gurgite* Hafn. et a. m. sec. superscr. *riquo. aquas* prim. Vatic.—39 *consendit* Mæran. *consedit* Lincoln. Bartholin. utraque ed. Rom. Ven. Junt. Ald. Pith. Rapheleng. Delr. et Barth. sed optime ex Cod. Hafniensi *considit* restituit Heins.—40 *qua totum* Mæran. *inde nemus* Hafn.—41 *Et conversa* Lambec. et ceteri codices. *concurra* male ed. Betulei.—42 *Despectat radios* Cod. Bartholin. *exoriensque jubar* Francius.—43 *Ast ubi* Medic. Lambec. Suecic. sec. pro var. lect. ed. Rom. et Junt. *lumina portæ* male in Vat. pr. et altero Suecico, primis edd. Romm. et Ven. sed recte *limina* ed. Junt. Ald. Demst. Raph. Pith. aliæque, nam *luminis* sequitur.—44 *Et primum* Medic. Mæran. alter Suecic. uterque Vatican. Lincoln. Lambec. Hafn. Barthol. edd. Rom. Ven. et Junt.—46 *ciere* Mss. nonnulli, et edd. vett. *movere* alter Suecic. Hafn. Mæran. duo Vatt. Medic. *referre* al. *monere* Lincoln. quod placebat Cl. Oudendorph. In Bartholin. *Et miram vocem luce movere nova. nocte movere* Vat. sec. *nova* alter Suecic.—47 *Idoneæ vocis* Medic. *Idoneæ voces* Hafn. Suecic. sec. et uterque Vatic. *Ydoneæ* Mæran. ut in Bodleiano. *Cidoniæ* Suecic. in Actis Jenens. *Idioneæ voces, nec musica possit Tibia* Barthol. *Idumæ* ed. Venet. *Juleæ* prim. edd. Romm. Junt. Ald. Pith. Rapheleng. Demster. et Barth. *Juleæ* al.—48 *adsimulare* Medic. alter Suecic. Vat. sec. aliique codd. *adsimulare* edd. Venet. Junt. Ald.—49 *Sed nec olor* Bodlei. *Quam neque olor* Francius. *posse putatur* edd. Romm. et Junt. *putetur* Voss. Ald. *nosse putatur* ed. Venet.—51 *apertum* Mæran. *refundit* Medic. Mæran. Suecicus alter, Vat. pr. Hafn. et Bartholin. cum binis edd. Rom. nam *refundit* in prima. *fundit* Vat. sec. *inapertum effudit Olympum* conjecerat Francius.—52 *Ac orbem* Mæran. *Utque* Bodlei.





Illa ter alarum repetito verbere plaudit,  
 Innarrabilibus nocte dieque sonis.  
 Atque eadem celeres etiam discriminat horas, 55  
 Igniferumque caput ter venerata, silet.  
 Antistes nemorum, luci veneranda sacerdos,  
 Et sola arcanis conscia, Phœbe, tuis.  
 Quæ postquam vitæ jam mille peregerit annos,  
 Ac se reddiderint tempora longa gravem, 60  
 Ut reparet lapsum fatis vergentibus ævum,  
 Assueti nemoris dulce cubile fugit.  
 Cumque renascendi studio loca sancta reliquit ;  
 Tunc petit hunc orbem, Mors ubi regna tenet.  
 Dirigit in Syriam celeres longæva volatus ; 65  
 Phœnices nomen cui dedit ipsa Venus.  
 Secretosque petit deserta per avia lucos,  
 Hic ubi per saltus sylva remota latet.  
 Tum legit aërio sublimem vertice palmam,  
 Quæ Graium Phœnix ex ave nomen habet : 70

pertulit Lambec. Mæran. et tres edd. Rom. *perpulit* Lincoln.—54 Talis est ordo hujus et duorum versuum seqq., quem codices Mss. Hafn. Barth. alii- que, et editio Veneta, Aldina, Pithæi, Demsteri, Rapheleng. et aliæ repræ- sentant, licet in Mediceo, utroque Vaticano, Vossiano, et altero Suecico, pentameter hic ponatur post vs. 55. quem in hac sede collocant, ut in edit. Heinsii. sed alterum ordinem secutus etiam est Bunemannus. *Innarabilibus* ex Cod. Voss. edidit Heinsius, quod pro *inenarrabilibus* dictum, vel *non enarrabi- libus*, ut in Vat. sec. *Non errabilibus* Mæran. tres edd. Rom. Venet. Junt. Ald. Pith. et al.—56 *tunc venerata* alter Suecic.—60 *Ipsam et reddiderint* Francius. *Et se* Bartholin.—61 *Ut reperit* Mæran. *Et reparet* Bodlei. *lappsum* Medic. duo Vatt. Vossian. alter Suecic. Mæran. Oxon. Lincoln. Hafn. Barth. Lambec. Suecic. in Act. Jenens. aliique. *lassum* edd. Romm. Veneta, Junt. Aldina, Pith. et Aldum secutæ reliquæ.—62 *Assuetum* Medic. uterque Vat. Suecic. sec. Voss. Mæran. Hafn. Barthol. et Suecic. in Act. Jenens.—63 *loca sancta relinquit* Voss. et Vat. pr. *loca quæque relinquit* Medic.—64 *Tum* Voss. Mæran. et Barthol. *mox* pro *Mors* Voss. Suecic. duo Vat. Bodlei. Lincoln. et Hafn. *Mox petit hunc orbem, mox ubi r. t.* Suecic. in Act. Jenens.—66 *Phæ- nicem* Medic. Mæran. Hatn. Suecic. sec. et Vatt. duo. *Phœnicis* Suecic. in Act. Jenens. edd. Romm. Ven. Junt. Ald. et Gallæi. *Phœnices* Pith. Rapheleng. Demst. Barth. Cl. Oudendorpius per appositionem legebat *Phœnicem nomen cui dedit*. dein *ipsa vetus* corrupte legebatur hactenus in omnibus editis ante salutarem Heinsii manum, qui egregie ex conjectura, a duobus codicibus pro- bata, *ipsa Venus* restituit.—68 *Sic ubi* Medic. duo Vatt. Vossian. Mæran. Suecic. sec. et Bartholin.—69 *Tunc legit aëreas sublimes vertice palmas* Mæran. *surgentem* pro *sublimem* Francius.—70 *gratum* tres primæ edd. Romm. Veneta,

In quam nulla nocens animans perrumpere possit,  
 Lubricus aut serpens, aut avis ulla rapax.  
 Tum ventos claudit pendentibus Æolus antris,  
 Ne violent flabris aëra purpureum ;  
 Neu concreta Noto nubes per inania cœli 75  
 Submoveat radios Solis, et obsit avi.  
 Construit inde sibi seu nidum, sive sepulcrum  
 Nam perit, ut vivat ; se tamen ipsa creat.  
 Colligit hinc succos et odores, divite sylva  
 Quos legit Assyrius, quos opulentus Arabs ; 80  
 Quos aut Pygmææ gentes, aut India carpit,  
 Aut molli generat terra Sabæa sinu.  
 Cinnamon hinc, auramque procul spirantis amomi  
 Congerit, et mixto balsama cum folio.  
 Non casiaë mitis, nec olentis vimen acanthi, 85  
 Nec thuris lacrymæ guttaque pinguis abest.  
 His addit teneras nardi pubentis aristas,  
 Et sociat myrrhæ vim, panacea, tuam.

Junt. Ald. Pith. ceteræque.—71 *prorumpere* Bodlei. *In quam nulla nocens animans perrumpere possit* Voss. *Et quam nulla nocens animans septem alii, quorum unus erumpere, alter prorumpere*, ut de Oxonio testabamur. *prorumpere* etiam Medic. Vossiani codicis scripturam ab Heinsio probatam firmat Ms. Suecicus in Actis Jenens.—73 *clausit* Voss. sed *claudit* Hafn. Barthol. et ceteri. *Tunc ventos claudit pendentibus*. Mæran.—74 *Ne violent flatus aëra purpureum*. Suecic. sec. *Neu violent* Hafn. *Ne flatu violent* Bartholin.—75 *Notus* Voss. et Cod. Suecic. in Actis Jenens. pro *Notis* putat Heins. passim in plurali *Noti* apud poëtas.—76 *Summoveant* Medic. vetus codex Gallæi et Voss. in quo *radius Solis et ussit*. ut vet. cod. Gallæi, et Suecic. in Act. Jenens.—78 *sed tamen ipsa creat* iidem, quomodo Mæran. Medic. et Lincoln. Francius conjecerat *seque iterum ipsa creat*. qui etiam hunc et præcedentem versum transponendos putabat post vs. 88. et locum hunc ita castigat, *Construit inde sibi nidum, struit inde sepulcrum*. Vat. sec. habet *seu nidum seu inde sepulcrum*. Istos vero duos versus suspectos et ab hoc loco alienos censebat Cl. Oudendorpius.—79 *Primæ edd. Romm. Venet. Ald. aliæque distinguunt post divite silva. devia silvæ* Bodlei. vitiose.—81 *Indica* Medic. alter Suecic. duo Vatt. et Mæran. Francius distinguebat, et legebat, *Quos aut Panchææ gentes, aut India, carpunt, Quos molli generat, &c.*—82 *Sabæa fimo* vitiose Hafn.—83 *Cinnanum hinc* Mæran. *Cinnamomum hinc* Lincoln. *Cinnomon hic vel Cinnanomum* huic ex vett. Codd. affert Gallæus. *Cinnamum aurumque* Hafn. *Cinnanomum hic* Medic. et Suecic. sec. *Cinnanomum hic* Voss. *Cinnama dehinc* primæ tres edd. Romm. N. Heins. *Cinnamon hinc* Barthol. unus Vat. Confer cum his Marcellum de Medicina v. 46. *Adde et aromaticas species, quas mittit Eous, Vel quæ Iudaicis fragrant bene condita capsis, Tus, costum, folium, myrrum, styracem, crocomagma, &c. Et nardum, et casias, et anoma, et cinnama rara, Balsama, &c.*—84 *Congregat pro Congerit* Bodlei. *mixta* Mæran.—86 *Non thuris lacrymæ*

Delph. et Var. Clas.

Claud.

4 G

<b>Protinus instrato corpus mutabile nido</b>	
Vitalique toro membra quieta locat.	90
<b>Ore dehinc succos membris circumque supraque</b>	
Injicit, exequiis immoritura suis.	
<b>Tunc inter varios animam commendat odores ;</b>	
Depositum tanti nec timet illa fidem.	
<b>Interea corpus genitali morte peremtum</b>	95
Æstuat, et flammam parturit ipse calor ;	
<b>Ætherioque procul de lumine concipit ignem.</b>	
Flagrat, et ambustum solvitur in cinerem :	
<b>Quos velut in massam cineres in morte coactos</b>	
Conflat ; et effectum seminis instar habent.	100

\*\*\*\*\*

Francius.—88 *Et sociat myrrhæ vini panachea ture*, Voss. *Et sociam mirre vim panacea thuris*, Bodlei. *Et sociat mirræ vim bachania tuæ*, Mæran. *Et sociam mirre cum baccharia thure*, Medic. *Et socia mire vim* (vel *cum*) *bachanea ture*, tres alii. *Et sociam mirre vim bachanea tuam*, Bartholin. *Et sociam myrrhæ vim, panacea, tuam* restituit Heinsius. palmaria hæc et dignissima ejus ingenio atque eruditione restitutio est, quæque doceat, corruptas veterum Codicum scripturas sæpe optimas sagacibus Criticis suppeditare emendationes locorum ceteroquin conclamatorum : nam *myrrhæ pascua grata nimis* primæ edd. Romm. Venet. Junt. Ald. Pith. et al. quod in sua editione retinuit Bunemannus. *sociam* præferbat Cl. Oudendorpius, nempe, *vim myrrhæ socium addit.* et quia *ture* in Mss. legitur, conjecerat, *Et sociam myrrhæ vim, panacea, tenes.* vel *tuam cum Ms. Bartholin. tuæ* Francio placebat. *panaceam* vero egregie vindicavit Heins.—89 *instructis corpus mobile* Voss. *corpus mortabile* Hafn. Lincoln. Medic. *stratis corpus mirabile* forsitan pro *reparabile* unus Vat. *instratus corpus mutabile mole* Mæran. *instrato* tres edd. Romm. *in stratis* Medic. Suecic. sec. *in strato* Ven. Junt. Ald. et ceteræ edd. *instructo* conjecerat Francius.—90 *In talique* Medic. Suecic. sec. et Mæran. unde *Feralique* etiam conjecerat Heins. *In locoque tali* pr. Vat. *Inque tali loco* Vat. sec. *Nidalique* Cod. Suecic. in Act. Jenens. sed *Vitalique toro* recte ab Heinsio assertum, quod et in tribus primis Romanis, Ven. Junt. aliisque edd. vetustis, neque opus est *rogo* substituere cum Barthio. *vitalis* enim Phœnicis *torus* est, quia ab exuviis suis renascitur.—91 *Oreque dehinc* tres edd. Romm. ut supra vs. 83. *Cinnama dehinc. circumquaque supra* Vossian. *supraque circumque* ed. Rom. 1468.—92 *obsequiis* Bodlei.—94 *Depositam* Vossian. *Depositum* Suecic. in Act. Jenens. *finem* vitiose in ed. Venet.—95 *genitale* edd. Rom.—96 *flammam* Voss. Medic. Vatic. Mæran. Lincoln. Bodlei. Barthol. et Suecic. in Act. Jenens. *flammas* edd. Venet. Junt. Ald. ceteræque. *pertulit* Mæran. et Lincoln. *protulit* cod. Lambec. et edd. Romm.—97 *Ætherioque* Voss. Mæran. Bodlej. Suec. sec. Vatic. pr. et Barthol. *Ætherioque* cod. Suec. in Act. Jenens. ut semper scribendum monet Broukh. ad Tibull. III. 4. 17. *Æreoque* edd. Romm. Ven. Ald. Pith. aliæque. *Aerique* vitiose Junt. *ignes* Mæran.—98 *colcitur* Suecic. sec. *cineres* primus Vat. pr. et Bodlei. sed *in cinerem* magis quidem poeticum.—99 *Quos* Voss. Medic. Vatic. pr. duo Suecic. Mæran. Bodlei. Lincoln. Hafn. et Barthol. *Hos* ed. Ven. Ald. Pith. et ceteræ. *in more coactus* Voss. et Suecic. in Act. Jenens. unde *sine more* elicere tentat Heins. *de more* unus Vat. quod probat Francius.—100 *Constat* cod. Barthol. *Conflat refectum*

Hinc animal primum sine membris fertur oriri,  
 Sed fertur vermi lacteus esse color.  
 Creverit immensum subito cum tempore certo,  
 Sese ovi teretis colligit in speciem.  
 Inde reformatur, qualis fuit ante figura ; 105  
 Et Phoenix ruptis pullulat exuviis.  
 Ac velut agrestes, cum filo ad saxa tenentur,  
 Mutari tineæ papilione solent.  
 Non illi cibus est nostro concessus in orbe,  
 Nec cuiquam implumem pascere cura subest. 110  
 Ambrosios libat cœlesti nectare rores,  
 Stellifero teneri qui cecidere polo.  
 Hos legit, his alitur mediis in odoribus ales,  
 Donec maturam proferat effigiem.  
 Ast ubi primæva cœpit florere juventa, 115  
 Evolat ad patrias jam reditura domos.

~~~~~

*Mæran.* effectum etiam in Lambec. at effectum edidit Bunemannus. *habet* Hafn. Barthol. et edd. Romm. Ven. Junt. Ald. Pith. aliæque.—102 *vermi* Medic. uterque Vatic. et Suecic. alter a m. pr. Mæran. Lincoln. et Barthol. Francius ascripserat, *Dicitur et vermi lividus esse color.* vel *Cui similis lacti dicitur esse color.*—103 *Creverit immensum* Voss. cum ed. Rom. et aliis quatuor codicibus. *Crescit et immensum subito cum corpore* Mæranus. *Crescit in immensum* Vat. pr. ut in notis præfert Bunemannus, sed in contextu *Creverit.* *Crevit in immensum* ed. Ven. Junt. Ald. Pith. et al. Sed recte Heinsius *Creverit immensum.* quia id præter Vossianum ex auctoritate reliquorum codicum est, Medicei nempe, Suecici secundi, Hafn. Barthol. Lambec. et Suecici in Act. Jenens. probaturque a tribus primis editionibus Romanis. et hoc magis placebat Cl. Oudendorpio, qui ad firmandam locutionis hujus frequentem variationem ascripserat ex Apuleio lib. iv. p. 63. 'immensum procedit in dies opinio.' ubi alii in *immensum.*—107 *agresti* Mæran. *agrestis* Bodlei. *cum solo* Voss. *cum solo ad taxa* cod. Suecic. in Act. Jenens. *taxa* legendum monuit Thomasius, ut in margine ed. Pith. qui in textu edidit *saxa. tenentur* Bodlei. Francius vero. *Haud secus agrestes, cum filo in fronde tenentur, Mutari tineæ papilione solent.*—108 *Motari* Bodlei. *Motare et papilionis* Vossian. *pennæ* Mæran. Bodlei. edd. Romm. Ven. Junt. Ald. Gall. et Bunem. item Pith. sed *tineæ* in marg.—109 *est* deest Voss. et Vat. sec.—110 *cuique* Vat. pr. *cuique in pulmen* corrupte in Suecic. sec.—111 *Ambrosiæ* Mæran.—112 *Stellifero tenues* Voss. et Bodlei. *tenues* etiam ex vett. codd. affert Gallæus, et ex Suecico in Act. Jenens. quod probat Heins. *tenues quum cecidere* Francius. *qua cecidere* Hafn.—113 *alitur mediis* Hafn. Barthol. Medic. Voss. Suecic. sec. et in Act. Jen. Mæran. Bodlei. edd. Romm. duo Vatt. et *mediis alitur* edd. Venet. Junt. Ald. Pith. Demst. Rapheleng. Barth. et Gallæi.—114 *perferat* Voss. Suecic. sec. Mæran. Hafn. Barthol. uterque Vatic. et vet. cod. Gallæi. sed *perperam.*—115 *Has ubi* Voss. Suecic. in Act. Jen. et vet. cod. Gallæi. *Atque ubi mallet* Bunem. *ceperit* Voss. *juventus* idem et Suecic.—116 *ad patrias omnino* legendum, ut in Voss. Suecico utroque, binis Vatic. Mæran. Hafn. Barthol. et Lambec. *Et*

Ante tamen, proprio quicquid de corpore restat,  
 Ossaque, vel cineres, exuviasque suas,  
 Unguine balsameo, myrrhaque et thure soluto  
 Condit, et in formam conglobat ore pio. 120  
 Quam pedibus gestans contendit Solis ad urbem,  
 Inque ara residens, ponit in æde sacra.  
 Mirandam sese præstat, præbetque videnti:  
 Tantus avi decor est, tantus abundat honor.  
 Principio color est, qualis sub sidere cæli, 125  
 Mitia quem croceo Punica grana legunt:  
 Qualis inest foliis, quæ fert agreste papaver,  
 Cum pandit vestes Flora rubente solo.  
 Hoc humeri pectusque decens velamine fulgent:  
 Hoc caput, hoc cervix, summaque terga nitent. 130

*volat ad patrias* Bodlei. *Evolat*: ad patrias tres edd. Romm. ad primas male in ed. Ven. Junt. Ald. Pith. ceterisque. nam *reditura* Vat. sec.—120 *ære pio* Mæran.—121 *Quæ* Bodlei. *Hanc* Francius. *conscendit* Mæran. *intendit* Hafn. quod, subintellecto *iter*, placebat Heinsio et Oudendorph. ut apud Ter. Andr. II. 2. 6. *quo nunc primum intendam*.—123 pro *videnti* Vossianus *vehementis* cum Mediceo. *vehementem* Hafniensis. *vehentis* Oxonius. editio Romana *vehenti*. unus Vaticanus *volucris*. locus mendosus, nam aut *præbet* aut *præstat* erat dicendum, alterutro omisso. aut hoc aut illud ex scriptura codicum variante videtur obrepisse huic loco, aut aliud nescio quid vocabuli excidisse. *puto cuicumque tuenti* pro *præbetque videnti* legendum. præterea *Mirandum sese præstat* Vossianus et alii nonnulli. nil mutò. Versu proxime subsequenti corrigendum, *Tantus avi decor est. abi* scriptum fuerat antiquitus, hinc *ibi* factum. Faciunt tamen cum vulgatis scripti codices, nisi quod unus Vaticanus *ei*. quomodo conjiciebat Barthius ad Claudian. pag. 978. sed nostram restitutionem verioremi duco. possis etiam, *Tantus ubique decor*, idque arridet, ut verbum substantivum *est* hic amoveatur, quod hexametro proxime subsequenti rursus occurrit. Heins. *Mirandum* Mæran. Lambec. Suecicus Heinsii, et in Act. Jenens. *videndum* Mæran. *præbet vehementes* Suecic. in Act. Jen. *vehementis* Voss. Medic. *vehementem* Hafn. *vehentis* Bodlei. *vehenti* Cod. Lambec. edd. Romm. Ven. et Junt. Cl. Oudendorpio videbantur jungenda esse, *vehenti Tantus avi decor est*, massam nempe paternarum reliquiarum. *vehenti* certe etiam in codd. et edd. vett. apud Buneman. et Ms. Gallæi, qui ex alio vet. cod. affert, *præbet vehementi*.—126 *Mitia qui* Vossian. et tres alii. *sub sædere cæli Mitia cum* Hafn. *Mitia sub* unus Vat. *legit* Barthol. Heins. conjicit, *Principio color est, qualis sub cortice lævi Mitia quem croceum Punica grana tegunt*. Sequentia octo disticha desiderantur in codice Mærano.—127 *fecit pro fert* Medic.—128 *Cum pandit vestes flore rubente cælo*, Voss. *Cum pandit vestes flore rubente polo*, Bodlei. quomodo et Hafn. cum Bartholin. et duobus Vaticanis. In tribus edd. Romm. Veneta, Juntina, Aldi, Pithæi, et reliquis vulgatum fuit, *Cum pendens vestit sole rubente polo*, quas secutus est Bunemannus.—129 *Huic humeri* Hafniens. ex cod. Oxon. Cl. Oudendorpius conjiciebat *humeros*, ut Phœnix *decens humeros et pectus* dicatur. *fulget* Medic. Suecicus Heinsii, Vat. sec. Hafn. vet. cod. Gallæi, et Suecic. in Act. Jenens.



- Caudaque porrigitur fulvo distenta metallo,  
 In cujus maculis purpura mixta rubet.  
 Clarum inter pennas insigne est desuper, Iris  
 Pingere ceu nubem desuper alta solet. 135  
 Albicat insignis mixto viridante smaragdo ;  
 Et puro cornu gemmea cuspis hiat.  
 Ingentes oculi ; credas geminos hyacinthos,  
 Quorum de medio lucida flamma micat.  
 Æquatur toto capiti radiata corona,  
 Phœbei referens verticis alta decus. 140  
 Crura tegunt squamæ fulvo distincta metallo ;  
 Ast ungues roseo pingit honore color.  
 Effigies inter pavonis mixta figuram  
 Cernitur, et pictam Phasidis inter avem.  
 Magna etiam, terris Arabum quæ gignitur ales, 145  
 Vix æquare potest, seu fera, seu sit avis.  
 Non tamen est tarda, ut volucres, quæ corpore magno  
 Incessus pigros per grave pondus habent.

-----

—130 *hæc cervix* Hafn.—131 *flavo* Suecicus Heinsii, Bodlei. *distenta* Voss. et Suecic. in Act. Jenens.—133 *Harum pennas insigne superaris* Voss. mutilato versu. tres alii etiam codices *Harum* pro *clarum*. totidem *insigneque desuper*. *Has inter pennas insignes desuper* Hafn.—134 *aura solet* Voss. Bodlei. *axa* Medic. archa Hafn. *ara* tres alii. *atra* unus Vat. Heins. conjicit, *At varium pennas insigne intervenit, Iris Pingere ceu nubem desuper acta solet. Summam petit arduus arcem, Unde solet latis nubes inducere terris.* ita passim *supera arx, atheria arx*, et sim. de cælo. vide Patruum ad Ovid. III. Am. 10. 21. et ad Albinov. Epiced. Drusi vs. 61. Sed pergamus ad sequentia non minus corrupta.  
 —135 *Albicat hinc jaspis* Bartholin. *mirto* Mediceus. *mistis* Vossian. et Suecic. in Act. Jenens.—136 *Et patulo cornu* conj. Heins.—137 Ita hunc versum restituit Heinsius ex cod. Voss. quod confirmatur a vet. cod. Gallæi et Suecico in Act. Jenens. male in vulgatis *Ingentes oculos credas, geminosque hyacinthos*. nam post *oculi* distinctio ponenda, et *credas geminos hyacinthos* jungenda sunt.—139 *Æquatur toto capiti radiata corona* ] *Æquataque notho* Voss. et quatuor alii, item vet. cod. Gallæi, et Suecic. in Act. Jenens. *Æquataque nota* Bodlei. *Æquataque notho* unus Vat. *Æquaturque roteo* alius. *Æquataque noto* Medic. Hafn. et Bartholin. *Æquaturque rote capitis radiata corona*, vel *Æquatura rotam* conj. Heins.—141 *fulvo* Voss. uterque Vat. et Suecic. in Act. Jenens. *flavo* Heins.—142 *roseo* Voss. Suec. uterque Vat. Hafn. Bartholin. *tingit* Bodlei. et Suecic. in Act. Jenens.—144 Optime *pictam* e duobus codd. pro *mistam* revocavit Heinsius, quod confirmat vet. cod. Gallæi et Suecicus in Act. Jenens.—145 *Magnitiem* scripti codices fere, nisi quod in Bartholin. *Magniem. Magnitie* Lincoln. edd. Romm. Venet. Junt. Ald. Pith. et al.—146 *seu fera* Suecic. uterque Vatic. et ceteri codd. nam male in ed. Pith. *Rapheleng.* et aliis, *ceu fera*. in duabus edd. Romm. corrupte *seu vera. sensit avis* Vat. pr.—147 *parva* Voss. Medic. Mæran. Suecicus Heinsii et in Act.



Sed levis et velox, regali plena decore,  
 Talis in aspectu se tenet usque hominum. 150  
 Convenit Ægyptus tanti ad miracula visus;  
 Et raram volucrem turba salutat ovans.  
 Prötinus exsculpunt sacrato in marmore formam;  
 Et signant titulo remque diemque novo.  
 Contrahit in cœtum sese genus omne volantum; 155  
 Nec prædæ memor est ulla, nec ulla metus.  
 Alituum stipata choro volat illa per altum,  
 Turbaque prosequitur munere læta pio.  
 Sed postquam puri pervenit ad ætheris auras:  
 Mox redit ista; suis conditur ille locis. 160  
 At fortunatæ sortis filique volucrem!  
 Cui de se nasci præstitit ipse Deus.

Jenens. vet. cod. Gallæi, et pro varia lect. Vat. pr. *pigra* Vat. sec. *Nec tamen est pigra* Bartholin. Francius legebat, *Tarda tamen non est, ut aves, &c.*—148 *per grave corpus* Suecic. Heinsii.—150 *Talis in aspectu se exhibet usque hominum*] Nonnulli codices *in aspectum. in aspectu se tenet* Voss. cum Oxonio, Heins. *se docet* Mæran. *præbet* Medic. et ed. Rom. 1470. *prebet* Suecic. et dæ edd. Romm. hoc est *probat*, ut Heins. Francius ascripserat, *Talis in aspectum, talis in ora venit. se exhibet* Venet. Junt. Ald. Pith. Rapheleng. Demst. Gallæus et Bunemann. *se tenet* tamen reposuit Heins. ex Voss. et Oxon. quod in vet. cod. Gallæi etiam legitur.—151 *Hic venit* Voss. et Medic. *Huc venit* Mæran. Suecic. uterque Vatic. Hafn. et Barthol. *Hinc venit* Æ. t. ad m. *nisus* ex Ms. ascripserat Is. Vossius. ut ex vet. cod. notavit Gallæus.—152 *Et clara* Hafn. *resultat* Voss. Suecic. in Act. Jenens. *tuba salutata* ed. Pith. vitio operarum. Francius conjecit, *Et raram volucris turba salutata avem.*—153 *exsculpunt* Voss. Bodlei. Mæran. Suecic. Heinsii, uterque Vatican. Bartholin. vet. cod. Gallæi, et Suecic. in Act. Jenens. quod prætulit Heins. *insculpunt* Medic. Lincoln. Hafn. Lambec. et edd. Romm. Venet. ac Junt. ut correxerat etiam Francius. qui *titulo suo* pro *novo* seq. vers. malebat. *insculpunt* ed. Ald. Pith. Rapheleng. Demst. Gall. et Bunem. *sacrato marmore* cod. Mæran.—154 *Et titulo signant* Vossian. Bodlei. et Suecic. in Act. Jenens. sed in cod. Hafniensi vitiosa erat scriptura *cæli diemque*. quæ indicium præbeat in aliis fuisse *cælant*, pro *signant*.—155 *cætus* Voss. et Suecic. in Act. Lips. *in cælum* Bodlei.—156 *Nec prædæ minor est* Lincoln. dein *nec memor ulla metus* Voss. et Bartholin.—158 *munere* scripti. corrigendum nihilominus *murmure pio* putat Heins.—160 *Mox redit illa* Mæran. Medic. Suec. uterque Vatic. Suec. in Act. Jen. et Hafn. in quo *unde* pro *ille*, quod et in Medic. *Mox redit illa, suis conditur illa locis* Bartholin. *inde* Mæran. *conditur inque locis* conjecerat etiam Heins. *illa locis* etiam in tribus ed. Romm.—161 *At fortunatæ sortis filique volucrem!* et refer ad Parcarum filium. vide annotata ad Nasonis Heroid. xii. vs. 3. Heins. *At fortunatæ sortis* Voss. Medic. Mæran. et Suecic. Act. Jenens. *Hæc* edd. Romm. Ven. Junt. Ald. Pith. aliæque. *filisque* Suec. Jenens. *felixque volucris* Mæran. *felixque volucrum* duo Vatt. cum Bartholin. *natisque* edd. Romm. et in Lambec. cod. unde ipse Lambecius legit, *raræque volucris*, Isaac. Vossius libro suo ascripserat, *Afortunatæ sortis finisque volucrem!* cui id tribuere debuisset Gallæus, qui malebat, *O fortunatæ*. ut Francius, cui *finis* placebat.

Fœmina vel mas hæc, seu neutrum, seu sit utrumque,  
 Felix, quæ Veneris fœdera nulla colit.  
 Mors illi Venus est: sola est in morte voluptas: 165  
 Ut possit nasci, appetit ante mori.  
 Ipsa sibi proles, suus est pater, et suus hæres;  
 Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.  
 Ipsa quidem, sed non eadem, quia et ipsa, nec ipsa est;  
 Æternam vitam mortis adepta bono. 170

.....

recte Heinsius *At fortunatæ!*—162 *Cum de se Medic. et Hafn. De sese nasci cui dedit ipse Deus conjecerat Francius.*—163 *Femina seu masculus est seu neutrum Voss. Femina sit aut masculus seu forte neutrum Bodlei. neque aliter Mæran. et Medic. nisi quod in illis, vel masculus. et sic etiam Hafniensis et alter apud Heinsium. sed ille neutrumque, hic utrumque. unde edd. Romm. Venet. Junt. aliæque. Femina sit vel masculus hæc seu forteque neutrum. Unus apud Heins. Femina sit seu masculus, seu sit forte neutrum. Vaticanus prior, Femina sit vel sit masculus seu forte neutrum. alter Vaticanus, Forma sit vel masculus est aut nescio neutrum. Bartholinus, Masculus an hæc sit vel femina forte neutrum. Edd. Ald. Pith. Rapheleng. et reliquæ vel neutrum sit magis felix. Sed feliciter Heinsius locum hunc, corruptissime hactenus exhibitum, restituit, vel, ut codici suo adscripserat, Femina seu mas sit, seu neutrum, seu sit utrumque. vel seu neutrum, fors vel utrumque.*—164 *Felix, quem Veneris fœd. nulla colunt Mæran.*—165 *voluntas Bodlei.*—166 *Ut posset nasci, appetit Medic. In Mærano Bodlei. Suecic. Vat. aliisque codd. deest hæc, relicto hiatu. nam hæc appetit in edd. Romm. Venet. Junt. Ald. Pith. ceterisque. quæ appetit unus Vat. et Barthol. se cupit Francio placebat. usque mori Heinsius, ante mori omnes edd. probante etiam Cl. Oudendorpio. et hoc Phœnici melius convenit. supra vs. 117. Ante tamen, proprio quidquid de corpore restat, Ossaque vel cineres, &c.*—168 *Nutrix ipsa sibi Oxon. semper corruptum videbatur Barthio ad Claudian. pag. 995. Francius transponebat, Ipsa sui nutrix, semper alumna sui. alumna sui, pro alumna sibi, Heins.*—169 *Quæ nec ipsa est mutilato versu Voss. cum uno apud Heinsium. quæ est ipsa, nec ipsa est Bartholin. quia est ipsa duæ edd. Rom. ultimum hoc distichon editioni Nicolai Heinsii, forsan errore typographi, omnino desideratur. loco pro bono conj. Heins.*

=====  
 FINIS CL. CLAUDIANI OPERUM.  
 =====



**NOTÆ VARIORUM**

**IN**

**CL. CLAUDIANI OPERA.**

---

EX EDIT. NICOLAI HEINSII, FILII DAN. HEINSII :  
AMSTELODAMI, APUD ELZEVIR. 1665.

---

# NOTÆ VARIORUM

IN

## CL. CLAUDIANI OPERA.

---

I.

IN SEX. ANICII PROBINI ET SEX. ANICII HERMOGENIANI  
OLYBRII FRATRUM CONSULATUM

### PANEGYRIS.

**I**n scriptis exemplaribus post libros in Rufinum legitur hoc carmen: quamquam in plerisque desideratur. Leidensis ac Moreti meliores, unus Petavianus codex, tres Medicei cum Vaticanis et Pulmannianis totidem exhibent. In Gyraldi quoque et Pricæi libro et Farnesiano ac Palatino legebatur. In primo Vaticano manu recentiori erat additum. *D. Heinsius.*

Hæc Panegyris videtur primus esse fœtus Claudiani: ait enim ad Probinum: 'Romanos hibimus primo te Consule fontes:' sed facile credo multa opuscula eidem meditata et composita, priusquam auderet hoc carmen publicè recitare. Hic vero Consulatus contigit anno 395. de quo alibi. vide et Symmach. Ep. lib. v. Cæterum Proba, teste Hieronym. trium liberorum fuit mater, Olybrii,

Probini, et Probi, ordinariorum Coss. *Claver.*

1 *Sol qui flammiferis] Flammigeris* libri scripti constanter: minimum refert. *D. Heins.*

*Sol, qui, &c.]* Solem compellat invocatque ut lætum diem producat: antiquissimo more felicitatis observandæ, ut momentum Principi laudando faciat non ultimum serenitas diei: inde enim et mores Principis æstimabantur. Sic Papin. xvii. Consulatu Domitiani: 'Aspicias ut templis alius nitor, altior aris Ignis, et ipsa meæ tepeant tibi sidera brumæ, Moribus atque tuis.' Accedit et superstitio prisca, quæ numinum favorem cæli serenitate metiebatur. Deinde *Solis* nomine omnes summos Deos intellige. Oriens etiam universus velut privilegio quodam numinum Solem præcipuum venerabatur, ut nunc quoque



Persæ ignem. *Barth.*

*Flammigeris*] Sunt qui leg. *flammi-feris*: flammiferi hinnitus equorum Solis sunt: ut et Ovid. *Metam.* II. 'hinnitibus auras Flammiferis implent.'

*Mundum complexus*] Τὸ πᾶν, universam rerum machinam. *Complexus* scil. luce, radiis, fulgore: sic enim Poëtæ voce complectendi utuntur. *Papin.* Equo Max. 'Quæ super imposito moles geminata colosso Stat Latium complexa forum.' Cujus nobilissimum decus erat, quodque forum illustrabat. Vel ad cursum aut volatum, ejusque velocitatem spectat.

2 *Volvis inexhausto, &c.*] Longe doctissima temporis periphrasis, quod a Sole per annuos recursus vertitur et constituitur, in orbem immensum rediens ab emenso, seque repetens atque conficiens. Inde annus quasi annulus, quod in se redeat. Sic *Virgil.* *Ge.* II. 401. 'redit agricolis labor actus in orbem, Atque in se sua per vestigia volvitur annus.' *Barth.*

3 *Meliore coma*] Radiis nitidioribus.

4 *Blandius elato surgant*] Placet *Isingrini* lectio, *rubcant*: sic et sequenti versu 'roseum efflantes ignem' dixit: quomodo 'rosea lora' Phæbi equis a Statio dantur, *Theb.* III. 'laxant roseis humentia loris Pectora:' ita bene scripti; non *calidis*. De *Aurora* *Silius* lib. I. 'roseasque movebat habenas.' Apposite noster *Gigantomachia*, 'flectitque rubentes Phæbus equos.' *Blandum rubere* dixit, ut 'dulce rubere' *Stadius* *Theb.* IV. 'Dulce rubens viridique genas spectabilis ævo:' et 'dulce rubenti *Murice*' epicedio *Glauciæ*: et 'lætum rubere' *Achilleide*: 'Mulcetur lætumque rubet.' Sic recte *Vossianus* liber aliique nonnulli a me inspecti: et *crudèle rubere* *Theb.* III. 'quanti crudèle rubebitis amnes:' ubi quantum perperam vulgati: sævum rubere eodem libro: 'incurvi sævum rubuere ligones:' *altum rubere* *Theb.* VII. 762.

et *Theb.* IX. 439. forte rubere *Achilleidos* II. 'At ferus *Æacides* radiantem ut cominus orbem, Cælatum pugnas, sævis et forte rubentem Bello- rum maculis, acclinem et conspiciat hastam.' Ubi τὸ forte perperam pro adverbio sumitur: cælatum pugnas elegantiori Græcismo vetustus codex exhibet: vulgati *pugnis*. *D.* *Heins.*

*Blandius, &c.*] Temonem blandius attollere dicuntur repexi jugales; ne scil. cum furore ineant, aut asperis animis, diei illius cursum. *Barth.*

5 *Roseum ignem*] Rubicundiorum diurno, qualis solet esse *Auroræ* aspectus. Suavitatis ergo colos est, ipso nomine vernum et hilare aliquid inferens, *Veneris* *Gratiarumque* flori concolore conspectu. Ipsi consules vix primo flore vestiti genas, floridum diem, roseumque Solem videbantur exposcere. *Barth.*

6 *Germanis Cons.*] Non tamen hi primi fratres Consules: sub *Constantino* *Julianum* et *Paulinum* lego Romanas curules tenuisse.

*Annus*] Nomine suo annum insignire, hoc est, Consulem esse, summus tunc quoque honos. *Barth.*

*Vestigia torqueat annus*] Legendum videtur *fastigia*: sic consularem dignitatem vocant tam noster quam alii auctores: torquere autem *fastigia* vel consulatum, pro anno seu consulatus tempore. Infra, hoc ipso *panegyrico*, 'ad summi quoties *fastigia* juris *Venerit*:' ubi male etiam *vestigia* in scriptis quibusdam. *Silius* *summum jus* vocat consulatum. Atque ita lib. II. in *Eutropium* lego ex pari conjectura, 'Nullaque calcati starent *fastigia* juris.' VI. *Cons. Honor.* 'nulloque magis se colle potestas *Æstimat*, et summi sentit *fastigia* juris.' Lib. II. in *Stilic.* 'Plus ideo sumenda tibi *fastigia* juris, Ne pereat tam priscus honos.' *Nuptiis* *Celerinæ*: 'tenuit summæ *fastigia* sedis, Eo-um stabili moderatus jure senatum:' *fastigia* pro dignitate Impera-

toría Epithalamio Honorii, 'fastigia  
supplex Deposui, gessique procum.'  
*D. Heins.*

8 *Scis genus Auchenium*] Mirum,  
quam exercuerit hic locus viros eru-  
ditos. Nos veterum editionum lec-  
tionem revocavimus: quam et ex  
scriptis quidam tuentur. Gyraldi  
vetustissima et Medicea libri Lucen-  
sis excerpta, *Alchenium*. Alii codices  
*Auchenium*, *Anthenium*, *Anchenium*,  
*Achenium*, *Ancherium*. Panuinus in  
Fastis *Anthemium* legit: quod secu-  
tus Raphelengius. Delrius, *Anicium*:  
quomodo tam hic quam infra in ve-  
usto codice legi testatur Claverius,  
quod et in editione sua exprimen-  
dum duxit. Sed cum nullos ille ve-  
teres libros inspexerit, præter exem-  
plar cum libris manu exaratis a mag-  
no Cujacio collatum, viri summi con-  
jecturam pro veteris membranæ lec-  
tione ab illo arreptam vix dubito;  
ita enim et alibi deceptus: nam in  
nostris nihil simile invenias. Quid  
quod prima in *Anicio* syllaba corripit-  
tur, producitur secunda, apud ævi  
hujus scriptores, nec solum in contra-  
ria ivisse Claudianum fit verisimile:  
etsi non ignoro inscriptiones extare,  
in quibus *Aniciorum* nomen per du-  
plex n scribatur: raro id tamen. Jam  
quod negant gentem *Aucheniam* exti-  
tisse viri docti, quo id jure dicant,  
ipsi viderint. Eandem enim et Ani-  
ciæ esse ex lapide antiquo patet, cu-  
jus inscriptionem primus, quod sci-  
am, in Variis Lectionibus publicavit  
Josephus Castalio, et post illum vir  
celeberrimus Jacobus Sirmondus Dis-  
sertatione de Suburbicariis Regioni-  
bus: eam ecce:

*Ad Forum Trajanum.*

AUCHENII

ANICIO. AUCHENIO. BASSO. V. C.

QUAESTORI. CANDIDATO

UNO. EODEMQUE. TEMPORE.

PRAETORI. TUTELARI.

PROCONSULI

CAMPANIAE. PRAEFECTO. URBI.

TRINI MAGISTRATUS  
INSIGNIA FACUNDIAE. ET. NA-  
TALIUM. SPECIOSA. LUCE  
VIRTUTIS. ORNANTI.

Videtur autem is ipse esse, qui cum  
Philippo Honorianis temporibus con-  
sulatum obtinuit, et pari nominum  
triga in antiquis fastorum membran-  
is insignitur. Nihil igitur in Claudiano  
mutandum. Mox *potentes Anniadæ*  
pro *parentes* edendum curavimus,  
scriptos secuti, quotquot inspeximus,  
si unum Palatinum recentioris notæ  
excipis: male eam lectionem damnat  
Barthius. De Anniis et Aniciis Au-  
sonius nonnulla Epist. III. et Pruden-  
tius non uno loco. Anicii Quæstoris  
sub Constantio, hominis potentissimi,  
meminit Ammianus Marcellinus, libr.  
xvi. 'Quæstor in Urbe Anicius, qui  
in regiam æmulationem posteritate  
tendens, satiari numquam potuit cum  
possessione multo majore:' et sane  
hæc familia ad imperatoriam dignita-  
tem post evecta est. *D. Heins.*

9 *Anniadæ*] In v. codicib. ita scrip-  
tum; sed Ausonii vetus liber de Pro-  
bo: 'Stirpis novator Amniæ:' et ve-  
tus marmor habet: 'Amnios de ea-  
dem gente:' at fuit nomen *Anni* olim  
celebratum, et exstat Anni Paulini  
monumentum insigne, quem suspicor  
affinem huic domui: sed lapis anti-  
qus ideone arguetur falsi? forte  
sculptoris vitium est, aut ejus qui de-  
scripsit. Prudentius: 'Anniadam so-  
boles, et semina clara Proborum.'  
*Claverius.*

*Ductoribus*] Consulibus, qui duces  
anni. Papin. iv. Silvar. 1. 'lucem-  
que a Consule ducit Omnis honos.'  
*Barth.*

10 *Instaurare vias*] Recentare an-  
nos, et felicibus titulis mactare. Pa-  
pinianum est ex eodem carmine, Jano  
Cæsarem alloquente: 'Salve, magne  
parens mundi, qui sæcula mecum In-  
staurare paras.' *Barth.*

*Addere nom.*] Honoris ipsius anni  
gratia. Noster alibi, 'ornatur For-

tuna viro.'

11 *His neque per dubium*] Liber Barthio collatus: *His neque per dubium pendi Fortuna pavorem, Nec, &c.* Hoc est, Ignorat aestimari, non solet censeri ab his dubio pavore. Scriptura eleganti, cum de iudicio hominum prudentissimorum loquatur, qui Fortunam ipsam in suo habeant arbitrio. *Barth.*

*Pendet Fortuna favorem*] Sic jam puer olim legendum vidi; quod membranae septem aut octo confirmant. Vidit et Barthius in priori editione: nam in posteriori pro vulgata pugnat immerito. Perperam hactenus lectum *pavorem*. Tantundem est ac si dixisset, fortuna his non pendet a dubio favore, non debent fortunas suas dubio favori. P et F in manuscriptis promiscue confundi notum: ita apud Val. Flaccum lib. III. non longe a fine, legitur, 'Non ea fax odiis, oblitaque numine fesso Juno sui: cum *pax* scribendum sit. Sed modus exemplorum non esset: de quibus alibi. Hoc interim *ὡς ἐν παρόδῳ*. *D. Heins.*

12 *Sed fixus, &c.*] Fato veluti debitus et immobilis.

13 *Procedit honos*] Ordine non interrupto. Hinc cognomen nacta nobilitas Probinorum et Olybriorum, ut *Trabeata* speciatim appellaretur. *Barth.*

*Quemcunque requires*] *Require* plerique veteres. *D. Heins.*

15 *Per fasces numerantur avi*] Singulos patrum ait Consules fuisse: avos proavosque omnes, nominibus Fastos decorasse. Ab initio enim principatus Constantini Magni, Probi stemma effloruit, eoque IV. Consule fuit Probianus vel Probinus Proconsul Africae; dein Crispo Consule Probianus; sub Constantio Olybrius Proconsul Africae, dein P. F. urbi. Exin Probus Praef. Praet. postea Consul cum Gratiano; postea Olybrius Consul cum Ausonio. Is vero Probus

longo tempore domum sua luce claravit, donec Olybrius et Probinus fierent Consules. *Claverius.*

*Semperque renata, &c.*] Nullam obscuritatem subiisse genus hoc, sed sibi quemque per gradus nobilitatem avitam reparasse ait: indicans non tam jactasse stemma quam vindicasse sibi contentione virtutum et gloriae cum patribus. *Viror* autem, flos, ἀκμή cujusque rei memoratur; sic *virens existimatio* apud Symmachum. *Barth.*

16 *Prolem fata seq.*] Auctorem suum æmulatur et παραδίξει Papin. I. Thebaid. 'immutabile sanctis Ponus adest verbis, et vocem fata sequuntur.' *Barth.*

17 *Continuum simili, &c.*] In membranis nobis collatus erat: *Continuum simili signantia lege nepotem*; ut velut characterem aliquem Consularis dignitatis innasci dixerit Aniciorum et Anniorum stirpi. *Barth.*

18 *Nec quisquam procerum tentat*] *Malo tentet*: ut apud Statium, 'nec tu divinam Æneida tenta.' *D. Heins.*

*Licet ære vetusto*] De imaginum apud Romanos aestimatione et usu lege Polyb. lib. VI. et Lipsium, Elect. lib. I. Papin. 'Quid referam veteres ceræve ærisve figuras, Si quid Apellæi gaudent animasse colores?' *Barth.*

19 *Cingatur Roma*] Ad copiam nobilium Senatorum respicit, qui ipsam Romam velut compleant.

20 *Prima sede relicta*] Anicios suos omnes Romanorum procerum familias nobilitate excellere facit, exceptis Principibus, quos forte fastigium eximebat. *Barth.*

*Prima sede*] Ait Aucheniiis, vel, ut alii volunt, Anniciis, propter nobilitatem generis, illud a Senatu privilegii concessum, ut dicendæ primo loco sententiæ jus haberent. *Delrio.*

21 *Jure licet certare*] Jus, jurisdictionem denotat, Honorem, Magistra-

tum. Scitius tamen, mea opinione legas *secundæ*, sedis nimirum. *Barth.*

22 *Haud secus ac tacitam*] *Atraciam* Leidensis a secunda manu: ut illa Statii respexerit Theb. i. 'qualis per nubila Phæbes Atracia rubet arte labor.' *Arcton* pro nocte posuit, quomodo *Lycaoniam umbram* idem Statius Thebaid. III. *D. Heins.*

*Tacitam Luna regnante*] Partem cæli intelligit Septentrionalem, ubi propter aëris frigiditatem, lucidiores stellæ, et Lunæ regnum illustrius est. *Barth.*

23 *Fratre retuso*] *Retruso* emendat in libro suo magnus Scaliger, quod Raphelengius expressit: nolim factum. Barthio majoribus Commentariis arridere video *recusso*: quod Leidensis et Moreti codex cum duobus aliis præferunt: quomodo 'repercussum solem' Ovidius dixit. Vulgatam lectionem primæ editiones et Medicæus unus cum duobus Vaticanis et Farnesiano tuentur: de qua non dubitandum. *Retuso* pro *obtusio*: I. II. Rapt. Proserp. similiter 'hunc fronte retusa Delius, nunc fracta Cephisus arundine luget.' IV. Cons. Hon. 'Visa etiam medio populis mirantibus audax Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso Languida.' Quem locum frustra Delrius tentavit. VI. Cons. Honorii, 'Namque velut stellas Babyloniam cura salubres Optima tunc spondet mortalibus edere fata, Cælicolæ cum celsa tenent, summoque feruntur Cardine, nec radios humili statione retundunt.' Quomodo illic quoque loci ex vetustis libris scribendum monui: *radios frangere* dixit Statius Achilleidos II. non dissimili loco, 'Frangebat radios humili jam pronus Olympo Phæbus, et Oceani penetrabile littus anhelis Permittebat equis.' Ita enim malo, quam *Promittebat*, quod nunc legitur. *Contusa sidera* dixit Bello Gildonico noster, 'Et contusa vagos jaculentur sidera crines:' sic enim antiquissimus Gyraldi

liber, et multi alii. Vulgo *confusa*. Avienus in Prognosticis de Luna, 'si crassior atque retusis Cornibus ingreditur.' et Virgil. Georg. I. 'Pura nec obtusis per cælum cornibus ibit:' et ibidem, 'Nam neque tum stellis acies obtusa videtur.' Statius, Theb. X. 'Iris et obtusum multo jubar excitat igni.' Sic et *hebetari sidera* Silio et Avieno dicta, *hebere* Lucano, Statio ac nostro *languere*. *D. Heins.*

*Sideræ cedunt acies*] Matri nimirum: non injuria; stellarum enim mater *Luna*. Ordines dicit *acies* sive chororum. Inepte Delrius, qui comm. in Senecæ Hippolyt. *facies* legit. Comparatio similis in Horatio: 'micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores.' *Barth.*

24 *Æmulus orbis*] Plenum Lunæ orbem dicit. Petronius: 'Delectata illa risit tam blandum, ut mihi videretur plenum os extra nubem Luna proferre.' Ergo *Æmulus orbis*, quasi parem splendorem dignitatemque affectaret.

*Adversis ignibus*] Ab oppositione enim Solis illuminatur Lunæ globus: et tum Luna obscuratur, quum Solem non excipit adversum. *Barth.*

25 *Jubar Arcturi*] Ipse Arcturus: jubar enim stellarum fulgor. Sic et *Leonis ira*, pro ipso Leone. *Barth.*

26 *Intermicat*] Modo micat, modo obscuratur, perque intervalla relucens, tandem cedit Lunæ. *Barth.*

27 *Caligantibus armis*] Orionis sidus armatum fingi, nemo nescit. Ovid. lib. XIII. 'nitidumque Orionis enssem.' *Barth.*

29 *Quis facta*] Ne scil. fati adscribatur honos virtute partus. Facta enim sunt memoratu dignæ res gestæ. Alii *fata* legunt, per quæ et vitam omnem denotare videntur.

30 *Nimias*] Immensas, summas. Apuleius, lib. VIII. 'Abactum sibi nocte asinum perquirentes, nimio studio cuncta diversoria scrutantur.'

31 *Vivit adhuc*] Integram gloriam

indicat.

32 *Gloria fusa Probi*] Idem Probus, ut patet ex vet. inscriptione fuit Proconsul Africæ, Præfect. Præf. Illyrici, Africæ, Galliarum. Consul ordinarius, Consulum pater, de quo Prudentius: 'Fertur enim ante alios generosus Anicius orbis Instaurasse caput.' Alias *urbis*: contra veritatem: nam Ovid. 'Roma triumphati dum caput orbis erit:' ut obiter hoc indicem. *Claverius*.

*Quam nec ventura, &c.*] Barthius sic legendum censet: 'quem nec ventura silebunt Lustra, nec ignota rapuit sub nube vetustas.' Nobilitatem vetustissimam modo supra commendavit: *per fasces numerantur avi*: ut ergo nulla ei vetustas nocuerit hactenus, sic spondet illi posterorum porro celebrationem.

33 *Nec ignota rapiet sub nube vetustas*] *Ignotam* Gronovius: *obscura* Isingrini liber: ut apud Silium, lib. XIV. 'Mulciber obscuræ tectus caligine nubis.' Barthius præterea *rapuit* reponi vult pro *rapiet*, aliud agens: non enim de aliquo dudum e vivis sublato verba hic facit Claudianus, sed de patre Olybrii ac Probini, quem ipse Barthius adhuc superstitem fuisse, cum hæc scriberentur a Claudiano, paulo ante asseverabat p. 2. quamquam immerito, ut opinor. *D. Heins.*

*Sub nube*] Sub obscuritate.

35 *Tethyos ambages*] *Ambages* sunt exorbitationes et evagationes de via: alibi Claudian. 'longis illuc ambagibus itur.'

*Atlanteosque recessus*] *Atlantidosque* unus Mediceus. Forte *Atlantiacosque*: sequenti versu *si quis Mæotida* idem liber. *D. Heins.*

36 *Mæotica*] Scilicet *palus*. Barth.

*Mæotica pascit*] *Mæotia* Claverii editio: paulo rectius, quod et Barthius curis secundis monuit. Ad quæ annotamus infra IV. Cons. Honorii, vs. 180. *D. Heins.*

37 *Sub Jove gelido*] Hoc est, aëre frigido. Sic Horat. 'manet sub Jove frigido Venator, teneræ conjugis immemor.' *Barth.*

*Calido si quis conjunctus in axe*] Hoc corruptum putant: non ego: *conjunctus*, scilicet nascenti Nilo, quod sequitur. *Conjuncto* disjunctus opponitur. *Conjunctus* igitur contiguus, conterminus; subintellige, nascenti Nilo: primus Vatic. *convinctus*. Barthius ex editionibus nonnullis notat *cognatus*, et interpretatur: sed frustra. *D. Heins.*

38 *Virtutibus ille*] Summa laus in potentissimo homine. Velleius pulchre de Catone: ut et Lucan. lib. IX. 'Fortunaque perdat Opposita virtute minas.'

39 *Nunquamque levantibus, &c.*] Utriusque Fortunæ victor; nec elatus prospera, nec victus adversa. Hinc Horat. 'Rebus angustis animosus atque Fortis appare,' &c.

40 *Circumflua luxu*] Abundantissimam abundantiam dicere vult. *Barth.*

*Circumflua luxu*] Talis ille, sed vaffer, Crispi nepos apud Tacitum, per cultum et mundicias luxu propior, vigore animi par erat ingentibus negotiis, eoque acrior, quo somnam et inertiam magis ostentabat: multi vero, Seneca teste, per ornamenta feriuntur: atque de hoc Probo, quædam sinistra apud Ammian. Marcell. *Claver.*

41 *Intactum vitio servare rigorem*] Non *vigorem* optimus Gyraldi liber: ut Cato apud Lucanum dictus *rigidi servator honesti*: unde et apparet *perperam regnare* hic in nonnullis libris legi. *D. Heins.*

*Rigorem*] Barthius legit *vigorem*, id est, nobilitatem animi, rebus gerendis aptam.

43 *Sed largior imbre*] Sparsionem intelligit, plena manu, larga mente factam. *Barth.* Et mox 'currentia munera' addet: eleganter et præclara allusione ad missilia et sparsiones.



45 *Densos currentia munera nimbos*] Ita rectius unus Mediceus, et Delrii liber, quam vulgati, *denso nimbo*: *nimbi* a poetis passim hæc munera dicuntur, quæ in populum spargebantur; præsertim cum de sparsione theatri agitur. Martialis, lib. VIII. Ep. LXXVIII. 'Nunc veniunt subiti tasciva numismata nimbi:' sic bene veterrimus Vaticanus, non *subitis nimbis*: sic *nimbus croci* et similia passim apud poetas. 'Grandinem serenam' dixit Stadius Sylvarum lib. I. Saturnalibus: 'Qualis per cuneos hyems Latinos Plebem grandine concutit serena:' perperam illic nunc legere est *serenam*: sic *imbres sereni* apud nostrum Idyllio de Nilo, et *madidum serenum* Raptu Proserp. II. 91. *nubes serenæ*, Virgilio. D. Heins.

*Currentia munera*] Veluti flumine perenni; eorum enim est currere. Tum *nimbi* et *imbres* copiam notant.

46 *Populis undare penates*] Eleganter ex Virgil. 'Mane salutantum totis vomit ædibus undam.' Ex eo dicuntur *vomitoria*, unde populus emittitur. Marcellinus: 'in Amphitheatrali curriculo undatim coëunte plebe.' Claver.

48 *Præceps illa manus*] Quod scilicet ipsa vota liberalitas Probi præcipere quiverit: qualem in Stilicone laudat, lib. II. ejus laudum, idem Claudianus noster, præcipiens exemplo, non exspectandam necessitatem, sed præcipiendam hominum largitate benevolentiam, cum eam nondum exspectent; tum enim longe acceptissimam cadere. Et veteres *præcipitem* in hunc sensum, pro insigniter benefico, propensique animi, docet auctor Glossarii. Barth.

49 *Sic quis tellure revulsa Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum*] Hæc procul dubio corrupta sunt. Claverii lectionem expressimus: nam vulgo *si quis*. Raphaelengius *si quid*. Scaliger in ora libri sui, *ut qui*. Petavianus liber, *sed quis*, per interrogationem: quomodo et unus Pulmanni.

Delph. et Var. Clas.

Leidensis a manu secunda, *quantum*: sed scripti plerique cum vulgatis *si quis* tuentur. Forte, *ceu qui tellure revulsa Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum*: vel, *ut qui*. Cl. Barthius transpositione huic loco medetur, qui videndus: *τοῦ auri* superflua repetitio est, cum jam dixerit 'Aurea dona vomens.' Puto scriptum fuisse *austër*: quod et pro *auster* et *austrum* capi potuit: *τὸ auster* vero pro *Astur*: quomodo et alibi peccatum. De auri fossoribus Asturibus notum. Lucanus, lib. IV. 'Non se tam penitus, tam longe luce relicta Merserit Asturii scrutator pallidus auri:' ubi perperam *Assyrii auri* nunc circumfertur, etiam in membranis omnibus, quas magno numero consului: pari modo *pallentem Bessum* noster hic vocat. Paulinus in carmine Sapphico ad Nicetam, 'Pallidos auri legulos in aurum vertis:' ubi *Callidos* perperam legitur. Silius lib. I. 'Astur avarus Visceribus laceræ telluris mergitur imis, Et redit infelix effosso concolor auro.' Stadius Sylv. IV. ad Junium Maximum de Dalmatis, 'Quando te dulci Latio remittent Dalmatæ montes, ubi Dite viso Pallidus fossor redit, erutoque Concolor auro.' Quibus locis alter alterum manifesta imitatione expressit. Sed *sollicitis collibus* cur dixit? id enim duriusculum videri possit. Quare fuit cum et hoc corruptum arbitrarer, scriptumque *Galliciis* olim pro *Callaiciis*, ut sæpe libri veteres habent: atque adeo totum locum sic legendum, *quidquid tellure revulsa Callaiciis fodiens rimatur collibus Astur*. Latinus Pacatus, 'quod de venis montium aut fluminum glareis quæsitores Bessus, scrutator Callaicus eruisset.' Callaicus enim Astures vicini: aut, si Paulo Orosio credimus, Callæciæ pars fuerunt. Ita ille lib. VI. c. 21. apposite Martialis lib. X. Ep. 16. 'Accipe Callaiciis quicquid fodit Astur in arvis:' ubi veterrimus codex Thuanus *Galliacis*.

Claud.

4 H



*Callaicum aurum* et *Callaicum metallum* Martialis idem alibi dixit: quomodo et Silius Italicus lib. x. Confirmant ista Lucani, lib. vii. quæ noster respexisse visus: 'Quicquid fodit Iber, quicquid Tagus expulit auri, Quodque legit dives summis Arimaspus arenis.' *Sollicitis* tamen *collibus* dixisse videtur, quomodo 'carcerem sollicitum' Ovidius Amor. lib. i. El. vii. Certe auri fossoribus plurimum molestiæ devorandum erat, partim ob continuos gravissimosque labores, partim ob aërem pestilentem. Strabo, lib. xii. *καὶ θανάσιμον καὶ δόσοιστον εἶναι τῶν ἀέρα φασί*, ubi de fodinis agit: quibus paria habes et apud Lucretium, lib. vi. adeo quidem ut raro vitales essent hi fossores, et pallorem vultu plerumque præferrent: quod ex Lucani, Sillii, ac Statii locis jam prolatis liquido apparet; atque ea de causa *pallentes Bessi* nostro dicuntur. Eo nomine et inter gravissimas pœnas habitum ad metalla damnari. Aliter hæc Barthius. *Sollicitis* ergo *collibus* non tentandum: de cæteris sententiam haud muto. *Rimatur* porro ex Isingrini libro, non *miratur*, Rapphelegius bene. Cons. Manlii, 'venas rimata sequaces Abdita pallentis fodit sollertia Bessi.' iv. Cons. Hon. 'Patulis rimatur faucibus aurum.' *Scrutari* Lucretius de auri fossoribus dixerat. *D. Heins.*

*Sic quis tellure revulsa*] Barthius sic transponit hos versus: 'Præceps illa manus fluvios superabat Iberos, Aurea dona vomens; quanto pretiosa metallo Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta, Despumat rutilas dives Pactolus arenas: Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis Effluxere decus, si quis tellure revulsa Sollicitis fodiens rimetur collibus aurum.' Et *effluxere* poëtice positum dicit pro *effluent*.

50 *Sollicitis*] Nam 'itum est in viscera terræ, Quasque reconderat, Stygiisque admoverat umbris, Effo-

diuntur opes, irritamenta malorum.' Ovid.

*Fodiens miratur*] Sensus est: Si quis in imis terræ radicibus aurum fodiens, inventam quantitatem aliquam miratur; admiretur ille potius liberalitatem Probi, qui tantum quotidie largiebatur, quantum stagna Tagi, &c. *Delrio.*

51 *Stagna Tagi rudibus stillantia venis*] *Pallentia* primus Vatic. a manu secunda: a manu prima *fallantia*. *D. Heins.*

*Rudibus venis*] Intactis. Tum *rudē* quidvis ut natum est, ornatu nullo extra accedente. *Barth.*

52 *Effluxere decus*] *Decus*, aurum, quod omnia condecorat.

*Quanto pretiosa metallo*] Sic conjeceram jam olim; atque ita in ora libri sui Livinelus: scripti quinque confirmant. Vulgo *metalli*. Sequenti versū durum videtur *quantas rutilas arenas*. Scriptum a nostro igitur putem, *quantum per Lydia culta Despumat rutilæ dives Pactolus arenae*. *D. Heins.*

55 *Resonent si vocibus ora*] *Pateant* primæ edd. et scripti aliquot. Mox *Multifideque ruat*, non *Multifidusque* Leidensis et unus Pulmanni: quod arridet Barthio. *D. Heins.*

57 *Acta Probi*] Legi nuper in Ecclesiastica viri inlustris. historia, Epitaphium hujus Probi, quod Maff. Vegius ab interitu vindicavit: 'Primus eras, nullique patrum virtute secundus: Nunc renovatus habes perpetuam requiem.' Erat et eodem in templo Proba ejus uxor sepulta, quibus hæc posita erant: 'Sublimes quisquis tumuli miraberis arces, Dices, Quantus erat, qui Probus hic situs est. Consulibus proavis, socerisque, et Consule major Quod geminas Consul reddidit ipse domos. Præfectus quartum toto dilectus in orbe, Sed fama emensus quicquid in orbe hominum est. Solamen tanti conjux tamen optima luctus Hoc Proba sortita est, jungat ut urna pares.' *Claver.*

*Acta Probi narrare queam*] *Numerare* Delrii codex, ut III. Cons. Honor. 'Facta tui numerabat avi.' *Mox lento voto non longo idem Delrii codex et unus Pulmanni: Staius tamen Theb. 1. 'longo consumit gaudia voto.'* *D. Heins.*

58 *Ad summi fastigia juris*] *Consulatum* dicit. *Quem alibi portum honorum omnium vocat.*

59 *Italix late cum frena, &c.*] *Jam loquitur de Præfectura Prætorii, honore tum re ipsa Imperatoribus proximo. Italia autem non suberat Præfecto P. Illyrici, quo nomine bona pars tum Romani Imperii censebatur.*

60 *Quos arat Africa*] *Fertilem partem pro universa Romana intelligit.*

61 *Nati vicere patrem*] *Optabilis grataque parentibus victoria.*

*Solique merentur*] *Nec alius enim ea tempestate Patriciorum honoribus pluribus hoc viro functus. Barth.*

62 *Non contigit illi*] *Nunc Medicus et Palatinus. Puto, num. D. Heins.*

*Non contigit illi, &c.*] *Non habuit fratrem Probus, qui virenti ævo cum eo gereret Consulatum, quam liberorum felicitatem vidit, eaque fruitus est. Barth.*

63 *Prima ævi*] *Primum ævum, prima adolescentia.*

65 *Non anxia mentem, &c.*] *Pusillanimitatis index. Non votis inanis perdere momenta rerum, neque aggrediundis cunctari autumat. Spes enim inter summos animi tyranos. Hinc Joh. Saresburiens. de Nugis Curialium: 'Omnia tutus agit, quem nec spes nec timor angit.' Barth.*

66 *Longo tendit, &c.*] *Et ut recte Papinus ait: 'Spes anxia mentem Extrahit, et longo consumit gaudia voto.' Delr. lento.*

67 *Cæpistis; qua, &c.*] *Qua alii destiterant, inquit, vos incipiebatis.*

68 *Quo finis erat*] *Qua omnino legendum: et sic Barthius. D. Heins.*

69 *Flos juvenilis*] *Prima barbæ eruptio; quæ cum sit tenuior, obum-*

*brare genas scite dicitur; ita ut quis dubitare possit, utrum vera lanugo sit, an umbra quædam ejus.*

70 *Lanugine vestiat*] *'Tunc mihi prima genas vestibat flore juventas.' Festus: 'Vesticeps puer, qui jam vestitus est pubertate. Investis contra.'*

73 *Fulmineis impellens, &c.*] *Engenium dicit, quem perperam Cassiodorus tradit his Consulibus debellatum. Cum Claudiano recte Idatius, victoriam eam in annum XVI. Theodosii collocans, qui XVII. Imperii sui his iisdem Consulibus excessit. Barth. Postquam ergo Theodosius, tyrannis devictis, Alpes Julias patefecit. Delr.*

74 *Augustus*] *Theodosius.*

75 *Dignas persolvere grates*] *Tum temporis enim pro præmio ob maximas res gestas Consulatus tribuebatur. Barth.*

76 *Pro natis*] *Gnatis unus Pulmanni. D. Heins.*

*Dominum flexura*] *Consules enim in annum futuri designabantur ab Imperatoribus, missa trabea Consulari. Exemplum habes in Gratiarum Actione Ausonii ad Gratianum. Barth.*

77 *Famuli currum, &c.*] *De curru Martis famulos, ejus soboli, Romæ, adjungit. Vide Papin. lib. VII. Theb. Idem.*

79 *Romam comitantur*] *Dominam Gronovius: ut alterum ex glossa sit procusum. D. Heins.*

80 *Cuspide turbet*] *Innuit alludique picturam urbis, quæ hastata producit. Barth.*

81 *Sub juga ferrea nectit*] *Isingrini liber mittit: quod Raphelengius et Claverius secuti. Vulgatam lectionem non temere damnem: Sic 'nexus ad juga tarda boves,' Avienus dixit fab. 32., et fab. 28. 'cervicem innectere aratro:' noster Nupt. Celerinæ: 'Mollia purpureas adnectunt frena columbas.' *Sub juga vertit pri. Vatic. D. Heins.**

83 *Quæ possidet athera regnis*] *Qua*

legendum ex Leidensi libro bene vidit Cl. Gronovius: nec aliter Aldus. Sic et supra Barthius, 'Cœpistis, qua finis erat.' Infra etiam cum scriptis corrigendum, 'qua fine sub imo Angustant aditum curvis anfractibus Alpes.' *Idem.*

*Possidet æthera*] Quia consecrata, interque Deos illos egregios relata erat, cum Venere commune fanum sortita.

*Triumphatis*] Omnibus sub unum redactis. *Barth.*

84 *Ritus imitata Minervæ*] Armaturam, habitum.

85 *Cæsariem*] Incusat vir summus Scaliger in fœmina *Cæsariem* dici, quamcunque etiam comam. In nuptiis Honorii tamen sic loquitur: 'Cæsariem tum forte Venus subnixa corusco Pingebat solio.' *Barth.*

86 *Ornatu retorto*] Torquem intelligit, etymo alluso. *Idem.*

87 *Exserta lucertos*] Talis Romæ figura. Tales ad conflictum paratos, inducit non uno loco Papinius. *Idem.*

88 *Audacem retegit mammam*] Habitu Heroinarum ad prælium euntium, aut armatarum. Sidonius de eadem: 'Sederat exerto bellatrix pectore Roma.'

92 *Armatur terrore pudor*] Palladi propria descriptione, ut viraginem virginem agnoscas.

*Galeæque minaci*] Nam monstra conis galearum infigebant veteres, Dracones, Leones, Gryphos, &c. *Barth.*

94 *Et formidato*] Terrificum clypei jubar. *Idem.*

96 *Et patrius Mavortis amor*] Quo patrem Romuli et Remi Mars fatetur. *Patrius enim amor Mavortis*, qui eum patrem fecit tam nobilium puerorum, quemque ille fatetur Romuli et Remi glorians esse pater. *Idem.*

97 *Romulei: pius annis inest*] Sic plerique scripti. Moreti liber, *pius annus*: unus Medicens, *prius annis*: proxime verum. Vulgo *post annis*. *Pius annis*, quod pueris pepercerit:

atque ita curis secundis Barthius. *D. Heins.*

*Pius annis*] Ovid. Fast. III. 'Amne jubet mergi geminos: scelus unda refugit: In sicca pueri destituuntur humo.' Hanc pietatem expresserat Vulcanus, Tiberim cedentem fingens. *Barth.*

*Bellua nutrix*] Lupa.

99 *Fingunt æra lupam*] Hæc magni Scaligeri conjectura, quam Rapphelegius et cum Claverio Barthius merito probarunt. Gyraldi liber cum Petaviano, *Pingunt*. Vulgo, *Tingunt*. lib. I. de Rapt. vs. 265. 'Nec non et patrui fingit sacraria ditis.' Sic enim scripti quidam: ante ibidem dixerat, 'tenere clementior ævo Fingitur.' Vera scriptura est in primo Vaticano. *D. Heins.*

100 *Jam simul emissis*] Simul ac Zephyros aërem sereniorum, minime gravibus ventis turbatum, intelligunt. His ferri numina, ut et aliis ventis: Papin. lib. I. Theb. 'Portantes præcedere Notos, Cyllenia proles.' *Barth.*

101 *Cursuque rotarum saucia*] Idem dicit Papin. lib. I. 'Nec mora, sublimes raptim per inane volatus Carpit et ingenti dissignat nubila gyro.' Hoc est, dispescit, ut orbita in iis appareat. *Idem.*

102 *Clarescunt nubila*] Semitam enim lucidiorem facit rota perlabens aut pervolans. *Idem.*

104 *Quem poscunt, tetigere*] Sola voluntate: unde scite etiam dixit, *lapsu protenus uno*, quod ipsum omnino tempus considerationi eximit. *Dii* autem quod vellent, continuo id factum habere dicebantur, effectum illico nacta voluntate, si quid fieri placuisset.

*Tetigere locum*] Ipsi videlicet equi noverant quo eundum foret.

*Fine sub uno*] Tò uno præcesserat proxime, *lapsu protinus uno*. Quare scribendum *fine sub imo*. Barthius malit *fine supino*. Statius Via Domitiana, 'Sed quam fine viæ recentis

imo Albam crinibus infulisque cerno?' qui locus Barthianam conjecturam satis enervat ac jugulat. *Imus finis* pro extremo ponitur, quomodo et *imus angulus* sæpe. Idem Barthius paulo post præfert scriptorum quorundam lectionem, *Crescunt in tumulum strages*: vulgati *in cumulum*; sed *acervi stragum* passim occurrunt apud poëtas. Bello Gildonico, vs. 39. ex antiquis codicibus *cumulos repletos stragibus* habes. *D. Heins.*

*Fine sub imo*] Barthius legit, *qua fine supino*, &c. Quasi supini illic montes procumbant.

106 *Conjectis scopulis*] Barthius legit *congestis*, id est, arcte junctis.

107 *Reseranda manu*] Quia *claustra ante* dixit; quorum est injecta clavi reserari.

108 *Geminisque fidem mentita*] Eugenio et eum ducenti Magistro Equitum Arbogasti: hos enim admiserunt Alpes, non transmiserunt, superatos occupanti Theodosio transitum. Possis et de Maximo capere, quem et alibi incessit in gratiam suorum Principum Claudianus.

*Tyranni*] Usurpatores illegitimi Imperii hoc nomine censentur. *Barth.*

109 *Mænia fumant*] Urbibus pesumdatis incendio. *Idem.*

111 *Æquavere jugis*] Expletas fuisse valles cadaveribus, ait.

*Stagnant immersa cruore*] Ita ut sanguis texerit et pene abstulerit cadavera. Sunt qui leg. *immensa*, id est, ultra modum et fidem multa et magna. *Barth.*

112 *Turbantur permixto funere manes*] Sic Isingrinus et scripti aliquot ex nostris. Primæ editiones *truduntur*: quomodo ex conjectura viri illustris Raphelengius, cum *traduntur* in vulgatis libris legeretur insulse. Libro I. in Rufinum sub finem, 'imo barathri trudere recessu:' ita secundus Vaticanus: non *claudere* aut *condere*. IV. Cons. Honorii, 'patria mæs-

tus non truditur exul.' Epist. ad Hadrianum, 'hic undique truditur exul.'

*Turbantur funere*] Permistum funus, tumultuaria sepultura, raptim per acervum congestis cadaveribus. *Barth.*

114 *Cespite gramineo*, &c.] More heroum veterum spernens sellas Imperatorias, pompamque magnificorum stratorum. Continentiam Theodosii commendat Victor. *Idem.*

115 *Acclines humeros*] Sic optimi Codices. *Acclinis*, rei cuiuspiam acclinans sese.

*Dominum gavisa coronat*] Agnoscens legitimum Principem, pulsus tyrannis. Deo acceptis sanctisque mortalibus Coronatio aut cultus talis a Tellure adscribitur. Persius: 'Quicquid calcaverit hic, rosa fiet.' Tacite autem universæ terræ Imperatorem facit Theodosium. *Barth.*

117 *Crebroque recurrit halitus*] *Creberque* Aldus et scripti: rectius, ut lib. II. in Eutrop. 'creberque recurrit Nuncius incassum.' *D. Heins.*

118 *Placidi radiant*, &c.] Etiam in medio fervore belli clementia dulces radios in vultu victoris agnoscit. Papin. 'juvat ora tueri Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.' *Barth.*

119 *Qualis letifera*] Hæc comparatio in laudem Theodosii adhuc viventis, recenti victoria de Eugenio. *Claver.*

120 *Procubat horrendus Getico Gradivus in Hæmo*] Sic Delrii codex et tres ex nostris: non *in arvo*; recte. Illa Statii respexit Theb. IX. 'qualis Getico procumbit in Hæmo Cælo mixta comas quercus.' Noster lib. I. in Rufin. 'Mavors, nubifero seu tu procumbis in Hæmo.' Hæmus certe Marti sacer, unde *Mavortius* Silio dictus. Statius, Theb. VI. 'adverso risit Gradivus ab Hæmo:' et lib. VII. Martis hospitium describens, 'adverso domus immansueta sub Hæmo.' Cal-

limachus hymno in Delon, Ἡμενος ὑψηλῆς κορυφῆς ἐπι Θρηϊκος Αἵμου Θεῶρος Ἄρης ἐφύλασσε σὺν ἔντεσι. Atque ita passim Poëtæ: quanquam pro vulgata scriptura facere videtur illud Maronis, 'Gradivusque pater, Geticis qui præsidet arvis.' Cæterum pro horrendus, horrendum Leidensis; optime: *procurbare horrendum*, ut Cons. Manlii, 'Nec dentibus unquam Instrepis horrendum.' Æneïdos XII. 'horrendumque intonat armis.' Sic et blandum rubere supra: *sævum fremere*, lib. II. de Rapt. Pros. vs. 243. et *præsagum canere*, ibid. vs. 7. ex antiquis codicibus: *cruentum mugire*, lib. I. in Rufin. *regale tumere et sævum nutare*, lib. II. *immane fremere*, Cons. Manlii: *fictum anhelare*, lib. I. in Eutrop. *flebile suspirare et insanum proclamare*, lib. II. *anile gemere*, lib. I. in Stilic. atque ita passim: quorum et pleni Statius, Silius, alii. Emendandus tamen ille IV. Theb. ex membranis: 'capiti tremit ærea cassis Ter niveum scandente juba.' Jubam triplicem intelligit, cujus et Virgilius mentionem facit. Vulgo, 'Ter nivea scandente juba.' D. Heins.

*Gradivus in Hæmo*] Monte et regione, Martis domicilio notissima, ibique quiescebat post bella.

121 *Exuvias Bellona levat*] Gerit Gyrald. pri. Vatic. Farnes. et unus Medicus: sed præstat alterum. D. Heins.

122 *Cornus in hastam porrigitur*] *In hostem* Barthius legit primis curis, secundis *in actam*; alius, *in astra*: nihil mutandum. Hoc vult: Immensam illam cornum Marti pro hasta fuisse, usum hastæ præbuisse. Sic infra, 'turrigeræ surgunt in culmina ripæ.' Vide notas ad lib. I. in Rufin. vs. 151. apud Statium, Achill. I. 'jamque Odrysiam Gradivus in hastam Surgeret.' D. Heins.

*Cornus in hastam porrigitur*] Hasta ex corno facta. Placet tamen *in ac-*

*ten porrigitur*: id est, prope Hebrum in litus hasta ponitur: ut cum quiescente Domino et ipsa respiret. Barth.

124 *Discussas Roma per auras*] Dii enim nebulis amicti inter homines versari dicebantur a poëtis. Sic Horatius: 'tandem venias precamur, Nube candentes humeros amictus, Augur Apollo.' Barth.

125 *Conscia*] Adventu Deæ; nam et inanimata eos præsentibus sentiebant. Barth.

*Conscia ter sonuit rupes*] Sic optimus Moreti liber, ut olim conjeceram: vulgo *tunc sonuit*. Lib. II. de Rapt. 'ter cardine verso Præsagum cecinere fores:' sic et alibi. *Concila* etiam Leidensis: non male. Mox *inhorrui atrum*, non *acri*, cum scriptis legendum: quod Delrius jam vidit et Raphelengius; ut apud Virgil. 'Horrentique atrum nemus imminet umbra.' D. Heins.

*Inhorrui atrum*] Densam illam sylvam inhorruisse tanti numinis accessu, ait. Barth.

126 *Prior hic*] Malim prior huic. D. Heins.

127 *Dux ait*] Imperator Romanus. *Legum genitrix*] Quibus orbis terrarum in unam velut gentem redactus est. Barth.

128 *Circumfusa polo*] Ex ambitione Romana, qui limitibus cæli non comprehendi suum jactat Imperium. Epigrammatarius vetus: 'Sol citra nostrum flectitur Imperium.'

*Consors adjuncta Tonanti*] Roma velut assidens atque affixa ei: recte capitur de templo: alludit enim in monte Palatino juncta Jovis et Romæ fana. Barth.

131 *Tolerare vapores*] Sic recte ex suo libro Delrius: perperam vulgo *labores*. Lucanus, lib. IV. 'Quoque minus siccos possent tolerare vapores, Quæsita fecistis aquæ.' Lib. IX. 'monstrat tolerare vapores, Non ju-



bet.' Sic vetus liber. Ovidius, lib. II. *Metam.* 'neque enim tolerare vapores, Ulterius potuit.' 'Æthiopum vapores' sic et noster dixit lib. I. in *Stichonem*, et alibi. *D. Heins.*

*Vapores*] Hæc non ab Honorio, sed Theodosio seniore, qui nondum obierat, dicuntur. *Delr.*

132 *Coros*] Vide Gellium, lib. II. cap. 22.

134 *Nulla sub tempestate*] Quocunque cælo, ait, favente sive adversante.

137 *Quam tua*] Ita pro diversa lectione in Petaviano notatum; et bene. Vulgo, *Quod tua. Quam pro quantum*: neque aliter Palatinus, et a manu secunda primus Vaticanus. *D. Heins.*

138 *Servitium rursus, furiaque rebelles*] Arbogasten summum belli ducem per *furiarum* vocabulum intellige: per *servitium*, hominem primum tenuis fortunæ et ludimagistrum Eugenium; mox quoque sceptro Romano, instinctu Arbogastis aspirantem, et jam pene positum. Arbogastes quidem sub ipso Theodosio antea præclare fortiterque bellaverat, et sub Eugenii umbra, imperium utique ipse moderaturus erat: vid. Paul. Orosium, &c. *Barth.*

139 *Paribus triumphis*] Priorem simul victoriam de Maximo et Victore intelligit. Utrobique mira virtute et felicitate paucis innumeras hostium copias superavit, ut merito *pares triumphi* dicantur. *Barth.*

140 *Libertate recenti*] Barbarum hominem perstringit, velut in servitutem rapturo Rempub. Arbogaste. *Barth.*

*Sed precor hoc donum cum libertate recenti Adjicias*] *Adde, precor*, Gyraldinus: vere ut puto. Certe primus Vatic. et Farnes. *Adde pro Adjicias*, claudicante versu. Geminatio illa *roû precor* efficax est. *D. Heins.*

142 *Alto de semine*] Generoso, illustri.

143 *Festa quos luce creatos*] Minime omine adverso, aut die nefasto. Na-

tales fratrum horum observatos, et incidisse in diem lætum Reipub. hinc constat. Bonos festos dies et familiæ singulæ peculiare suos habebant, et in iis personæ. Macrobius Saturn. lib. I. cap. 15. *Barth.*

144 *Fovigremio*] Parentes enim recens natos liberos sublato gremio imponebant: hos ergo et suscepisse et educasse sese, ait Roma. *Barth.*

146 *Solveeret*] Lucina tenebat et solvebat maturos partus. *Aperire* dicit Horat. 'Rite maturos aperire partus,' &c. *Barth.*

*Proferrent sidera partus*] Sic meliores scripti. Vulgatum *præferrent* admitti non potest, cum *prætulerim* mox sequatur: *præberent* Gyraldi liber. Mox iidem scripti rectius, *His ego nec, quam non.* *D. Heins.*

147 *Decios pulchros, &c.*] Lucan. I. VII. 'Si Curios his fata darent reduncesque Camillos Temporibus, Deciosque caput fatale voventes.'

150 *Picriis pollut studiis*] Omnem humanitatem, omnem ingenii cultum intellige. *Barth.*

151 *Desidiis, &c.*] Voluit omnes ansas et instrumenta omnia nequitiae; quæ desidia parit ac fovet, semel proloqui; præsertim variis ejus speciebus sese ex opulentia subjicientibus, quam celebrat in iisdem heroibus. *Barth.*

152 *Licentia vitæ Abripit*] Quæ virtus summa est. Laudavit supra in patre: 'Mens circumflua luxu, Noverat intactum vitæ servare rigorem.'

153 *Abripit*] Sequor hic Claverium. Vulgo *Arripit*. Idem Claverius bene *ut relaxet, non aut relaxat*: haud dubie ex veteri libro. Certe Palatinus, quem Barthius ubique suum codicem appellat, nescio quo jure, *ut relaxat*: proxime verum. *D. Heins.*

*Aut mores relaxat*] Ordinem vitæ ad sapientiam compositæ, seu vitam ad præcepta virtutum compositam. *Barth.*

155 *Ignea juvenus*] Impetum ef-



frenem et furbundum dicit ad desideriorum expletionem. Alibi: 'Sed quoniam calidæ rapuit te flamma juventæ.' Sic *facem juventæ* legimus apud Florum.

*Longævo corde*] Prudentia et sapientia senili. *Barth.*

156 *Ducunt ab origine, sortem*] Debitum stirpi, videlicet Consulatum.

158 *Devoveas*] Nomini ipsorum adscribendum. *Barth.*

159 *Domus hoc*] Non hæc scripti meliores. *D. Heins.*

160 *Sic nobis Scythicus*] Clausula voti Romani, usurpata nostro sæpius.

*Arares*] A vicinitate Scythiæ. *Arares* enim Armeniæ fluvius. *Barth.*

161 *Per utrumque latus*] Alterum invictis gentibus cultum, eludebat Romanas vires.

*Medisque subactis*] Horat. 'Neu sinas Medos equitare inultos Te duce, Cæsar.'

162 *Semiramia turres*] Babylonem dicit, seu Parthorum Metropolin.

*Timeant insignia turres*] Unus Pulmanni *stupeant*: ut VI. Cons. Hon. 'Romanum stupuit Mæotia terra tribunal.' *D. Heins.*

166 *Condunt obliviam mentem*] Malo condant cum Livineio. *Idem.*

167 *Quo vindice*] Barthius legendum censet *judice*, atque idem significare quod *præfectum*: nam Probus, ut notum ex superioribus, Præfectus erat Prætoriis, in Italia.

168 *Fessasque resurgere gentes*] *Turres* Moreti liber; elegantius: ut apud Statium, Theb. IV. 'magnæque Amphionis arces Jam fessum senio nudant latus.' De quo alibi in his notis. Hoc tamen loco vulgatæ scripturæ controversia temere movenda non est, cum *turres* præcesserint. *Vindice* etiam pro *judice* Gyraldi liber et tres alii ex nostris: quod Scaliger ac Delrius probant. Barthius improbare non debuit. *D. Heins.*

169 *Ante dabunt*] Producent, mittent. Per hypallagen: pro, *ante Ni-*

*lus dabit hyemes*, hoc est, Ex ejus partibus spirabit Aquilo, hibernas tempestates ferens.

170 *Glacieque niger damnabitur Indus*] Puto *glacieque piger*: agit enim de Indo flumine. *D. Heins.*

172 *Intercisa dies*] Interrupta, interpolata. Sic *intercisi dies* in veteri jure Pontificio Pompiliano, tam hominibus quam Diis dati: uti in quibus et humana negotia et religiosa tractari possent; veluti non integros dicas; nec huic nec illi parti addictos. Vide et Macrob. Saturn. lib. I. cap. 16. *Barth.*

175 *Strepuere chori*] Divinitus impulsus.

176 *Septena voce*] Mallem *septena valle*, si per libros veteres liceret. *D. Heins.*

177 *Latatur veneranda parens*] Præcorum heroum more, quibus matres illustriores habitus concinnabant. Successus enim et felicitas liberorum, parentum justa lætitia est. *Barth.*

178 *Auratas trabeas*] Hic graphice depingitur Consulatis trabea, qua Consules labente imperio, cæperunt uti. *Delrio.*

*Cinctusque micantes*] Ita scripti nostri: etiam veterrimus Gyraldi. Vulgo *currusque*: perperam. Cinctum Gabinum intelligit, quem Virgilius quoque cum trabea conjungit: 'Ipse Quirinali trabea cinctusque Gabino Insignis.' Alibi quoque noster sic consularem togam vocat: ut I. I. in Eutrop. 'cum tenderet artus Exanguis onerare toga cinctusque gravatos.' L. II. in Stilichonem, 'Hos etiam mirare libens ac suscipe cinctus.' IV. Cons. Honorii Aug. 'Hoc si Mæonias cinctu graderere per urbes.' Quo loco nihil mutandum. L. I. in Eutrop. 'Rupta Quirinales sumant ergastula cinctus.' VI. Cons. Hon. 'Membraque gemmato trabæ viridantia cinctus.' *D. Heins.*

179 *Molli tondent de stipite Seres*] Quomodo molli stipite? Stipesne ergo

ideo mollis, quia abinde sericum tale detondebatur? Alludit crebram asper- sionem aquæ, qua materia stipiti hæ-rens molliabatur, ut deduci depective posset. Plin. lib. vi. cap. 17. 'Primi sunt hominum qui noscuntur Se- res; lanitio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem, unde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursusque retexen- di.' Vide et Ammian. lib. xxiii. et Solin. c. 53. *Barth.*

*Tondent de stipite Seres*] Ita cum vulgatis omnes nostri præter unum Mediceum et Palatinum, in quibus *cespite*: quod frustra probatur *Barthio*.

181 *Et longum tenues tractus, &c.*] Dicis videre te, ut hoc confiat: non poterat melioribus verbis describi. Aurum tenuare in lamellæ subtilissi- mas, unde decisæ lineolæ circumpli- cantur filis, *concrecere* elegantissime dixit Claudianus. *Barth.*

182 *Concreto metallo*] Ita enim arti- ficiose aurum circum fila serica du- citur, ut ita natum, nec aliam mate- riam tegere videatur. Pariter Cata- phractis equis cognatum metallum addicit, II. in Rufinum: 'credas si- mulacra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.' *Barth.*

*Squalere*] Vide Gellium lib. II. Ma- crob. lib. vi. cap. 7.

184 *Numinibus Latona suis*] Ex se natis. Erant statim numina cum in vitam prodirent: non per vitam mor- talem, fortiter faciendo opus habe- bant cælum acquirere, ut Hercules, aliique nonnulli Jovis filii. Et hoc voluit Claudian.

*Redirent*] Venatu et serpentum per- sequutione. *Barth.*

185 *Jam non errantia*] Latonæ enim partus fixerat insulam eatenus fluctu- antem. Senec. Herc. Furent. 'Qui- busque natis mobilis tellus stetit.' *Barth.*

186 *Illa feros saltus*] *Feris* legit in- dubitata, ut ipse putat, conjectura

*Barthius*. Sed *feros montes*, Virgilius, Eclog. v. dixerat: 'montesque feri silvæque loquuntur.' Naso in Ibin, 'Perque feros montes tauro rapiente traharis.' *D. Heins.*

187 *Lassato certis venatibus arcu*] Sic codices plerique: optime. In- sulsè vulgo *Cretam*: unde *pharetram* vir doctus. Claverius ex suo libro *centum*. Nos veram lectionem exhibemus. Sic 'certa Phæbus sagitta metuendus' Horatio. Priscianus Pe- riegesi, 'Sacæ nimirum certis gens certa sagittis.' 'Certus mucro' apud nostrum libro I. in Eutrop. 'Advolat Armenius certo mucrone recisos E- doctus mollire mares.' Noster de Scipione, 'Tyrias certa fracturus cus- pide vires:' et de arcu alibi, 'certi- que petitor Vnlneris, et jussum men- tiri nescius ictum.' Ovid. Amor. lib. III. El. IX. 'Viderat Iasium Cre- tæa Diva sub Ida Figentem certa terga ferina manu.' Vide quæ no- tamus ad Remed. Amor. vs. 112. atque ita intelligendum illud Statii Theb. VIII. 'jam palpitat arvis Phædimus, et certi nondum tacet arcus Amyntæ.' *D. Heins.*

*Certis venatibus*] Claverius mavult *centum*. Sic enim Ovid. 'Mille feras sylvis Phæbe venata redibat.' Sci- mus vero *certam sagittam* dici elegan- ter a Lyrico: sed quia *lassatum arcum* dicit Cl. ei centum convenire arbitror.

188 *Nigris venenis*] Maxime mor- tiferis.

190 *Lambit amica pedes*] Sordidula scriptio: cani enim aut catello dig- nius hoc quam Insulæ.

*Ægæus*] Numen quoddam *Ægæo* ponto peculiare. *Barth.*

192 *Sic Proba, &c.*] Hæc fuit doc- tissima, et quæ præcipuo amictu fi- lios exornaverit, id est, virtute et doctrina, velut altera Cornelia, de cu- jus laude multa B. Hieronym. tum vetus Inscriptio: ANICLÆ FALCONIÆ PROBÆ, FIDEI ET NOBILITATIS ANTI- QUÆ, ORNAMENTO ANICIANÆ DOMUS,

FAMILIÆ SERVANDÆ AC DOCENDÆ, CASTITATIS EXEMPLO, CONSULUM PROLI, CONSULUM MATRI. *Claverius.*

193 *Decorat mundum*] Consulum geminorum partu et ornatu et institutione.

*Romana potestas*] Consulatus.

194 *Augetur*] Veteri sensu, Ornatur, Decoratur. *Barth.*

195 *Stare pudicitiam*] Adstare præsentem, rebus humanis adesse. Sæculo enim ferreo subolescente, Pudicitia cælum petierat, abominata tot mala facta, cædes, raptus, &c. *Barth.*

196 *Junonem Inachiis, &c.*] Græciæ enim præcipue addicta fingebatur Juno, jam inde ab injuria spretæ formæ.

*Oculos advertere*] Quod cum facit placidissimo ore est, matronalem gravitatem gratiosis temperans arrisibus. *Respectus enim Deorum felicitas mortalium.* *Barth.*

197 *Antiquis pagina lib. &c.*] Usitatum doctissimo Vati antiquorum depressione suos extollere heroas, sua commendare tempora. *Barth.*

198 *Latiæ tubæ*] *Tubas* Latio præ cæteris Musices instrumentis assignat, ob ruditatem agrestis Musæ in primis ejus vatibus: tum quod Romani sermonis major omnino asperitas; 'Graiiis' enim 'ingenium, Graiis dedit ore rotundo Musa loqui.' *Barth.*

*Nec Græca vetustas*] Moreti liber *grata*, pro *Graia*; qui error frequentissimus: neque aliter primus Vatic. et Farnes. IV. Cons. Hon. 'nec desinat unquam Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.' *D. Heins.*

199 *Exstat*] Eminent.

201 *Ceu sibi certantes*] Horum quatuor versuum, qui inquinatissime ab Isingrino primum in lucem prolati erant, quosque asteriscis ut deploratos Raphelengius notarat, restitutio Claveriano codici debetur. Male eos alii tentarunt: a nostris scriptis absunt.

*Ceu sibi certantes, &c.*] His vero ac-

cinit locus in laudibus Serenæ, ubi domus Theodosii dicitur, 'Gemino certatim splendida sexu.' *Clav.*

203 *Pelion*] In monte Pelio, celebratæ sunt nuptiæ Pelei et Thetidis, quam *Nereida* vocat Claud.

*O duplici*] Talis exclamatio in laudem Serenæ: 'o maxima rerum gloria.' *Claver.*

204 *Nomina parturit annis*] Nomina annorum, pro Consulibus dixit, quum ab horum vocabulis illi dicerentur. Sic Lucan. lib. v. 'aut annos a Consule nomen habentes?' Sidonius Panegyrico Anthemii: 'Judicii populos atque annum nomine rexit.' *Barth.*

205 *Ut sceptrum gess.*] Majestatis Consularis insigne sceptrum ex ebore, cui insidens Aquila erat efficta, Romanæ virtutis avis index. Sic et Juvenal. Sat. x. 'Da nunc et volucrum, sceptro quæ surgit eburno.'

*Rigentes togas*] Auro ductili.

206 *Signum dat summus hiulca*] Erupta subito nube. *Fulmen sanciens* confirmansque magistratum intelligit: contractibus enim aliisque rerum gerendarum auspiciis secundum fulmen.

207 *Gratamque facem*] Ita omnes nostri: cave igitur Barthium mutantem audias.

208 *Tonuerunt omina nimbi*] Sic vel sine libris scribendum jam olim vidi, quod et Cl. Gronovio in mentem venerat: τὸ omina tamen exstat in nonnullis scriptis. Vulgo *tenuerunt omnia*, sine sensu: quomodo et peccatur in Rufo Festo Avieno, descriptione Orbis, 'tremit Indica tellus Pressa pede, et toto tonuerunt classica cælo:' ita enim castigandus is locus: *Tonare omina*, ut 'tonare verba' apud Propertium lib. IV. El. I. 'tonare minas' apud Ovid. lib. I. Amor. El. VII. et Alcimum Avitum lib. IV. 'tonare bella,' Silius lib. I. de Marte: 'flagrantia bella Cornipedum afflata tonat et stridoribus axis.' Sic prima editio. Vulgatum, *domat*, merito vir-

gula censoria a Scaligero patre notatum. Dausqueim tamen patronum invenit: ita glandes ille sectatur semper. Mars accendit bella potius quam domat. 'Tonare bella' Martialis dixit, lib. VIII. Ep. 3. et Ep. 23. de Lucano: quæ vera illic lectio, atque ita scribendum puto Ep. 56. ejusdem libri, non *bella sonare*. Noster IV. Cons. Hon. 'Si bella tonant, prius agmina daris Exerce studiis:' ubi libri non audiendi, qui variant. III. Cons. Hon. 'civilia rursus Bella tonant.' Silius lib. XII. 'Dum bellum tonat:' quibus tamen locis aliter sumendum. 'Arma Lethiferum intonuere,' Silius lib. II., et Statio Theb. III. 'tonitru armorum.' Val. Flacc. lib. III. 'Occupat os barbarumque viri, clavamque superne Intonat:' sic scripti, non *clava*. 'Jovis Enceladique tumultus Intonet,' Propertius lib. II. El. 1. noster denique Epigrammate in Olybrium ex veteri libro, 'Carmina seu fundis, seu Cicerona tonas:' nam vulgati *Cicerone* agnoscunt. *D. Heins.*

209 *Tiberinus*] Tiberis fluvius: Tiberinus ipsum numen.

210 *Arrectisque auribus*] Licet minus proprie de hominibus dicatur *ures arrigere*, ut quæ nunquam jaceant, id tamen attente audientes agunt, ut auribus adsint, auditumque acuant, sensibus cæteris eo se velut conductibus. Sic Terent. 'arrige aures, Pamphile.' *Barth.*

211 *Unde repentinus populi fragor*] *Scopulis* legunt: sed Puteanea excerpta *cæli*; quod sequor: agit enim de tonitru. Statio Theb. X. 'non hic pelagi licet horrida clament Litora, non illic cæli fragor.' Pro *arrectis* bene Raphaelengius *arrectisque* superiori versu: eadem id excerpta confirmant. Phædrus libro IV. Fab. LXXIV. de tonitru, 'Canes confusi, subitus quod ruerat fragor, Repente odorem mixtum cum merdis cacant:' qui locus in vulgatis exemplaribus male affectus est, cum legatur *Canes*,

*confusus subito quod fuerat fragor*. *D. Heins.*

212 *Pallentes thalamos*] *Lego squalentes*, ut et apud Ovid. lib. I. Met. 'Ad delubra deæ, quorum fastigia turpi Squallebant musco:' nam et ibi *Pallebant* in editionibus. Noster Nupt. Honorii, 'vivo squalentia murice terga.' lib. II. in Entrop. etiam videtur scribendum, *infelix etiamnum squallet Orontes*. *Idem.*

*Pallentes thal.*] Veteri musco obsitos. *Barth.*

213 *Urnam*] Alii *domum* leg. Et notum Nymphis talia antra data. Alii leg. *Dominam herilem*, et intelligunt Iliam, Tiberini uxorem.

*Urnam commendat herilem*] Sic Gyraldi liber, primus Vatic. et novem præterea: vulgo *dominam*. De Urnis fluviorum notissimum. Lib. I. in Ruffin. 'Rhenus projecta torpuit urna.' Lib. II. in Eutrop. 'aurata Pactolus inhorruit urna.' Perperam utroque loco in vulgatis *unda*. Statio Theb. II. 'In lævum prona nixus sedet Inachus urna.' Theb. V. 'emissæque indulgens Inachus urnæ:' quæ ex illis Virgilianis hausit, 'Cælataque amnem fundens pater Inachus urna.' Claverius ex suo libro hic ediderat, *atque domum nymphis commendat*: non probamus, quamvis applaudente Barthio.

216 *Densatur gramine colla*] *Densatur* Leidensis, eleganti obvioque apud Poëtas Græcismo. Sic lib. II. de Rapt. ex veteri libro, 'primo signatur tempora cornu:' non *signatur*; et apud Ovid. lib. II. Fast. 'positis urgetur pectora palmis:' non *urgentur*. Moreti liber, 'crispo densatur gramina collo:' recte etiam, dummodo *densatur* retineamus. *D. Heins.*

217 *Crinalis arundo*] Quæ loco crinalis.

219 *Æstivo candore*] Incandescente velut aëre.

*Mori*] Deficere, exsiccescere, quæ mors et abolitio fluviorum. *Barth.*

220 *Taurina levantur Cornua*] Videntur Romani Tiberinum homini cornuto assimilasse: quemadmodum Athenienses, Æliano teste, Cephissum. Alii aliis fluminibus cornua adscribunt: rationem Sophoclis in Trachiniis interpres reddit. *Delrio*.

221 *Raucos sudantia rivos*] Rauci rivi ebullientes cornibus aquas. Tamen *sudare* coactum quid et rarum; *rauci rivi* vim profluam aquarum notant. *Barth*.

*Raucos sudantia rivos*] Non placent isti *rauci rivi*: libri veteres nil juvant. *Glauco rivi* possent reponi, sed ea vox jam præcessit. Curis secundis ad Nasonem Met. xiv. vs. 447. monui videri scribendum, *flavos rivos*. D. Heins.

223 *Se barba repectit*] *Repectit*; et mox pro *Illi, Ilia* legendum docti jam viderunt: libri nostri utrumque confirmant. Manifesta æmulatione hæc imitatus est Sidonius Apollinaris Panegyrico Majoriani, de Tybride, 'Pectus palla tegit, quam neverat Ilia conjunx,' et quæ ibi sequuntur. Plura ad rem collegit Barthius. Sic initio hujus Panegyrici solis equi *crinem replexi* dicti. Statius Theb. ii. 'Libyco Tritone replexas Lota comas.' Lib. vi. 'stantesque repectit Aura comas.' Ita bene scripti. Prudentius Hymno in Romanum, 'Mitra infulatus, festa vittis tempora Nexus, corona tum replexus aurea.' Sic totus ille locus ex optimis membranarum scribendus: perperam *replexus* Indice Lucretiano Giphanius. *Idem*.

*Se barba repectit*] Sponte sua componit, velut pectine depressa atque discriminata. *Barth*.

226 *Procumbens*] Scite, ob planitiem. Sic de Nilo per plana exeunte Valer. Flaccus: 'septem projectus in amnes Nilus.' *Barth*.

*Insula*] Hæc primum nasci cæpit, pulsus Tarquiniis, autore Dionys. Hal. fuitque Æsculapio sacra, teste Ovidio: 'Acceptis Phæbo nymphaque

Coronide natum Insula, dividua quam premit amnis aqua.' Ibi adhuc visitur (ait Leander) navis e lapide Tasio, cujus uno in latere serpens in honorem Epidaurii, atque hæc insula ad formam navis redacta fuit. Vid. Ovid. Metam. *Claverius*.

228 *Subeunte freto*] Fluvio non admodum lato.

*Minantes*] Excelsæ. *Barth*.

229 *Surgunt in culmina*] Tiberis ripa, qua amnis urbem transit, amœnissimis prætoriiis et villis erat prævelata. Sic Claud. ii. Stilich. 'Thybridis in morem domibus prævelet amœnis.' *Barth*.

230 *Votum*] Rem diu votis omnibus desideratam. *Barth*. Antiquo more, illis etiamnum temporibus, Consules, cum magistratum iniissent, vota pro salute principis et civium, atque pro imperii æternitate, nuncupabant: eo respicit. *Delrio*.

231 *Juncto stipante senatu*] Frequens Senatus ante ædes fratrum Consulium convenerat, iis producendis in Curiam, aut ad Rostra, ubi ad populum aut Patres verba facerent. *Barth*.

*Juncto stipante senatu*] Ita scripti: vulgo, *junctos*: Barthius *cuncto*: unus Vatic. *juxta*. Lib. i. in Rufin. 'junctoque sequor tentoria curru.' Lib. i. in Stilich. 'Tyrrhenum poteras junctis transmittere signis.' Sic legendam. D. Heins.

237 *Eurota Spartane*] Fluvium fluvius alloquitur, Græcum Romanus, Castoras provocans contra gloriam Probi filiorum. Eurotas notus Lacedoniæ fluvius. *Barth*.

238 *Falsus olor*] Jupiter, qui oloris forma Ledam compressit. Euripid. in Helena. *Delrio*.

241 *Signifer optat Adventum*] Moreti liber inter emendatissimos, *aptat*. Puto, *aptat adventu*, scilicet convexa. D. Heins.

242 *Stellis que parat convexa*] Ut in Deorum numerum referantur, choris astrorum adscripti.



245 *Ipsi vela regant*] Navium magisterio imperia omnia humana, multis locis scriptorum, comparantur; non minus incertis quippe dilata ut plurimum turbinibus vita nostra, quam rates in pelago solent. *Barth.*

248 *Niveos jam pandite cætus*] Oculos ante velut choros. Sic alibi, victoria reparatis temporibus: 'Pandite defensum reduces Heliconæ sorores, Pandite, permissis jam licet ire choris.' *Niveus* autem habitus ob restitutam libertatem, et lætissimæ ætatis Consules. Festos etiam lætosque dies Romani colebant niveis togis aut comparatis aut reparatis. *Barth.*

*Pandite cætus*] Vir incomparabilis in ora libri sui, *pandite cinctus*. Cl. *Barthius*, *pangite cætus*: quod tamen secundis curis damnavit. In *Priæano*, *niveo jam plaudite cætu*. Nihil mutandum. Sic 'pandere Heliconæ,' *Virg. Æn. vii.* et nostro præfatione libri II. in *Rufin.* 'pandere mentis penetralia;' idem lib. I. de Rapt. quam veram lectionem puto. 'Pandere aciem' pro explicare, *Livius*. 'Picta pandit spectacula cauda,' de pavone *Horat. lib. II. Sat. 2.* 'pandere vestigia' *Gratius de Cane*, 'Effuge, qui lata pandit vestigia planta.' noster lib. I. in *Rufin.* 'hic mollis panditur herba.'

249 *Violis pratexite*] Velate. Postes ita myrto obducere imperat nuptiali festo *Venus*, *Epithalamio Honorii*. *Barth.*

250 *Mella ferant sylvæ*] Cave stuant admittas cum *Barthio*, cum *profluat* sequatur: quod ille affirmat in *Palatino*, quem suum appellat, sic legi, falsum est. Ex *Pulmannianis Pamelii* codex sic agnoscit, et unus *Susii* pro diversa lectione. Nostri omnes vulgatam scripturam exhibent. *D. Heins.*

252 *Spirantia balsama*] Suaveolentia.

256 *Vulturinusque rapax*] *Campaniæ* fluvius.

*Et Nar*] *Virgil.* 'Sulfurea Nar albus aqua.' Sic *Silius Italicus*: 'Nar que albescentibus undis In Tiberim properans.'

259 *Tenens querceta Maricæ*] *Terens* cum scriptis octo nostris et *Delriano* codice: miror dubitasse *Barthium*: pari modo idem versu proximo *temperat non reparat*. *Virgilius de Galeso*, 'scatebrisque arentia temperat arva.' *D. Heins.*

*Terens querceta Maricæ*] Sciendum etiam ab aliis legi, *tenens*. *Lucan.* 'et umbrosæ Liris per regna Maricæ Vestinis impulsus aquis.' *Maricam Nympham*, *Fanni uxorem fuisse*, tradit *Servius*.

261 *Semper honoratus*] Annuo, perpetuoque cultu. Sic *Sidonius*: 'Quicquid agis, quocunque loci es, semper mihi faustus, Semper honoratus, semper quoque maximus esto.'

263 *Et Nymphæ*] *Regnatori* fluviorum adscribuntur, quæ alioquin mari. *Barth.*

264 *Tecta parant epulis*] *Raphelengius pepelis*, secutus conjecturam viri maximi: male. Lib. II. in *Rufin.* 'Nunc epulas tempus, socii, nunc larga parari Munera.' *Lucanus lib. vii.* 'epulisque paratur Ille locus.' *Virgil. Æn. vi.* 'Epulæque paratæ Regifico luxu.' *Val. Flaccus, lib. viii.* 'Mox epulas et sacra parant.' *Ovid. II. Fast.* 'Dumque parant epulas potandaque vina ministri:' et eodem libro idem *Naso*: 'parat inscia rerum Infelix epulas hostibus illa suis.' *Virgilius lib. I.* 'mediisque parant convivium tectis.' 'Dapibus paratis' supra habuimus. *Seneca Agamemnone*, 'Parantur epulæ: caussa natalis tui, Ægisthe, venit.' *D. Heins.*

265 *Gemmiferis*] *Gemmis* in pocula cavatis veteres usos nemo nescit. *Virgil.* 'Ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro.'

267 *Consanguineis*] *Fratribus*. Etsi *Germanos* potius fuisse puto. *Barth.*

*Anne*] *Pro annus*.

*Felix auctoribus anne*] Sic *Gyraldi*



liber et Puteanea excerpta. Vicetina editio *annæ*. Vulgo *annus*: sic et *Dee* quinto casu dixit Prudentius. *D. Heins.*

268 *Quadrifidum*] Totum annum, qui quatuor constat temporibus.

271 *Sed tepido calefacta noto*] Ita Scaliger: confirmant primæ editiones et scripti. Vulgo *trepido*. Tibull. 'Et jubeat tepidos irrita ferre notos:' mox *ambiat uvis*, non *imbuat*, Aldus et scripti; bene: perperam pro vulgatis stat Barthius. *D. Heins.*

272 *Liquidi Favoni*] Clari, sereni. Virgil. Eclog. vi. 'Et liquidi simul ignis.'

273 *Pratis te croceis*] Picturatis, pulchris. Omnem grati coloris aspectum *Croceum* vocare Poëtas, notum. *Barth.*

274 *Mudentibus uvis*] Vino fluentibus, uberantibus. *Barth.*

275 *Tibi gloria soli, &c.*] Dubia non tam, quam prorsus falsa hæc assertio. Poëtica scil. laudans, non historice describens: ut videre est in notis Barthii.

278 *Scribent in floribus Horæ*] Ma-

lim *inscribent floribus*, ut apud Virgil. 'inscripti nomina regum Nascuntur flores:' quanquam et 'scripti flores' apud Ausonium occurrunt Cupidine crucifixo. Naso Met. xi. 'Ipse suos geminis foliis inscribit.' *D. Heins.*

*Horæ*] Ut priscorum Heroum nomina æternitati consecrare volentes, floribus inscriptas finxerunt indidem literas primi Poëtarum. Horæ temporum moderatrices Græcis vatibus notæ. Iidem eleganter commentum sunt Virgines esse Horas, Virgines illas Horas perpetuæ vacare textrinæ; textrinam illam variorum minutiorum omnis generis esse florum, qui in corollam tandem egregiæ pulchritudinis evadant. Easdem lanificii ritu texere stamina et subtemina. Stamina illa et subtemina in nobile tandem textum sive pannum aliquem procedere. Corollam post sive texturam illam eximiam esse Annum ipsum Solarem, perpetuo suo se obitu repetentem, unde lustra tandem seculaque perennia conficiantur. *Barth.*

279 *Longaque*] Æterna, perpetua. *Barth.*

## II.

### IN RUFINUM LIB. I. PRÆFAT.

RUFINUS genere Gallus, ex Aquitania Oceano Pyreneisque proxima, auctoritate valuit apud Theodosium Aug. qui præfectura Prætorii ornatus, Consul extraordinarius designatus fuit, ad quem scripta est lex, *si major annis 41*. C. de transact. ut putat Alciatus. Cæterum Theodosio decedente, immaturo Arcadio Aug. jam Constantinopolim adepto, tutor designatus, Alaricum regem Gothorum ad arma capienda sollicitavit; ut aut bello, aut dolo, pupillo suo

sublato, Orientis Imperio, quod cupidissime affectabat, potiretur: sed re explorata, artibus Stilichonis, quem alteri filio Honorio tutorem Theodosius scripserat, periit cum sociis factionis, et caput pompa solenni hastæ affixum. *Dempster.*

1 *Decidit arcu*] Ad molem monstri. Dejici enim dicuntur, quæ non sine labore sternuntur. *Barth.*

2 *Cyrrhæo jugo*] Ad Delphos famosum illum serpentem dejecit Apollo. *Barth.*

*Fudit]* Explicuit, porrexit.

3 *Spiris tegetet]* Immania de immani illo monstro commenti sunt Poëtæ. Spiræ sunt flexus, quum procedunt Dracones. *Barth.*

4 *Tangeret astra jubis]* Male quidam cum scriptis nonnullis *tingeret* legunt: quod et Aldinam Editionem inedit. *Tangere sidera, cælum, astra,* obvium apud poëtæ; nec locus Virgillii illos juvat: aliud enim *sanguine cultros tingere,* aliud *astra jubis.* Oxoniensis tamen liber pro diversa lectione *tergetet*; elegantissime: quod quartus et quintus Vaticanus quoque exhibebant: hoc est, *Raderet.* lib. II. in *Stilich.* 'tremit orbe corusco Jam domus, et summæ tergunt laquearia cristæ.' Ita et illic optime vetus liber. *Martialis,* lib. II. Ep. XI. 'Lugubre quiddam quod tacet piger vultus, Quod pene terram tergit indecens nasus.' Sic Vaticanus: vulgo *tangit.* 'Tergere palatum gallina,' *Horatio,* lib. II. Sat. 2. pari significatione: nam interpretes, qui aliter capiunt, non sunt audiendi. 'Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin Hoc potius, quam gallina tergere palatum.' Sic *Persius* Sat. III. 'tenero latet ulcus' in ore Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.' 'Tergere limina pectore' eodem modo *Stadius Pietate Abascantii*: 'tergere pectore curas' apud eundem *Epicedio Glauciæ,* 'Noverat effigiem generosique ardua Blæsi Ora puer, dum sæpe domi nova sarta ligantem Te videt, et similes tergentem pectore curas.' Ita libri vetères; etiam *Parmensis* editio ex optimis membranis expressa; nec sollicitanda ea scriptura. *Vulgati volventem*: poterat eadem significatione dixisse, *simili tergentem pectora cura,* pro *Detergentem curas ac solantem*: nisi simpliciter sumi mavis; quomodo *pertergere oculos et pupillas* pro *Perstringere* *Lucretius* non semel. Idem *Stadius Epicedio* in *Vernam puerum*: 'Nunc tempus, amici, Quorum ego manantes

oculos et saucia tersi Pectora, redere opem, sævasque exsolvere grates: ubi *pectora tergere* pro *detergere* posuit. Minus bene nunc legitur *reddite opem.* Idem *Stadius Sylv.* libro I. *Tiburtino Manlii Vopisci,* 'sic docta frequentes Otia, sic omni detersus pectora nube Finem Nestoreæ precor egrediare senectæ: quomodo illic quoque castigandum esse censeo, cum perperam scribatur *detectus pectora.* 'Detergere sterilis soli pudorem,' *Via Domitiana.* Initio libri VI. *Theb.* 'Pulveremque fera crinem detersit oliva: non detorsit; ita castigaveram, cum vidi Gronovium nostrum id occupasse jam in editione sua. *Detersus pectora nube* pro *nubem pectore detersus*: quomodo apud nostrum *Consulatu Manlii,* 'fædo detergis sæcula victu,' pro *fædum victum sæculo deterges.* 'Detergere nubila cælo' *Horat.* lib. I. Od. VII. et noster alibi, 'Principis et solis radiis detersa removet Nubila: quod *tergere* dixerat *Silius* libro XVI. 'Aurora obscuri tergebat nubila cæli.' Sed jam nimii sumus. *D. Heins.*

5 *Nexuque soluto]* Malim *solutum*: quomodo optimus *Moreti* pro diversa lectione. *Idem.*

*Nexuque soluto]* Nexus, quibus implicabat serpens arbores, solvebantur ejus morte. *Barth.*

7 *Spatiosis tractibus]* Vel *squamosis* primus Vaticanus: quomodo *Stadius Theb.* I. in hac ipsa narratione, 'squammis annosa terentem Robora,' *Pythonem* describit. *D. Heins.*

9 *Spumavit sæpe veneno]* *Fumavit* sex scripti. *Patavinus, spiravit.* Apud *Silium* tamen lib. VI. 'Lentus arenoso spumabat Bagrada campo Viperea sanie.' Mox pro *Cephisus* meliores *Cephisos*: ut apud *Lucanum,* 'Faticida Cephisos aqua: et liquidis, non nitidis; quod glossema alterius. *Nitidis* tamen in primo *Vat.* *D. Heins.*

*Vipereo]* *Pythonis* ab *Apolline sagittis* confixi.

10 *Cephisos]* *Fluvius Delphicus,*

per medium Phociorum urbem labens, ut scribit Vibius Sequester.

*Liquidis purior, &c.*] Nigro veneno fontes illos tumentes facit, ob potantem inde draconem, cui atrum virus ascribunt. *Barth.*

11 *Omnis Io Pæan*] Prima gratulatio incolarum Delphicorum Apollini victori serpentis. *Barth.*

13 *Carmine ducti*] Ita olim ex vestigiis Isingriniani codicis correxi, in quo *docti*. Confirmant sex scripti, neque aliter primus Vaticanus et Rottendorphianus pro diversa lectione, quod et Barthius curis secundis approbat. Vulgo *dulci*. Ovid. *Met.* 'Carmine dum tali sylvas animosque ferarum Threïcius vates et saxa sequentia ducit:' quæ illic vera lectio, non *traxit*: ubi plura diximus. Silius lib. XIII. 'ducit stabula omnia cantu.' Idem lib. XI. de Amphione, 'lapidem testudine felix Ducere et in muros posuisse volentia saxa.' Quomodo locus ille ex antiquissimo libro scribendus: *volentia* pro *volantia* legendum parens meus in Crepundiis Silianis jam viderat, quod Dausqueius concoquere non potuit, ut nullius est iudicii. Idem Amphion apud Horatium dictus 'Saxa movere sono testudinis et prece blan-

da Ducere quo vellet.' Noster Cons. Manlii, 'attonitas sermo qui duceret aures.'

14 *Themidos antra*] Ante Apollinem enim Themis Delphis colebatur.

*Dei*] Omne genus Deorum, non solas Deas confluisse huc ait Poëta. *Barth.* Hic locus curiam Romanam, ubi justitiæ templum fingitur, aperte designat. *Claver.*

*Antra severa Deæ*] *Dei* libri omnes: et recte: *antra sonora* fors sit ut scripserit Claudianus: sic Epistola ad Serenam de Orpheo, 'Quippe antri memores, cautes ubi sæpe sonora Præbuerant dulci mira theatra lyræ.'

15 *Pythone*] Rufino.

16 *Sacra caterra*] Nihil aliud quam pacis et armorum præses, vel sanctum Senatium indicat; quo præsentem hæc et pene reliqua admirabilis poëta recitavit: sed et poëseos candidati forte intererant.

*Lyræ*] Hæc dictio non Lyrica sed herôica nobis significat. Anacreon: *δότε μοι λύραν Ὀμήρου*. *Claver.*

17 *Augustis fratribus*] Hinc patet jam obiisse Theodosium Imp. relictis Arcadio et Honorio. Ceterum hi duo libri in Rufinum editi sunt Olybrio et Probino Coss. anno ccc. xc. v. *Claver.*

### III.

#### IN RUFINUM LIB. I.

1 *Sæpe mihi dubiam, &c.*] Quoties aut læta aut tristia obveniebant, toties varia de diis opinio. Plin. lib. II. cap. 7. qua de re exstat Oratio Muræti. Seneca, l. II. nat. quæst. c. 1.: 'videbimus an Diis humana sint curæ,' &c. et lib. de Providentia, c. 1.: 'supervacuum est ostendere non sine aliquo custode tantum opus stare;

nec hunc siderum cursum certum fortuiti impetus esse.' Lucan. l. VII.; 'mentimur regnare Jovem,' &c. cum antea dixisset, 'mortalia nulli Sunt curata Deo.' Suadet ergo impiorum felicitas, vexatio piorum, nullos esse Deos, ex stultorum quorundam sententia: at stabilis rerum cursus divinitatem arguit; denique sic apud

Tull. concludit Poëta: 'nam si current, bonis bene fit, malis male.' *Dempster.*

*Sententia]* Opinio, agitur enim de divina providentia.

2 *Curarent superi]* Omissa est vœcula *ne*, aut *an*, absolutam redditura interrogationem. *Barth.*

3 *Rector]* Expressit Juvenalis versus, Sat. XIII.: 'Sunt in Fortunæ qui casibus omnia ponant, Et nullo credant mundum Rectore moveri.'

*Fluerent mortalia]* Instar mobilis a qualibet aurâ æquoris aquæve, nec uspiam constantis per naturam suam, nisi cum corrumpenda est. Sic Tacit. Hist. XI.: 'unde primum creditur Cæcinæ fides fluisse.' Manilius lib. IV.: 'Tunc et opes et regna fluunt.' Hinc *fluxus*, mollis, incertus, instabilis. Salust. 'Divitiarum et formæ gloria fluxa atque instabilis.' *Barth.*

5 *Præscriptosque mari fines]* Sic Aldus cum Barthio, et sedecim scripti. Vulgo, *maris*. IV. Cons. Honor. 'Ne pete præscriptos homini transcendere fines.' Mox pro *annique meatus*, Gyraldi liber et unus Mediceus *annisque*: unde *annisque* conieci, scilicet *præscriptos*. Thuanus confirmat: quintus Vaticanus *annoque*. Sequenti etiam versu forsân legendum, *Et luci noctique vices*, ut a superioribus hæc dependeant. *D. Heins.*

*Annisque meatus]* Ob tarditatem per signa annum absolventia, verbo sedato et considerato, Solis cursum proposuit: ut et Virgil. VI.: 'cæliquæ meatus Describent radio, et surgentia sidera dicent.' *Barth.*

6 *Et lucis noctisque vices]* Rectissime *vices*, cum alternatim succedant, nec sit quod interrumpat ordinem. Sic Minutius Felix Octavio: 'Quid tenebrarum et luminum dicam recursanteis vices, ut sit nobis operis et quietis alterna reparatio?' Juvenal. Satyr. XIII.: 'Natura volvente vices et Lucis et Anni.'

7 *Qui lege moveri]* Sunt illi ordines. *Delph. et Var. Clas.*

nati præscriptique cursus sui et momenta procedendi, quæ leges vocant doctissimi scriptores. *Barth.*

9 *Qui variam Phæben]* Quia toties crescit, decrescit, colorem, vultum variat.

*Alieno igni]* Solis scil. *Barth.*

*Jusserit igni]* Non igne scripti potiores. Hæc tam levia impostorum non monebo, ne otio lectoris et meo abutar. Satis est, si tester, nihil a me tacite mutatum in poëta nostro contra auctoritatem librorum veterum, quos diligenter semper fideliterque expressi. *D. Heins.*

12 *Tanta caligine volvi]* Quia penetrari humanæ mentis acumine non possunt, cæcum tenebrisque obsitum rerum ordinem facit.

*Volvi]* Argumentum contra providentiam a felicitate malorum. *Barth.*

13 *Lætosque diu florere nocentes]* Senec. 'Cum videris, inquit, bonos laborare, malos lascivire, cogita nos filiorum modestia, vernularum licentia delectari; ut ut sit, Deus nulli unquam injurius est; idque Plato innuit: *Θεὸς οὐδαμῆ οὐδαμῶς ἄδικος.*' *Claver.*

14 *Vexarique pios]* Quocumque modo affligi aut cruciari. Vide Gellium, Macrob. et Lactant. V. 23.

15 *Religio]* Qualiscumque opinio de Diis, quæ eos tamen esse crederet, et curam humanarum rerum gerere.

*Causæ]* Opinioni, argumenti.

*Non sponte]* Quippe integri iudicii homo, Platoniorum præterea præceptis imbutus; cumque vix ullus tam rudis tamque fatuus natus sit, quin conscientia suapte pro teste convictus, fateatur Deum creata omnia gubernare. *Barth.*

16 *Vacuo motu]* Inani rationis, minime providentia quapiam ordinato.

*Currere]* Moveri hinc inde, nullo rectore aut auctore, ut casu conglobentur deinceps, et rerum formas extendant.

*Semina]* Insecabiles quasdam par-

*Claud.*

4 I

ticulas, aut minima quæpiam frustilla, sive ἀτόμους, quæ primorum instar, atque compacta faciant omne genus corporum. Quæ Virgil. Eclog. vi. expressit, inquires: 'Namque canebat uti magnum per inane coacta Semina terrarumque animæque marisque fuissent, Et liquidi simul ignis; ut his exordia primis Omnia'

17 *Novas figuras*] Rudes illas, quæ sursum et deorsum pervolantibus atomis reguntur et fiunt fortuito, secundum stultissimam Atheorum doctrinam.

*Per inane*] Quid sit hoc spatium, docet nos ex opinione principis hujus sectæ Galen. lib. i. de Elementis. *Barth.*

18 *Qui numina censet ambigua, vel nulla putat, vel nescia veri*] Optime Ms. meus Codex: *qui numina sensu Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia veri.* Dempst.

19 *Nescia nostri*] Multi veteres veri, Primus Vaticanus utramque scripturam refert, *veri vel nostri.* Vulgata merito tuetur curis secundis Barthius. *D Heins.*

20 *Tumultus*] Est quasi dissidentium cogitationum quædam pugna.

21 *Absolvitque*] Intra cogitationem nimirum æstimantis: nam judicium quoddam advocarat, taciti animi libra perpensurus Deorum causam. Sic causa Deorum sæpius disceptatur a stupidissimis Sophistis penes Lucianum. *Id.*

*Ad culmina rerum*] Summam auctoritatem magistratumque. *Barth.*

22 *Tolluntur in altum, &c.*] Minut. Felix Octavio: 'Nisi forte vos decipit, quod Deum nescienteis divitiis affluant, honoribus floreat, polleant potestatibus. Miseri! in hoc tolluntur altius, ut decidant altius: hi enim ut victimæ saginantur, ut hostiæ coronantur.' Sic et Horat. 'Et celsæ graviore casu Decidunt turres,' &c. Juvenal. Sat. x. de Sejano: 'numerosa parabat Excelsæ turris tabu-

lata, unde altior esset Casus,' &c.

24 *Luces*] Pestis mala. Homo enim malus, potentiam nactus, sævit instar mali morbi. *Id.*

*Eruperit*] Purulentæ materiæ instar, quæ affectis corporis locis erumpit. *Barth.*

25 *Incanduit*] Ut furiosum pecus igneis stimulis agitata. Est autem *incandere*, totum igne concipi, et veluti in eum mutari.

*Atrox*] Trux, feralis. *Barth.*

26 *Placidus late, &c.*] Hoc invidia erat maxime contrarium, quæ gaudet malis successibus rerum. Vide Ovid. *Metam. II.*

27 *Limina tetra*] Vivis abominabilia. Omne enim jam vita functum, vivis est abominabile. *Barth.*

29 *Pestes Erebi*] Sic distinguit Barthius.

*Innumerae pestes, Erebi quascunque sinistro, &c.*] Erebus enim pater, Nox mater dicitur illarum pestium.

*Sinistro*] Infelici. Alluduntur scita genethliacorum, qui sinistros dextrosque, hoc est, felicitatis et infelicitatis indices aspectus in nascentibus considerant siderum. *Barth.*

*Pestes Erebi*] De inferno, monstrique incolis, abunde Maro toto lib. vi. *Æneid.* Silius lib. xiiii. Senec. *Herc. Fur. Act. 3. scen. 2.* Lucan. lib. vi. ad finem: quos si cum nostro conferas, apertum erit, quid intersit inter hunc et illos: nam hic et mira brevitatis, et aptissima epithetorum energia: quum apud eos quædam sint languida, nonnulla trita. *Dempster.*

*Erebi quascunque sinistro*] Bene sic distinguit Barthius. *D. Heins.*

32 *Impatiensque sui*] Morborum omne genus unius appellatione notavit. Sic vero *impatiens*, quia excutere se sibi velut laborat, vel quia de malo in malum semper exscendit. *Barth.*

*Livorque secundis anxius*] Aliena felicitate cor suum edens.

33 *Scisso velamine*] Mos omnium fere gentium antiquus, scindere in



luctuoso aliquo nuncio aut mœrore singulari vestimenta. *Barth.*

34 *Cæco cultu*] Non enim videt præ furore.

35 *Quem semper adhærens*] Sic scripti constanter omnes: et ex Alani Anticiandiano Cl. Barthius confirmat. Vulgo *cui semper*: potuit ἀρχαϊκῶς sic loqui, ut apud Lucret. lib. III.: 'Quandoquidem connexus corpus adhæret.' Simplicius tamen τὸ *quem τῷ comitatur* conjungas. Sic apud Ovid. lib. XIV. Met. 'nactusque hoc litnus adhæsi'; 'inhærare laqueos' Apuleio Met. VIII.: 'timore hoc inani perfuncti longe pejores inhæsimus laqueos.' Virgil. 'clavumque adfixus et hærens Nusquam amittebat.' ubi *clavoque* perperam nonnulli codices: apud Nasonem, Met. XII.: 'Instantique sequens instat,' non, Instantemque. *D. Heins.*

*Semper adhærens*] Quid mirum? cum nihil parcere egestatis sit initium. Et ut Martial. lib. III. Ep. 10.: 'Luxuriam premeret cum crastina semper egestas.'

37 *Complexæ pectora matris*] *Viscera* quinque veteres: sic apud Statium Sylv. libro III. ad Uxorem, 'ter me, victrici Albana ferentem Serta coma, sanctoque indutum Cæsaris auro, Visceribus complexa tuis.' quomodo restituentus ille locus: vulgo scribitur, 'ter me vidisti Albana ferentem Serta comes.' in aliis codicibus est *nitidis comes*: sed *victrici coma* Statium scripsisse sum certus. Pietate Abascanti, libro V.: 'sed te seu virginitate jugatum Visceribus totis animoque amplexa fovebat.' et Epicedio Vernæ pueri, 'ecce lacertis Viscera nostra tenens animaque avellitur infans.' lacertis pariter et anima complexus mea viscera: nihil ergo necesse *animamque* legi, quod in editionibus quibusdam vetustis exstat. *D. Heins.*

*Complexæ pectora*] Alii leg. *viscera*. Scite enim viscera matris Avaritiæ

complexæ sunt Curæ, intimis ejus penetrabilibus nimirum insitæ: et est mos auctorum filios filiasve, aut qui eorum locor, ob intimam charitatem, *viscera* appellare. *Barth.*

38 *Insomnes Curæ*] Similiter curas aviditati jungit Virg. in Culice: 'Curæ Quæ lacerant avidas inimico pectore mentes.'

39 *Ferrata sedilia*] Inferorum habitacula ferrea. Virgil. VI. Æneid. 'Ferreique Eumenidum thalami.' *Barth.*

*Ferrata sedilia*] Vel *secreta* pri. Vaticanus. *D. Heins.*

41 *Alecto stetit in mediis*] Scripti quidam *in medio*: frustra. Stadius Theb. II.: *Constitit in mediis*: et sic non raro poetæ noto Græcismo. Homerus Iliad. γ. Ἴζε δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι, Διὸς δ' ἐξέλερο βουλήν atque ita ille sæpe: *in medios* prim. Vatic. Virg. Æn. V.: 'Æneas quibus in mediis sic deinde locutus.' Æneid. I.: 'magno Calchanta tumultu Protrahit in medios.' *Idem.*

*Vulgusque tacere*] Nutu, manu, voce.

42 *Reppulit angues*] *Hydros* Oxoniensis: omnino rectius: noster alibi de Furia: 'Illyricis pingues pectebat stragibus hydros.' Cons. Manlii: 'laceris morientes crinibus hydri.' sic passim poetæ. *Id.*

44 *Inclusam iram*] Tectam hactenus et nutritam. *Barth.*

45 *Tranquillo*] Inoffenso cursu. Tum *ducere* est verbum ei negotio aptum. Sic Catullus: 'Currite ducentes subtemina, currite fusi.' *Barth.*

47 *Quo*] Quorsum? qua de causa? Horat. 'Quo mihi fortuna, si non conceditur uti?'

*Nova*] Incognita, non nota hactenus. *Barth.*

*Quo nova corrumpit*] Ita veteres nonnulli, ut *quo* pro *cur* sumatur. Sequentia confirmant, *Quo rabies innata perit?* Vulgo, *quæ nova corrumpit*: quintus Vatic. *corrumpit*. *D. Heins.*

49 *Verbera*] His exagitari crede-



bantur malefici a furiis aut manibus peremptorum. Et his quidem conscientiae stimuli describuntur, qui quiescere non sinunt, sed velut verberibus animum lancinant, ne securus sit ullibi.

*Facibus*] Igneis stimulis.

*Cingimur*] Armamur.

*Facibus nequicquam cingimur atris*] *Accingimur* Thuaneus: utrumque probum est. Videatur hic Barthius magno commentario. *D. Heins.*

50 *Quas Jupiter arcet Olympo*] Sic veterrimus Lucensis: cæteri, cum vulgatis, *quas caelo Jupiter arcet*: sic IV. Cons. Hon. 'Sinceram patrio mentem furatus Olympo:' et sæpe alibi. *Idem.*

51 *Theodosius*] Pro Theodosius.

53 *Cumque Fide Pietas*] Duæ sorores Justitiæ, nam post aureum sæculum cum iis ad cælum abiisse poëta finxerunt: Juvenal. Sat. VI.: 'Paulatim deinde ad superos Astræa recessit, Hac comite, atque duæ pariter fugere sorores.'

*Alta cervice*] Erecto animo, et successibus rerum confidente. *Barth.*

55 *Liquidas per auras*] Cælum purum, quod invidens Furia commemorat. Sic Horat. 'Ferar Penna biforis per liquidum æthera.' *Idem.*

56 *A stirpe*] Ab et cum ipsis radicibus. *Idem.*

57 *Tenebroso e carcere*] Sane Theodosio principe refluoruit quodammodo Respubl. Romana: unde alibi: 'ponunt Canicem leges, emendanturque venustæ, Acceduntque novæ.' *Idem.*

*Tenebroso e carcere leges*] Scripti non agnoscunt *rd e*: primus tamen Vatic. aliique complures *in carcere*. *D. Heins.*

58 *Indecores*] Sine vigore aut gloria.

60 *Quid furias deceat*] Mala scilicet omnia, nil omnino probum.

61 *Conventu*] Concilio, seu potius conluvie. *Barth.*

62 *Jam cupio, &c.*] Sic Virgil. *Æn.* I. VII. 'cui tristia bella Iræque insidiæque et noxia crimina cordi.'

63 *Flatu violare diem*] Afflatus Furiarum aut inferorum diem violare credebatur. Vide illud de raptu Proserp. 'afflataque curru Sidera Tænario.' Contra *afflatum lucis* cælestis inferi non patiebantur. *Barth.*

65 *Et rerum vexare fidem*] Ita recte Claverius: nec scripti meliores dissentiant. Vulgatum *laxare* ferri non potest, quod præcesserit. Alii *lapsare* pro *lassare* etiam non male. Duo *turbare*: Barthius *luxare*. *Vexandi* verbum Claudiano non novum: I. I. in Stilic. de navi: 'Nubilus Ægæo quam turbine vexat Orion.' Lib. II. 'Vexatum corpus laceri regni' dixit: et 'urbem legionibus vexare,' I. III. Lib. I. de Rapt. 'Obvia centeno vexasset fulmina motu.' Ibid. 'Et nullo rigidi vexabere vomeris ictu.' Sic vetus liber. bello Getico, 'Quid mirum, si regna labor mortalia vexat?' unde et apparet infra libro II. 'Solito pacem vexare tumultu,' veram lectionem esse. Adeatur A. Gellius Noct. Attic. II. 6. plura alibi dicemus. *D. Heins.*

66 *Et tortos serpentum, &c.*] Vide Virg. *Æneid.* VI. 'Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.'

*Hiatus tortos*] Pro tortis serpentibus dixit, qui hiatu orium maxime timentur. *Barth.*

*Tortos serpentum erexit hiatus*] Ita prior Leid. unus Petav. et Oxon. non *totos*. Furiis tortos angues a poëtis dari obvium. Ovid. in Ibin: 'Quasque ferunt torto vittatis angue capillis Carceris obscuras ante sedere fores.' Et alibi de Tisiphone, 'tortoque incirgitur angue:' quomodo et de eadem Virgilius, 'tortosque sinistra Intentans angues,' ut vetustiores libri scribunt. Seneca Thyeste, 'Quid ora terres verberare, et tortos ferox Minaris angues?' Medea, 'agmen infernum faces Intentat: ingens anguis'

excusso sonat Tortus flagello.' Sed aliud est *torti angues*, aliud *torti hiatus*: nihil igitur mutandum. *D. Heins.*

68 *Anceps motus erat*] Ex Marone: 'Scinditur incertum studia in contraria vulgus.'

69 *Dittis jura tuentur*] Quia sub ejus imperio vis eorum constabat. *Barth.*

*Ditis jura tuentur*] Sic Lucensis: alii multi ex melioribus *tuetur*. Vulgati minus bene *veretur*, quicquid dissentit vir doctus: *verentur* Farnesianus. Naso l. III. Amor. El. 4. 'vultusque severos Exue: nec rigidi jura tuere viri:' sic *legem defendere* Val. Flacc. lib. 1. 'Æquoreos vocat ecce deos Neptunus et ingens Concilium: fremere et legem defendere cuncti.' *D. Heins.*

70 *Dissensuque alitur rumor*] Sonus quispiam tumultuosus, nec distinguendus auditu; qualem scite maris tumoribus mox æquat. Est ergo *rumor* obscurus quidam strepitus absque certis vocibus audiendus. *Barth.*

71 *Impacata quies Pelagi*] Quies quæpiam, quam tamen pacem, pacatamque dicere non possis, ob pelagus incertum, quod mox proverbio extulit 'flavis incertius undis.' Sic et apud Horat. 'Magnas inter opes inops.' *Barth.*

*Flamine fracto*] Ita Cujaciani, Aldini, Bentiviani, Lugdunensesque antiqui. Tres vero Belgæ, Delrianus, Nosterque *flumine*. Lucanus, libro 1. 'mollis tum cætera rumpit Turba vado fracti faciles jam fluminis undas.' Nescio tamen an pro æquoreo fluctu voluerit *flumen* dicere. Quare alterum malim. *Idem.*

72 *Sæviturque tumor*] Reliquiæ tempestatis in immenso æquore post eam tumore quopiam sævitiam præteritam referentes. Sic *tumor æquoris* prædixit tempestatem. *Idem.*

*Dubiumque per æstum*] Incertum velut resurgat an considat penitus. Virgil. Georg. 1. 'Hinc tempestates

dubio prænosceri cælo Possumus.' *Idem.*

73 *Vestigia venti*] Reliquiæ, ultima indicia. *Idem.*

75 *Animi profanus error*] Cum animus sede sua motus errat velut, nihil neque sanctum neque profanum æstimat. Error animi, insania. *Idem.*

76 *Spumis furialibus*] 'Ira furor brevis est;' de quo infra. *Spumare* iracundorum in extremis furis. Gellius, 1. XXVI. 'neque in spumam ruboremque effervesco, neque pudenda dico aut pœnitenda, neque omnino trepido ira aut gestio, hæc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent.' *Idem.*

78 *Illicitumque*] Non hostilem sed amicorum. *Idem.*

79 *Terruit Herculis ora*] Megæra insaniam movebat. *Idem.*

80 *Et defensores*] Ita cum Lucensi malo quam *Hæc*: de Hercule enim adhuc sermo. Pro *Tædæ, Thebæ* mox cum primo Vaticano quatuor scripti: male. *D. Heins.*

*Defensores terrarum*] Omnem orbem terrarum pacavit Hercules. *Barth.*

*Polluit*] Parricidio. Vide Euripidem et Senecam in Furente.

81 *Spicula dextræ*] Athamas Thebarum rex, primis nuptiis Nephelen duxit, ex qua suscepit Phryxum et Hellen: ea vero dimissa Ino uxorem cepit, quæ illi peperit Learchum et Palæmonem, quorum primum furens interfecit; alterum simili fato functurus, nisi cum eo mater Ino fugisset: sed nil opus in re nota immorari. Stat. lib. II. Sylv. 1. 'Torvus adhuc Athamas insanos flecteret aræus:' et lib. Theb. princ. Qui plura cupis, evolve Natal. Com. VI. 9. *Dempster.*

*Spicula*] Nullis ambagibus opus. Vide Ovidium, l. IV., &c. Intelligit sagittas quibus conjugem liberosque peremit Athamas. Lege Apollodorum, lib. 1. Hyginum, Scholiastas

Tragicorum, alios. *Barth.*

82 *Inter bacchata penates*] Malo, *intra*: lib. II. 'major oberrat Intra tecta timor.' *D. Heins.*

83 *Alternis lusit jugulis*] Fabulæ notissimæ. Agamemnon a conjugè Clytemnestra in gratiam adulteri Ægistei occisus est, ipse prius adulteriis infamis: Clytemnestræ mariticiidum ulturus parricidio interficit Orestes, matrem filius, in vindictam paternæ cædis. Revera lusus furiarum. *Barth.*

*Hac auspice*] Nuptiæ honesta atque eximia aliqua persona auspice conciliabantur moribus Romanis. Vide Brissonii, Hotomani, aliorum, nuptiales Observationes. *Barth.*

*Hac auspice, &c.*] Tantum olim religioni tribuebatur, ut sponsalia contrahere, citra Deorum voluntatem exploratam, nefas duceretur; ideoque et prima luce auspices auguria captabant. Tull. I. I. de Divin. Serv. ad Æn. IV. post princ. et ad illud Æn. I. 'primisque jurgat Ominibus.' Tacit. lib. de nuptiis Sillii et Messalinæ, et lib. XIII. de nuptiis Neronis et Pythagoræ cujusdam obsoleti. Juv. Sat. X. 'Veniet cum signatoribus auspex.' Et Lucan. lib. II. de Bruti et Porciæ nuptiis, 'contentique auspice Bruto.' Senec. Troad. Act. IV. sc. I. optimum autem augurium ab *accipitre* ducitur. Plin. X. 6. Hisce autem auguriis Pilmnus et Picumnus Dii deputati, ex Varrone Nonius, c. 12. *Dempster.*

86 *Signa quidem, o sociæ*] Præstantiores τὸ ο non agnoscunt. *D. Heins.*

87 *Nec fas est, nec posse reor*] Æquæ potestatis hæc duo. Alioquin apud Furiarum maximam nullum fas. Latinis nefas idem sonat quod ἀδύνατον. Horatius: 'levius fit patientia Quicquid corrigere est nefas.' Tamen et Furiis sua sunt crimina, cum potestas ipsarum alienæ subdita sit. *Barth.*

*Mundum*] Humanum genus. *Barth.*

89 *Cunctis immanius hydris*] *Natis hydris* argute Pricæanus: ut hydros natos suos appellet. *D. Heins.*

*Immanius Hydris*] Immanitas omnium immanissima serpente terminatur. Hinc Hydrus δειδὸν δράμα apud Tigretem Carem, ei enim inscribi Batrachomyomachiam in priscis exemplaribus notatum eruditissimo Nunnesio ad Phrynichum. Et monuit ante Henricus Stephanus Schediasmatis. *Barth.*

90 *Mobilis*] Celerius ad rapinam et perniciem miserorum. *Barth.*

*Violentius Austris acribus, Euripi refluxis incertius undis*] Gyrardini et Lucensis libri lectionem expressimus: nisi quod in illo *fulvis*, in hoc *flavis*, quomodo vulgati: *refluis* ab Isingrino est: qui et *velocius Austris* habet: sed male: lib. II. de Rapt. 'quantas violentior Auster Decutit arboribus frondes:' sic enim scripti, non *truculentior*. Statio illa cogitabat, 'refluumque meatu Euripum:' hinc castigandus idem Statius Sylv. libro I. de eodem Euripo, 'sic Chalcida fluctus Despescunt reflui: sic dissociata profundo Brutia Sicanium circumspicit ora Pelorum:' ubi perperam nunc scribitur *Expellunt fluvii*: possit et refingi, *fluctus refugi*: nam Senecæ in Hercule Furenti, 'Vicibus alternis fugax Euripus:' 'æstuantem Euripum' dixit Boëthius de consolatione Philosophiæ. Chalcida enim a Bæotia despescit. De Chalcide Mela, libro II. cap. 7. 'Cæterum longa, totique Bæotiæ opposita, angusto freto distat a littore. Enripon vocant, rapidum mare, et alterno cursu, septies die ac septies nocte, fluctibus invicem versis, adeo immodice fluens, ut ventos etiam ac plena ventis navigia frustretur.' Ad quem locum multa erudite, ut solet, vir summus Isaacus Vossius. Videatur ille, et alii Geographi de Euripo: nos alio properamus. Vulgati, *Acrius Harpyiis*, in hoc Claudiani loco. *D. Heins.*

91 *Flavis incertius undis*] Dubium non est pelagi undas intelligi, cum proverbium quoque sit, mari esse levio-rem. *Barth.*

92 *De matre cadentem Suscepi gremio*] Susceptio solennis infantis recens nati in gremium Parentum, indicium prolis agnitæ et educandæ. Alioqui exponebatur. *Barth.*

93 *Suscepi gremio*] Notum omnibus infantem natum in humum deponi solitum, atque e terra levare manu patris; atque illud est, quod *cadentem* ait poëta, et *terram tangere*. Sueton. Aug. cap. 5. et in Nerone, cap. 6. Plin. lib. II. cap. 63. pr. 'quæ nos nascentes excipit Terra, natos alit.' et in Præfat. ad lib. VII. 'hominem,' inquit, 'nudum et in nuda humo natali die natura abjicit.' Deinde *Statina* erat Dea, cujus numine e terra sublatus puellus, rectus constituebatur: ex Tertull. Cujacius lib. II. observ. cap. 30. Locus est elegans apud Varr. I. II. de vita pop. Rom. 'Natus si erat vitalis, ac sublatus ab obstetrice, statuebatur in terra, ut auspicaretur rectus esse: diis conjugalibus Pulumno et Picumno in ædibus lectus sternebatur.' Lege Stat. lib. I. Thebaid. v. 60. &c. unde *tollere* pro educare usurpant, Juvenal. Sat. VI. Senec. de Provid. cap. 4. et 5. ad Marciam, cap. 17. fine, &c. *Dempster.*

94 *Teneroque per ardua colla volutus*] Minus salebrosi erunt numeri, si leges cum secundo Vaticano, *tenero perque ardua colla volutus*: paulo ante *parvus reptavit* scripti: pro *Ubera quasivit fletu*, septem aut octo codices *Oscula quasivit*. D. Heins.

96 *Finxerunt membra cerastæ*] Isingrini liber, et ex nostris quidam cum primo Vaticano, *ora*: ut Prudent. Hamart. 'virides adlambunt ora cerastæ.' *Id.*

*Finxerunt membra*] Instar ursorum lambendo informeis parteis fingentium. Gellius, lib. VII. cap. 10. et Ælianus, lib. II. cap. 19. *Barth.*

*Cerastæ*] De his quædam cognitione digna Nicander.

97 *Meque etiam tradente dolos artesque*] Sic idem Isingrinus, prim. Vaticanus, alique præstantiores: quarum nonnulli tamen *artemque*: pro *Edidicit*, *Et didicit* est in quibusdam: sed nil necesse: sensus magis erigetur, si legis, *Me me etiam*: ut apud Virgil. 'Me me, adsum qui feci:' sed hoc timide adfirmo. Vulgo legebatur, 'Me tradente dolos gestus artemque nocendi:' quod si sequimur, pro *gestus* forte *astus* erit reponendum: aliter hæc Barthius. D. Heins.

99 *Fraudem prætexere*] A vestibis aliisve rebus quibus tegendis aut velandis aliquid induitur. Hinc ad abditas et nobiliore specie delitentes res traducitur. Virgil. I. IV. 'Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.'

*Risu*] Fuit revera malitiosus, atque truculentæ avaritiæ homo, quæ vitia per ambages Poëticas illi a Claudiano objiciuntur. *Barth.*

100 *Lucrique cupidine fervens*] Servile ingenium lucro omnia facere. De avaritia Rufini, quæ et aliorum ejus nominis velut hereditaria, vide Franciscum Juretum ad Symmachum, libro VI. Epist. 14. 'Prædonem annum et ærarii expilatorem.' *Barth.*

101 *Satiaret arenis*] *Satiarit* rectius quatuor libri: uti et Barthio visum: mox *rabido ingenio* pro *rapido* Isingrinus, et scripti quidam: sic 'rabida Megæra' apud Statium Theb. I. Supra *rabidas voces* jam habuimus, v. 44. sed recte *rapido ingenio* Barthius tueretur. Horatius, ni fallor, 'rapido torrentius amni Ingenium:' paulo ante probo illud ejusdem Barthii, *Ipsa equidem fateor vinci*, pro *quidem*: deinde *unanimos sodales* Mazarinianus liber. D. Heins.

102 *Tempestat*] Inundatio: si totus Tagus fluctibus ingrueret auriferis: imitatur Papinium primo Silvarum, quamvis alia re: 'Huic Hermum fulvoque Tagum decurrere limo Nec

satis ad cultus, &c. jussi.' *Barth.*

104 *Majore siti*] Avaritia. Maro: 'auri sacra fames.' Infra: 'Crescebat scelerata sitis, prædæque recentis Incestus flagrabat Amor.'

105 *Unanimes*] Quorum una anima in duobus corporibus divisa. Sane ad exprimendam veram amicitiam uno hoc vocabulo omnia Latinitas complexa est, eamque pariter magna vis scriptorum expressit. *Barth.*

106 *Talem progenies hominum*] *Hominem* nonnulli: quod *Barthius* amplexus est. *D. Heins.*

107 *Pirithoum fugeret Theseus, &c.*] Horum disjunctio monstrosissimis ingeniis adscribitur. *Martialis*, l. VII. Epigramm. 23. 'Te fingente nefas Pyladen odisset Orestes, Thesea Pirithoi destituisset Amor.' *Ausonius* ad *Pontium Paulinum*, Epist. 24. 'Impie, Pirithoo disjungere Thesea posses, Euryalumque suo socium secernere Niso. Te suadente fugam, Pylades liquisset Orestem, Nec custodisset Siculus vadimonia Damon.' *Barth.*

109 *Rabidoque*] *Consentiunt libri omnes rapido* scribendum: rapaci, igneo velut, atque adprehendenda mala nimio opere celeri atque apto. *Barth.*

*Rabidoque*] *Membranæ rapidoque*, hoc est, omnem in partem mobili et expedito. *Delrio.*

110 *Plus*] *Diutius, amplius.* *Barth.*

111 *Solus habet scelerum*] *Hæc de Rufino capitali Stilichonis patroni sui inimico.* *Barth.*

112 *Accommoda*] *Utilis, proficua, acceptabilis.* *Glossarium Philoxeni: accommodatissimum, ἐπιτηδείστατον.* *Barth.*

113 *Regalem ad summi*] *Versus mirifice rei majestatem spondæorum gravitate et concinnitate lente procedentium syllabarum exprimens.* *Bart.*

*Producam principis aulam*] *Non producam: ita olim conjeceram: confirmant duo Medicei cum primo Va-*

*ticano et Rottendorphiano. Producam, promovebo.* *Cicero pro domo sua: 'Quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras: noster lib. I. in Entrop. de Abundantio: 'qui rebus Eois Exitium primoque sibi produxit: is enim Entropium promoverat. Lib. I. in Stilich. 'cujus producere famam sufficeret natus Stilicho.' Ita illic scripti: proferre dixit alibi. 'Nullius Entropius, quam qui se protulit, ante Diripitas possedit opes.' D. Heins.*

114 *Nuna gravior*] *Martialis: 'Ardua res certe est opibus non tradera mores, Et cum tot Cræsos viceris, esse Numam.'*

*Sis denique Minos*] *Tò denique arguit nihil sanctius superesse. Sic Martiali: 'Nasutus sis usque licet, sis denique nasus, Qualem noluerit ferre rogatus Atlas.' Nil majus in rerum natura dicere poterat quam cælum immensum, infinitum. De Minoë vide brevem sed divinum Dialogum Platonis. Barth.*

115 *Flectetur*] *In Avaritiam.*

116 *Orantem sequitur clamor*] *Nota probati sermonis acclamatio. Barth.*

117 *Porrexere manus*] *Adfectus fere omnes manibus protentis significantur. Lucanus, lib. I. Pharsaliæ: 'cunctæ simul assensere cohortes, Elatasque alte, quæcunque in bella vocaret, Promisere manus.' Xenophon, Anabasi, v. testis, manus protensionem injunctam ad signum probatæ sententiæ: et erigebant dexteram milites ad ardorem pugnandi indicandum. Barth.*

119 *Nodavitque adamante comas*] *Is nempe opus erat in tergum rejectis ad expeditionem cujuscunque negotii. Quare veteres retro nodatis comis plerumque procedebant, qui quidem pendulis utebantur. Barth.*

*Nodavitque adamante comas*] *Nodatumque comam prim. Vatic. D. Heins.*

120 *Poscit*] *Ab ripa ipsius funestam pinum poscit. Barth.*

122 *Pigraque veloces*] *Mos Poëta-*



ram contraria jungere. Horatius : 'ardentem frigidus Ætnam Insiluit.' Barth.

123 *Est locus extremum pandit qua Gallia litus*] Haud dubie Galliam ideo nominat Claudianus, quod exinde ducti natales Rufino. *Extremam Galliam* dicit Oceano finitimam.

124 *Oceani prætentus aquis*] Cinctus Oceano. Barth.

*Ubi fertur Ulysses*] Sic Insigninians et Lucensis. Vulgatum quo duriusculum, quia qua præcesserat : mox idem Lucensis rectius *populumque silentem* quam vulgati *silentum* : lib. II. de Rapt. 'populoque silenti Traderis.' Statius Theb. IV. 'In speculis Mors atra sedet, dominisque silentes Annumerat populos : ita minima mutatione scribo ; nam scripti, *dominique silentes*. Vulgati *dominique silentis*. Plutonem et Proserpinam intelligit : noster de Rapt. lib. II. 'dominis intransibibus ingens Adsurgit Phlegethon.' Possis et domino : quomodo Theb. XII. 'Umbrarum custos inhumataque corpora regi Annumerat : sed alterum præstat. Seneca Hercule Fur. Act. III. sc. 2. 'Tristi silentem nubilo liquit domum,' cum antiquis libris. *Umbras silentes* Virgilius dixit lib. VI. ; et Ovid XIII. Metam. 'Æacus huic pater est, qui jura silentibus umbris Reddit.' Male vulgo, *silentibus illic* : plura ibi dicemus. D. Heins.

125 *Sanguine libato*] Necessario more ad evocationem umbrarum : vide Arnobium, lib. VII. Barth.

*Populum*] Omne genus. Barth.

127 *Flebilis auditur questus*] *Auditus* quartus Vaticanus. D. Heins.

*Simulacra pallida*] Umbras mortuorum quas fingebant miris formis veteres. Ovidius : 'Persequar et vultus ossea forma tuos.' Lucretius, I. 'Sed quædam simulacra modis palientia miris.' Barth.

128 *Migrare figuras*] *Catervas primas* Vaticanus : *mugire* Rottendorph.

et secundus Mediceus : male. D. Heins.

129 *Dea prosiliit*] Totus hic locus expressus est ad similitudinem Statii, lib. I. Thebaid. vs. 125. quæque ille de Græciæ regionibus, noster de Britannia, Gallia, Germaniæque dicit, Dempster.

131 *Britannia*] Utpote vicina illi Galliæ loco. Barth.

132 *Revolutaque Thetys*] Sursum versus, contra æstum venientem retroacta. Pulcherrime Lucanus hinc illustrandus lib. I. 'Quaque jacet litus dubium quod terra fretumque Vendicat alternis vicibus, cum funditur ingens Oceanus, vel cum reffluit se fluctibus aufert,' &c. Barth.

133 *Rhenus projecta torpuit urna*] At cum Rhenus aquas suas si quis alius fluviorum deorsum agat, miraculum facit Claudianus ipsa illa proflua aqua obtorpuisse, non secus atque mare æstui jam imminens, et littora inundaturum. Barth.

*Projecta torpuit urna*] Sic Gyrard. Lucens. et sex alii. Vulgo *unda* : diximus Cons. Olybr. vs. 213. perperam vulgatam scripturam tuetur Barthius. D. Heins.

135 *Severas*] Seniles. Senes enim *κατὰ πᾶντος* severi, superciliosi, queruli, rixosi. Horatius : 'Multa senem circumveniunt incommoda, vel quod Quærit,' &c. Barth.

136 *Ficto languida passu*] Qualis ætate affectorum gradus. Serpere senes, non incedere ait Euripides Bacchis. Barth.

137 *Invadit*] Vadit in muros. Virgilius : 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.' Barth.

*Elusæ*] Civitas Galliæ provinciæ Novempopuloniæ, quondam nobilissima, hæc scribente Claudiano, patria Rufini hujus, hodie *la ville d'Euse en Gascogne*. Barth.

*Elusæ*] Cæsar, lib. III. Tarbelli, Biggerri, Preciani, Vocates, Tarusates, Elusates, quos neque Plinius neque



Ammiannus ignorant.

138 *Oculis viventibus*] Ex Invidiæ Ovidianæ descriptione. *Barth.*

139 *Tunc talia*] *Tò tunc* collectionem quampiam spiritus insinuat, antequam oratio aliquid proponat. Sæpius ita Virgilius: 'Tunc sic orsa loqui vates.' *Barth.*

140 *Frustraque juventæ Consumis florem*] Ipsam vitæ ἀκμήν, summum decus, tempusque nobilissimum. Ætatum vocat Apuleius hunc florem, quia brevissimum vita tempus habet in sese, ad apicem aut ascendens cæteroqui aut descendens. Apuleius: 'Ætatis florem floribus ut decorēs.' *Barth.*

141 *Patriis arvis*] *Elusæ* nimirum. *Barth.*

142 *Quid sidera donent*] Gyrald. et Isingr. *debent*: etiam prim. Vatic. pro diversa lectione: quod secutus frustra Raphelengius. Lucens. *dedent*: prior Moreti, *spondent*. Cæteri pro vulgata lectione stant, quam et nos amplectimur. Sequenti versu *toto donabere mundo* scripti nonnulli: quos inter primus Vaticanus: unus *dotabere*: frustra. *D. Heins.*

*Sidera donent*] Fingit Furia Chaldæum aliquem aut astrispicem, ut ex sequentibus clarum. Tria Verba posuit, quibus omnem de Eventibus humanam Speculationem Philosophia complexa est: Fata, quæ sunt Stoicorum: Sidera, seu Deos, quæ Academicorum plurimumque eo redeuntium scita faciunt: Fortunam, quæ Epicuræorum, et ejus gregis cæterorum. *Barth.*

143 *Toti dominabere mundo, Si parere velis*] Neque abit quod de Cæsare scribit Dio Cassius, lib. xxxvii. parum sollicitum fuisse quorsum se demitteret, quamque humilitatem præ se ferret, modo per eam potentia augetur. *Barth.*

146 *Præscius ardor*] Flammæ divinæ particula. Non enim humanarum virium præscientia futurorum. *Ar-*

*dorem* dixit, quia Deus Igneum quippiam Pagani sciscebant. Vide Macrobius, lib. i. in Somnium Scipionis, cap. 14. Ita a Deorum cultu vaticinia petebantur: vide Jamblichum, lib. i. de vita Pyth. c. 28. *Barth.*

*Inest*] *Adest*. Sic alibi *amethystus inest*. *Barth.*

*Quo Thessala cantu*] Thessalia studiis Magicæ deditissima, et ejus gentis incantationes celeberrimæ. *Barth.*

147 *Eripiat lunare jubar*] Cælo detrahat. Lunam enim cælo detrahi carminibus Magicis credebant. *Barth.*

*Signa sagacis Ægypti*] Characteres.

*Eripiat lunare jubar*] Vetus gentium error, Lunam magicis cantibus vexari, et e cælo deduci. Mart. lib. xii. Epigr. 57. Ovid. lib. ii. El. 5. Amor. Ideoque ne illa audiret incantamenta, tinnitibus sacra ejus peragebantur. Ovid. lib. vii. Met. Fab. 2. Senec. Med. Act. iv. Scen. 2. 'inque auxilium Dictimna tuum pretiosa sonent æra Corinthi.' Juvenal. Sat. vi. 'Una laboranti poterit succurrere Lunæ.' Hinc defectum putabant proficisci. Serv. ad ii. Georg. Stat. vi. Theb. 'quoties avellitur astris Solis opaca soror procul auxiliantia gentes Æra crepant.' Quod autem *Thessalam* ponat Claud. pro qualibet saga, docte quidem; nam Thessalia beneficiis devota. *Dempster.* Hieroglyphicæ notæ, varia rerum indicia, quæ vulgus obscuris ductibus figurarum consignata, etiam cum edita essent, fallerent. *Sagacem Ægyptum* propter omnium fere artium initia inde petita nuncupat, hærentia nimirum inibi a primorum Patriarcharum Judæorumque cultu, unde mater artium dicitur a Macrobio, lib. i. Saturn. cap. 15. Gellius, lib. xi. cap. 18. 'apud veteres Ægyptios, quod genus hominum constat et in artibus reperiendis solertes exstitisse, et in cognitione rerum indaganda sagaces, furta omnia fuisse licita.' Hinc *Αἰγυπτιακόν*, malum malignumque esse, proverbio læ-

cum fecit. *Barth.*

*Eripiat lunare jubar*] Pnto *Deripiat*, quanquam dissentientibus libris. *Detrahere cælo Lunam et deducere*, passim poëtæ: pari modo et Barthius conjecit. Horat. Epod. v. 'Quæ sidera excantata voce Thessala Lunamque cælo deripit.' Idem Epod. ult. 'Refixa cælo devocare sidera.' *D. Heins.*

148 *Gens Chaldaea*] Magicis sacrificiis tum quoque celebris. *Barth.*

149 *Fluenteis Arboribus succi*] Primum numen, nobiliusque nutrimentum generis humani Arborea, post in abusum Magicarum præstigiatarum venit. Plinius lib. xii. 1. *Barth.*

151 *Quicquid lethali gramine pollens Caucasus, et Scythicae vernant in carmina rupes*] Hæc inquinatissima erant: nam hactenus legitur, *germine pollens Caucasus et Scythicae vernant in gramine rupes*: pro *germine, gramine* scripti omnes agnoscunt priori versu, et recte: nisi quod Isingrinianus et tres ex nostris *carmine*: quam vocem posteriori versu reddendam existimo, unde exciderat, legoque minima mutatione, *in carmina*, id est, in usum carminum, in usum magicum. Amat hos loquendi modos noster: ut Cons. Olybr. vs. 122. dictum. Cons. Manlii, 'Vecte laborantes in carmina concitat undas:' ubi de Organo Hydraulico agit: infra hoc ipso libro, 'Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Massagetes:' hoc est, in usum poculorum: lib. iii. de Rapt. 'totæ fremerent in pocula ripæ.' 'Seges crescit in prælia' Idyllio Hystricis. iv. Cons. Honor. 'In civem rubuere genæ.' Lib. ii. Raptus: 'omnis in herbas Turget humus.' Cons. Olybrii: 'Cornus in hastam Porrigitur:' atque ita sæpe. Horum et plenus Statius et Apuleius: apud quem emenda in transcursu locum male affectum, lib. viii. Met. 'Interea quidam senex de summo colle prospectat, quem circum capellas pascentes opilionem

esse professione (vel *ex professo*, vulgati *profecto*) clamabant. Eum rogavit unus ex nostris, haberetne vœnui lacte, vel adhuc liquidum vel in caseum recenter coagulatum.' Eleganter 'lac in caseum coagulari' dicitur. Vulgo 'in caseum recentem incoactum.' *Inchoatum* scripti codices et prima editio: lib. ix. 'misceri in Venerem.' Statius Sylv. lib. i. Epithalamio stellæ: 'Excludunt radios silvis decussa vetustis Frigora: perspicui vivunt in murmura fontes.' Ita opinor a manu Statiana esse: nunc legitur *in marmore*: quæ scriptura minus elegans. 'Vivere in Venerem frondes' pari modo Claudianus Nuptiis Honorii: sic 'motæ in murmura voces' eidem Statio lib. iii. ad Claudiam Uxorem, 'in procurrentia primis Carmina nostra sonis, motasque in murmura voces Aure rapis vigili.' Sciulus aliquis, qui ignorabat aurem vigilem poëtis pro attentâ frequenter poni, illic loci refinxit, 'totasque in carmine noctes:' quomodo nunc legitur: quasi Statius totis noctibus aliud nihil egisset. Epicedio Glauciæ, vs. 105. 'mutas murmure voces' habes Theb. vi. 'Audiit et vocis decerpit murmura primæ.' Epicedio Glauciæ, 'desunt in munera flammæ.' Theb. lib. i. 'paulum in verba minasque Cunctantur.' lib. iv. 'rejecitque canes in vulnus hiantes.' lib. v. 'in solam patuerunt lumina noctem.' lib. xi. 'miseræ crescunt in pabula fibræ:' atque ita ille passim: sed ad rem. Plura qui cupit, adeat hoc loco Barthii curas secundas. Duplicem igitur magiam tangit; alteram quæ herbis, alteram quæ incantationibus perficiebatur: utramque poëtæ ut plurimum conjungunt. Lucensis liber conjecturam meam confirmat; is enim, *in gramina. Gramina* pro *Carmina*, et vice versa, frequenter scribi in antiquis membranarum nemo nescit: male etiam vulgo *Scythicae rupes* pro *Scythicae*. Lucensem lib. si audimus, priori versu re-

tinendum, *germine*: ut per *germen Caucasum*, aconiton intelligat ex Promethei cruore natum. Seneca Medea, 'Congerit in unum frugis infaustæ mala Quæ fert opertis hyeme perpetua jugis Sparsus cruore Caucasus Promethei.' *D. Heins.*

152 *Caucasus*] In eo monte omnium Magicarum herbarum potentissima Promethæis nascitur. Est et cæterarum eodem facientium feracissimus. *Barth.*

*Vernant in carmina rupes*] Efficaciora ad toxica, germina montana, quod observatum est a Turneb. lib. xviii. cap. 12. et videtur consentire Virgil. vii. *Æneid.* 'Marsis quæsitæ in montibus herbæ.' De herbarum vi in beneficiis, lege Plin. lib. xxiv. cap. 2. qui Homerum citat. *Dempster.*

153 *Legit Medea*] Medæa veneficia et furores notissimi ex Ovid. lib. vii. Fab. 2. ex Seneca, Ovid. *κακροεχθίας* lib. ii. 'Non faciens ut vivat amor Medeides herbæ.' Tibull. lib. i. Eleg. 2. 'Sola tenere malas Medæa dicitur herbas.' Quibus locis moveor, ut errorem ex Propertio tollam; apud quem lib. iv. Eleg. 7. depravate, ut puto, legitur: 'si te non totum Chloridos herba regit,' reponere *Colchidos*, id est, Medæa. *Dempst.*

*Ferox*] Ob cædeis plurimas. *Callida Circe* ob dolosas hospitem captiones. *Barth.*

154 *Sacrisque citavi nocturnis Hecaten*] Loci hujus restitutio Claveriano codici debetur. Vulgatum *litavi σολοιζει*. Seneca *Œdipo*, ex fide optimarum membranarum, 'fundit et Bacchum manu Læva; canitque rursus, et terram intuens Graviore manes voce et attonita citat:' ubi *ciet* in vulgatis, etsi minimum refert. Isingr. et Lucens. *levavi*: quomodo et Pricæanus pro diversa lectione: prim. Vatic. *litando*: non male: alii quidam *litalis*. Forte *citatum*: ut ad τὸ τραχι referatur. Noster lib. i. de Rapt. 'patefacta ciebo Tartara.' Val. Flac-

cus, lib. iii. 'furias ditemque ciebo:' ubi frustra *movebo* Carrionis liber. Barthius nova distinctione parum huic loco consulit. Idem Valerius, libro vii. 'Noctis heram Ditemque ciens.' Virgil. 'Nocturnosque ciet manes.' et Ecl. viii. 'manes excire sepulchris.' Ammianus, libro xxix. 'Pollentinianum tribunum iisdem diebus convictum confessumque quod infernis manibus excitis de permutatione imperii consulere ausus est, abire jussit illæsum.'

155 *Nocturnus*] Noctu enim placabatur Hecates numen, aut illa exciebatur ad Magicas præstigias. Vide Apollonium Argonaut. iii.

*Condita funera*] Fallaces mortuorum figuras. Hoc enim inter ludibria eorum quibus Satanas fascinabat mentem, posse eos jam sepulta cadavera carminibus reducere in vitam. Tibull. lib. i. 'Hæc cantu finditque solum, manesque sepulcris Elicit, et tepido devocat ossa rogo.' *Barth.*

157 *Quamvis Parcarum restarent filia*] Contra fati ordinem, contra tempus vitæ præfixum. *Barth.*

158 *Ire vagas quercus*] Nemesianus. Ecloga iv. 'Cantavit quod Luna timet, quo rumpitur anguis, Quo currunt scopuli, migrant sata, vellitur arbor.' Pariter Poëtæ alii, de translatis arboribus et segetibus, campo nempe in suo. *Barth.*

*Et fulmina stare coëgi*] Sic Aldus et Isingrin. Alii, *flumina*. Lucensis, *fulmen*. Vulgo, *flamina*. Seneca Hercule *Œtæo*, 'Et bruma messes videat, et cantum fugax Stet deprehensum fulmen.' Ita optimus codex: non *sit*. Naso Epist. vi. 'Illa refrenat aquas, obliquaque fulmina sistit:' quomodo illic scripti nonnulli. Barthius in hoc Claudiani loco vulgatam scripturam frustra tuetur. *D. Heins.*

160 *Locutum*] Ita libri manu exarati: et exigit res ipsa. In senem enim non anum mutavit formam *Mægæra*. *Barth.*

161 *Penates*] Ipsum domicilium, ipsos postes. Virgil. lib. VIII. 'ac nostris succede penatibus hospes.' Barth.

163 *Metallo*] Auro κατ' ἐξοχήν. Barth.

164 *Avaro Pascitur intuitu*] Summam cupiditatem oculi velut prælibant: et partem ex re cupita ipso intuitu hauriunt. Barth.

165 *Pascitur intuitu*] Gyrald. et Lucens. aspectu.

165 *Ad prima*] Græcanicum: εἰς τὰ πρῶτα, primo. Maro, lib. v. 'Non jam prima peto Mnesteus.' Et alibi, 'Prima tenet plausaque volat, fremituque secundo.'

*Tumebat*] Elatus superbia, ob accessionem tantarum opum. Barth.

166 *Mæonius*] Midas Rex Phrygiæ; Lydiæve, ut alii. Vel utriusque, ut Ovidius. Barth.

167 *Revinctos*] Idem est ac si *vinctos* dixisset. Virgil. lib. XII. 'recalent nostro Tiberina fluenta Sanguine adhuc.' Barth. quod tantumdem est ac si *calent* dixisset. Barth.

168 *Munus acerbum*] Noxium, nocuum, contrarium sibi. Barth.

169 *Inviso votum damnavit*] Fulgentius, Mytholog. lib. II. cap. 14. 'Mida Rex Apollinem petiit, ut quicquid tetigisset, aurum fieret. Cumque promeruisset, munus in ultionem conversum est, cæpitque sui voti effectu torqueri. Nam quicquid tetigerat, aurum statim efficiebatur; erat ergo necessitas aurea, locuplesque penuria,' &c.

*Inviso auro*] Ovidiusque: 'divesque miserque Effugere optat opes, et quæ modo voverat, odit, Copia nulla famem relevat, sitis arida guttur Urit, et invisio meritis torquetur ab auro.' Scite vero glaciem fulvam, aurum ex aqua vinove factum nuncupat, ut niveam.

*Inviso votum damnavit in auro*] Scripti quidam *invito*: perperam. Ovid. de eodem Mida, 'et invisio meritis tor-

quetur in auro.' D. Heins.

170 *Ergo animi victus*] *Animum Priæanus*: frustra. Virgil. 'Immemor heu, victusque animi respexit.' Adantur quæ bello Gildonico notamus v. 281. Id.

*Animi victus*] Maronianum Georg. IV. 'Immemor heu, victusque animi respexit.' Sic Apuleius, libro IV. 'animi saucia.'

*Sequimur quocunque vocabis*] Exclamatio victæ voluntatis, Virgil. IV. 'sequimur te, sancte Deorum, Quisquis es, imperioque iterum paremus ovanteis.'

173 *Instabilesque olim*] *Diu* duo veteres, tres *vocaris* pro *vocabis* paulo ante. *Instabiles* prim. Vatic. et tres alii. D. Heins.

*Instabilesque olim Symplegades*] *Cyaneis scopuli*, quia fangebantur collidi, *Symplegadam* nomen nactæ. Strabo, lib. III. De *Cyaneis Symplegadibus* vide Apollonium late lib. II. Valerium Flaccum, et Scholiastas. Barth.

*Instabilesque olim*] Ante navigationem Argonautarum, testibus iis qui Argonautica conscripserunt. *Delrio*.

174 *Thessalicis*] *Minyarum*, quo nomine censetur flos universæ Græciæ ea tempestate. Catullus: 'Cum lecti juvenes, Argivæ robora pubis, Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi.' Jason autem expeditionis auctor Thessalus. Valer. Flaccus: 'Debitus Eois dux Thessalus appulit oris.'

*Celsa Bosphorus urbe*] *Bosphorus*, a bovis meabili transitu sic dictus, ut ait Plin. lib. VI. cap. 1. duplex erat, *Cimmerius* et *Thracius*; hic autem de posteriore, qui Asiam ab Europa sejungit. Isid. de eo lib. XIII. cap. 16. et Petronius Satyr. 'Veneratus erat submissa Bosphorus unda.' *Othrysiæ oræ* sunt Europa: nam *Othrys* mons est Thessaliæ, *Lapitharum* sedes, Plin. lib. IV. cap. 8. Valer. Flacc. Argon. lib. I. de *Pelia*: 'Ille

Othryn et Hæmum, Atque imum felix versabat vomere Olympum: et alii. Intelligit autem poëta Byzantium seu Constantinopolim, non longe a Bosporo situm. *Dempst.*

*Qua Bosphorus urbe]* Non arce scripti: et recte; nam *Eoas arces* ante dixerat: mox *Odrysiis* pro *Otrysiis* lege. *Odrysia*, Thracia. Miror Barthium aliis scriptorum locis pariter mendosis in medium prolatis corruptæ scripturæ patrocinari. Vide Stephanum Byzantium in *Ἰδρυσαι*: inde enim *Odrysius* deducitur. *Distinguit* etiam pro *discriminat*, Moreti liber et Farnesianus: quod placet. Plinius, lib. xii. cap. 21. 'Arabia Judæam ab Ægypto distinguit.' Lucan. lib. i. 'Gallica certus Limes ab Ausoniis distinguit arva colonis.' Sic et 'Tartessos distinguit' Silio lib. v.

175 *Odrysiis]* Thraciis, quæ in Europa. Ausonius Epigramm. i. 'Sed carmen non molle modis, bella horrida Martis Othrysi, Thressæque viraginis arma retractat.' Martialis, lib. vii. 'nunc ludite, Musæ, Victor ab *Odrysiis* reditur orbe Deus.' *Barth.*

177 *Subrepsit in aulam]* Malis artibus. *Ilicet*, quia Furie adventus mores mutabat: animo ejus illapsæ, quod innuit dicens *ergo animi victus*. *Idem.*

178 *Ambitio nasci]* Expulsatrix justitiæ. Unde pulcre in Laudibus Stilichonis: 'Trudis avaritiam cujus fœdissima nutrix *Ambitio*, quæ vestibulis foribusque potentum Excubat, et pretiis commercia pascit honorum.' Sic hoc loco: *Venum cuncta dari*, Ambitione ingruente. Et Petronius: 'Venalis populus, venalis Curia Patrum, Ipsaque majestas auro corrupta jacebat.' *Barth.* Nil sane turpius quam nundinatio Magistratum; illa iniquitatis principium et finis; illa omnium scelerum fons Justiniano dicitur. *Claver.*

*Rectum]* Regula justitiæ, juris ad-

ministratio nusquam flexa. Inde rectum, ipsa justitia. Horatius, lib. iv. Carm. 4. 'Doctrina sed vim promovet insitam Rectique cultus pectora roborant.'

179 *Profert arcana]* *Proferre* excerpta Medicea: ut legendus sic totus locus videatur, 'proferre arcana, clientes Fallere, et ambitos a principe vendere honores: ita sæpe nos ter historicorum exemplo. *Tò ambitos* male in *indeptos* Claverius mutavit. *D. Heins.*

*Profert arcana]* Aulæ Regniq̄ue, quæ plurima. Hæc vero sceleratus homo ob pretium hostibus populoque prostituit. At sapientissime Horat. i. Epistolar. 'Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam, Commisumque teges et vino tortus et ira.' Idem alibi: 'Regibus hic mos est multis urgere culullis Et torquere mero quem perspexisse laborant.'

*Clientis Fallit]* Summum crimen hominum potentium, usque adeo ut vix ullum a Sacris Prophetis abominabilius proclametur, quam afflictos miserisque homines se et sua fidei alicujus committentes, ab eo decipi et deprædari. *Barth.*

181 *Ingeminat crimen]* Delator hominum, quorum errata veritati additis immensis mendaciis in prodigialia crimina apud Principem extendit. Talis Sejani animus apud Tacitum, Annal. iv. 'inflando odio Tiberii in Germanici sobolem.' Pulcre vere Titus, qui traductos per Amphitheatrum Delatores flagellis cecidit in foro, et in servos vendidit, ut auctor Suetonius, cap. 8.

*Ignem]* Odium iracundiamque principis. *Barth.*

182 *Nutrit]* Auget consentiendo.

*Stimulando]* Ab equis quos stimulis fodiebant veteres. *Barth.*

*Stimulando vulnus acerbat]* Codices nonnulli *cumulando*. *D. Heins.*

183 *Velut innumeros annes]* Insa-  
tiabilem Avaritiæ gurgitem pelago



comparat. Ambrosius: 'Mare fenestrator est, omnium patrimonia tanquam fluctus absorbet.' *Barth.*

184 *Nescit*] Non sentit. Virgil. Georg. I. 'Nescivere hyemem.' Cur autem mare non crescat tot fluviis ingredientibus caussam dat ex aliis Nicéphorus Blemmydes Physicis.

*Undantem Istrum*] Ob copiam. Est enim cumprimis ingens fluvius Danubius. *Barth.*

185 *Septeno gurgite Nilum*] *Littore* Isingrini codex: ut infra lib. II. 'Ignotaque littora Nili:' de laud. Stilich. 'Nilique ad littora tendens,' pro *similibusque meat*, præter Lucensem et duos aut tres alios, reliqui *manet*, approbante Barthio. Pro *Expleri calor ille nequit*, Priscænus *sitis ista*. D. Heins.

*Æstivum Nilum*] Ab Æthiopicis oriundum, ut putarunt veteres, vel quod æstivo tempore augetur. *Barth.*

*Æstivum Nilum*] Nilus Ægyptum irrigaturus, primo vere aut solstitio autumnali excurrit, hyeme nunquam. Solin. cap. 35. Polyhist. Lucan. lib. x. v. 210. Tibull. lib. I. Eleg. 7. 'Fertilis æstiva Nilus abundat aqua.' Plin. lib. XVIII. cap. 18. princip. 'septeno gurgite,' quod septem ostiis se in mare exoneret. Noster Epithal. Honorii et Mariae princip. 'Septem despectans cornua Nili.' Maro, Æn. VI. 'septem geminum' vocat: at Plin. lib. V. cap. 9. 'multas tantum fauces' ponit. Strabo lib. I. *στόματα*. *Dempst.*

186 *Par semper similisque*] Et magnitudine et figura.

*Fluctibus auri*] Magnis confluxibus.

187 *Expleri calor ille nequit*] Hoc maxime vexantur avaritiæ mancipia, semper possidendo plura cupiunt, nec minuitur habendi cupido ullis opibus. Seneca Furente: 'nullo fine beatus Gazis inhians componit opes, Et congesto pauper in auro est.' Horat. Epist. lib. I. 'Semper avarus eget: certum voto pete finem.'

*Cuicunque monile Contextum gemmis*] Sordidam publici prædonis rapacita-

tem dicit, etiam muliebribus ornamentis non parsuram. *Barth.*

188 *Aut prædia culta fuissent*] Suidas ad verbum, voce 'Ρουφίνος, και πολλος ην οχλος των περιθεόντων ει που τινη χωριον υπαρχει παντομυγες τε και εβκαρπον. Ubi et plura in hanc rem. D. Heins.

189 *Rufino populandus erat*] Sic Prædo annosus idem dicitur, et voluisse ærarium urbanum spoliare, a Symmacho, lib. VI. Epist. 14. Sic enim Claudianus noster mox ad verbum, 'orbisque ruinas Accipit una domus.' Quid mirum autem Præsidi alicui hoc crimen fuisse, cum Romani eam legem fere tenuerint, satis causæ ad spoliandum aliquem, quod foret diyes. *Barth.*

190 *Metuenda colonis Fertilitas*] Evertentur enim fundis suis qui singulari aliqua fecunditate nobiliores habebant. *Idem.*

191 *Laribus pellit*] Similia omnia de Gildone: 'perturbat avita Quemque domo, veteris detrudat rure colonos.'

*Detrudat avitis finibus*] Pacatus Pannegyr. 'non contenti miseros avitis evolvisse patrimoniis, calumniabantur in sanguinem, et vitas premebant reorum jam pauperum.' Fines possessiones ipsas notant, alioqui termini eas circumscribentes. Celsus J.C. c. 18. de acq. vel am. poss. 'si vicinum mihi fundum mercator in mea turri demonstret, vacuumque se possessionem tradere dicat, non minus possidere cæpi, quam si pedem finibus intulisset.' Hoc est ipsi fundo. *Barth.*

192 *Occupat hæres*] Gildonico: 'Instat terribilis vivis, morientibus hæres, Virginibus raptor, Nuptis obscænus adulter.' Miserrima coactio etiam mortuorum sub principibus impotentissimæ vecordiæ, si quis salvas ex aliqua saltim parte necessitudines suas vellet, testamento Principi hereditatem vel integram, vel potiozem, cedere necesse habebat. *Idem.*



193 *Orbisque ruinas*] Divitiarum exsuctiones et conturbationes opum, unde Conturbare quoque dicuntur qui bonis exciderunt. *Barth.*

*Orbisque ruinas*] Isingr. et Patavin. rapinas: recte, nisi ruinam mavis. Pro domus etiam manus quatuor alii: placet: lib. i. in Eutrop. 'nunc uberiore rapina Peccat in orbe manus.' *D. Heins.*

194 *Accipit una domus*] Rufini domus erat quasi spelunca latrocinii.

*Populi servire coacti*] Venditos vult pretio; parum sollicito Rufino quomodo provinciæ regerentur, modo pretium a Præsilibus ante ingressum, postque administrationem, et in ea, grande ad se rediret. Hoc vere est deglubere oves. *Barth.*

197 *Oceanum*] Limites hos credebant τῆς οἰκουμένης, tam inepti talium rerum indagatione, ut Britanniam quæ ex Galliæ confiniis conspici eminus potuerit, alium orbem putarint. Itaque Oceanum navigaturos jam Solem relinquere, et in Deorum non hominum sedes ire dicebant. Pedito. Itaque ad Oceanum venire, erat ultima τῆς οἰκουμένης oras tenere, quo et fabulosa quæque removebantur.

*Rutilos tibi Lydia*] Ob Pactolum Χρυσόβροον cognominatum. Similia iv. Cons. Hon. 'Tu licet extremos late dominere per Indos, Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent, Si metuis, si prava cupis, si ducis ira, Servitii patiere jugum,' &c. *Barth.*

198 *Cyrique tiara*] Scripti solium Cyri Cræsiq̄ue tiara, vel tiaræ: nihil muto, nisi quod tiaras malim: ut iv. Cons. Hon. 'Barbarus Arsacio con-surgeret ore tiaras.' Vulgatam in cæteris scripturam jure Barthius præfert. *D. Heins.*

199 *Nunquam dives eris*] Pulcre ex Rutilio Lupo, lib. ii. 'Nequaquam mihi dives est, quamvis multa possideat, qui neque finem habet cupiendi neque modum statuit utendi. Nam et multum desiderare est egentis sig-

num, et nihil parcere egestatis est initium.' Hinc Horat. recte dicit, lib. iii. od. 9. 'Non possidentem multa vocaveris Recte beatum: rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus sapienter uti, Duramque callet pauperiem pati, Pejusque letho flagitium timet,' &c. *Barth.*

200 *Semper inops quicumque cupit*] Et hæc traducta videntur omnia ex divinis monitis Senecæ, Epist. xvi. 'Ab Epicuro dictum est: Si ad naturam vives, nunquam eris pauper; si ad opinionem, nunquam dives. Exiguum natura desiderat, opinio immensum,' &c. Apuleius Apolog. 'Is plurimum habebit qui minimum desiderabit; habebit enim quantum volet, qui volet minimum.' *Idem.*

201 *Fabritius parvo*] Lucanus libro x. 'Pone duces priscos et nomina pauperis ævi Fabritios, Curiosque graves, hic ille recumbat Sordidus Hetruscis abductus Consul aratris.' Quos tres ejus imitatione Claudianus hoc loco protulit.

*Munera Regum*] Quæcunque a Regibus dari poterant, non solum Pyrrhi illius, sed quicquid regali ambitu morum regulæ nocere posse videbat. *Barth.*

202 *Serranus*] Rutilius Itinerar. i. 'Exiguus Regum Rectores cespes alebat, Et Cincinnatos jugera pauca dabant. Hæc etiam nobis non inferiora feruntur Vomere Serrani Fabritiique foco.' *Sudabat* dixit, ut ipsum manum operi admovisse declaret. *Idem.*

203 *Casa*] Vilis, plebeia, de ruris similitudine, imo in ipso rure domuncula.

*Pugnaces Curios*] Mares vocat inde Horatius: 'Et maribus Curis et decantata Camillis:' in opprobrium seculi sui. Erant enim qui vultu et incessu feminas morbumque, ut Juvenalis appellat, fatebantur. *Barth.*

204 *Hæc mihi paupertas augustior*] *Opulentior* Isingrin. Lucens. Gyrald.

Helmæstadiensis, et Puteaneus : placet. *Augustum* proprie sanctum : quod hic locum non habet, etsi Barthio sic volente : auctor Panegyrici ad Pisonem, ' Ipsaque possessio mens est opulentior auro.' *Tenebat pro tegebat* paulo ante multi veteres ex nostris cum Aldo et Isingrino. *D. Heins.*

*Hæc mihi paupertas augustior*] *Vetustissima Philosophia* hæc est, Sapientiam censere Naturæ bonis contentum esse, nec fines Felicitatis extra eam in divitiis aut gloria ponere. Prudentius : ' O felix nimium Sapiens et Rusticus idem, Qui terras animumque colens, impendit utrisque Curam pervigilem, quales quos imbuit auctor Christus, et assumtis dedit hæc præcepta colonis.' Virgil. ' O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas.' *Augustior*] Splendidior meo animo. *Barth.*

205 *Culminibus*] *Diversa duo* hæc vox notat : ingentia et splendida ; *vilia*, pastoralia, humillima.

*Tibi quærit*] *Terra marique luxuries Romana* ciborum genera conquirit ; non fami, sed gulæ : quare *inanes cibos* dixit Claudianus.

*Quærit*] Ob laborem ea placent. Petronius : ' Ales Phasiacis petita Colchis Atque Afræ volucres placent palato, Quod non sunt faciles,' &c. Lucanus, lib. iv. ' Et quæditorum terra pelagoque ciborum Ambitiosa fames.' *Barth.*

206 *Luxuries nocitura*] Pro confesso inter eos qui humani status naturam inquirent, morborum tam varia genera non aliunde quam ab ciborum varietate et gulæ intemperantia venire. Senec. Epist. xxiv. ' ipsæ voluptates in tormenta vertuntur. Epulæ cruditate afferunt, Ebrietates nervorum torporem tremoremque, libidines, pedum, manuum, articulorum omnium depravationes,' &c.

*Inemptas Terra dapés*] *Prisca frugalitate*, eaque beatissima. Horatius : ' Et horna dulci vina promens dolio, *Delph. et Var. Clas.*

*Dapes inemptas* apparet.'

207 *Tibi vellera succos*] *Ibi* cum scriptis legendum, ut τῶ hic respondeat, quod sequitur : sic et infra *lantas ibi perstrepit ædes*, non tibi. *Fucos* etiam optime quatuor scripti agnoscunt. *Tyrios fucos*, ut Ovid. Met. lib. vi. ' Conscendant in equos, Tyrioque rubentia fuco Terga premunt : sic omnino scribendum : plura illic. In Catalectis Pithœi : ' Intertexta rosa Tyrii subtemina fuci Involvit quoties nobile zona latus.' Lucanus etiam lib. x. : *Strata micant, Tyrio quorum pars maxima fuco Cocta diu, virus non uno duxit aheni.* Ita enim legendus, vel, ut in aliis scriptis, prior versus, ' Hic torus, Assyrio cujus pars maxima fuco.' Nam et Assyria purpura in pretio : sic Festus Avienus Phænom. ' Assyriumque bibunt nova vellera fucum.' et noster de Rapt. ' Assyrii spumis fucantur aheni : ' et *Assyrium venenum* apud Virgil. II. Georg. Petronius : ' Assyria concham laudabat miles in unda.' Virgilius Ciri, ' Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.' In Culice : ' Si non Assyrio fuerint bis lauta colore Vellera.' Assyrii succi unguentum, Statio, Theb. vi. Ovid. lib. i. El. 1. Trist. *purpureum fucum* dixit : ' Nec te purpureo velent vaccinia fuco.' Sic bene veteres libri. Sidonius Apollinar. ad Majoranum : ' Sic te purpureo recocta fuco Multos purpura vestiat per annos.' *Roseum fucum* dixit Catull. nuptiis Pelei : *rubens* Seneca Hippol. ' Longum rubenti spargitur fuco lacus.' Ubi fucum tauro marino erudite dat. Fucus enim proprie herba marina, Græcis *φύκος θαλάσσιον*, teste Plinio. Petronius : ' Quæsitus tellure nitor certaverat ostro.' Avienus Ora Maritima : ' Adjicit et illud, plurimum inter gurgites Exstare fucum, et sæpe virgulti vice Retinere puppim.' *Sanguineum* Virgil. Ciri : ' Horrida sanguineo pinguntur prælia fuco.' Sic *Claud.*

enim scribendum puto, cum in antiquis editionibus sit, *succo*, unde *cocco* fecerunt. *Tenarium fucum* Val. Flacc. lib. i. Staius Propemptico Metii Celeris: 'Quo pretiosa Tyros rubeat, quo purpura fuco Sidoniis iterata cadis:' sic scribendum jam alii, puto, viderunt. Hinc et *fucare*, pro quo *fuscare* sæpe perperam legitur, ut dicemus ad lib. ii. de Rapt. vs. 96. *D. Heins.*

208 *Picturata saturantur*] Purpureæ illæ vestes non solum tinctæ erant murice apud Romanos, sed variis etiam picturis textæ, acque pictæ: unde picturatas demum satiatis ait Claudianus. *Saturantur*, ad iterationem coloris. *Barth.*

209 *Prati viva voluptas*] Vivum est et perhibetur omne quod nativum est, neque alieno fuco inquinatur, aut mutatur a natura sua. Marius Victor ad Salmoneum: 'Cui fratrum ad requiem frondosæ vitis in antro Herbi- da cespitibus sunt structa sedilia vivis.' *Idem.*

210 *Ingenio variata suo*] Naturali venustate. Sic Petronius: 'crines ingenio flexi.' *Idem.*

211 *Mollis panditur herba*] Tenax gramen scitissime ob summam in eo cubandi voluptatem vocat Horat. Od. ii. Epodon. Et otia ista nimium Philosophice *dia* omnino Lucretius, lib. v. de tibia pastorali: 'Avia per nemora ac silvas saltusque reperta, Per loca pastorum deserta atque otia dia.' Talia strata vel ad sedendum vel ad cubandum feliciora habentur, a veris Philosophis, omnibus thoris fortunatorum hominum. *Idem.*

212 *Sollicitum*] Procul omnibus anxietatibus, curis, sollicitudinibus, animus compositus ad veram Sapientiam, summa est felicitas. *Idem.*

213 *Turba salutantum*] Ambitu, comitatu, et salutantium agminibus contenditur apud Tacitum: at in pectore amicus, non in atrio. *Salve* aut *Ave* matutinum est, *Vale*, vesperti-

num, ut probant Martial. et Suet. Et hunc cultum ambitio miserorum mortalium in numeros absolvendæ Felicitatis referebat. *Idem.*

214 *Avium cantus*] Maxima accessio voluptatis in animo soluto curis et ad quietem composito.

*Labentis murmura rivi*] Horatius: 'Labuntur altis interim ripis aquæ, Queruntur in silvis aves.' *Barth.*

215 *Vivitur exiguo melius*] Hic jam summa quapiam omnia comprehendit: veram vitæ voluptatem in parvo esse et secundum Naturam, cætera ludibria mentis humanæ rapere eam variis illecebris ad inania deliramenta. Respexisse de proximo videtur ista Lucani, lib. iv.: 'o prodiga rerum Luxuries, nunquam parvo contenta paratu, Et quæditorum terra pelagoque ciborum Ambitiosa fames, et lautæ gloria mensæ, Discite quam parvo liceat producere vitam, Et quantum Natura petat,' &c.

*Beatis omnibus esse dedit*] Seneca ad Helviam, cap. 5.: 'id agit rerum natura ut ad bene vivendum non magno apparatu opus esset,' &c. Vide illum Epist. 90. quæ huic rei scripta videtur. *Barth.*

217 *Simplice cultu*] *Victu* Oxoniensis, probe: huc alludit et prim. Vaticanus in quo *vultu*. 'Victus' enim 'verbo continentur, quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini sunt necessaria,' teste Ulpiano de verb. signif. Silius lib. viii.: 'Tu campum noscas ante, exploresque trahendo, Quantum hostis victu valeat, quæ copia rerum:' sic emendo. Vulgo, *quantum hostis ritus*: prima enim editio, *ictus hostis*: liber Oxoniensis, *hostis rictus*: mox dicturus est, *eget improbus arcto Jam victu Libys*: sequenti versu *gemerent pro fremerent* Isingrin. et prim. Vatic. *D. Heins.*

218 *Classica nōn fremerent*] Horat. Epod. 'Beatus ille qui procul negotiis, &c. Non excitatur classico miles

truci.'

*Fraxinus*] Hastarum omne genus unius earum usu excellentis arboris posuit. Papinius, lib. vi.: 'belli potura cruores Fraxinus.' *Barth.*

219 *Non ventus quateret puppes*] Avaritia excogitavit maria navigiis transgredi, mercaturæ gratiæ; quam inter cassas turbatæ vitæ humanæ ponebant vel maximam veteres. *Idem.*

220 *Crescebat scelerata sitis*] Pacatus de eadem cupiditate: 'Spes inter hæc nulla prædonis explendi: nec enim, ut natura fert, copiam satietas sequebatur: crescebat indies habendi fames, et parandi rabiem parta iritabant.' Qui idem mox Charybdi comparat, ut noster supra Pelago. Ætnæ Boëthius: 'Sed sævior ignibus Ætnæ Fervens Amor ardet habendi.' *Sceleratam sitim* impiam et abhorrentem a communi vita vocat. *Idem.*

221 *Petendi*] A Principe nimirum Arcadio. *Idem.*

222 *Perjuria*] Hominem Reipublicæ in parte sibi commissa præsidemtem maxime hoc genus dedecet. *Idem.*

*Perjuria nectit Blanditiis*] Ita Aldus, et omnes scripti, uno Moreti excepto, in quo *nutrit*. Vulgo, *miscet*. Sic apud Statium, Theb. v.: 'quid longa malis exordia necto.' Lib. ix.: 'Graiiis Sidoniisque simul nectebat funera Mavors.' Lib. viii.: 'Talia nectebant, subito cum pigra tumultu Expavit domus:' ita meliores scripti, non *jactabant*. Achilleidos i. vs. 185.: 'Tum libare dapes Baccheaque munerera Chiron Orat, et attonitæ varia oblectamina nectens, Elicit extremo chelyn:' ita castigaram, quod in veteri codice deprehendissem, *attonitam varia oblectamina nectens*, cum vidi me præventum gustu Statiano Gronovii nostri. Vulgo, *attonitam vario oblectamine mulcens*: quod ferri non potest, cum *pectora mulcens* paulo ante præcessisset: sic 'nectere fraudes' Sillio, 'nectere dolos' Livio, 'nectere nefas' Val. Flacco: et similia.

Sequenti versu Oxon. et Regius *perituras*, non *perituro*: quod non displicet: neque aliter prim. Vaticanus a manu secunda. Versum proxime sequentem non immerito suspectum habet Barthius. *D. Heins.*

223 *Fœdere dextras*] Manus, ut nostris moribus hodie, sic priscis quoque seculis, fidei et amicitiae sponsionem facit. *Fœdera* hic dicit Claudianus, quia juramenta manibus datis concipiebantur. *Barth.*

224 *Semel*] Aliquando. Virgilius: 'Semel informem vasto vidisse sub antro Scyllam.' *Tanti tot signant.* *Idem.*

226 *Quæ sic Getuli jaculo*] *Getulo* legebam olim: nunc placet Bononiensis libri lectio, *gentili*. *Getulis* Rottendorphianus. Juvenal. Sat. iii. de Oronte, 'gentilia tympana secum Vexit.' Seneca Hercule Fur. 'Teramus oleæ fronde gentili tegat The-seu:' *populari* Ovidius dixisset: ut lib. vii. Met. de Cephalo: 'ramumque ferens popularis oli-væ.' Glossæ Stephani bene, *Gentilis, δημοθρῆς*. Nemesianus Cynegetico, 'Sit tibi præterea sonipes, Maurusica tellus Quem mittit, modo sit gentili sanguine firmus.' Ammianus, libro xvii.: 'Occuparunt latibula Sarmatarum, quos repentinus fefellit aspectus, gentiles lembos et remigia conspicantes.' 'Gentile fretum' Statius Surrentino Pollii: et Hercule Surrentino, 'ridetque benigna Parthenope gentile sacrum:' quia Graia Parthenope: *gentiles terræ* hominibus respectu æquoris Propemptico Metii Celeris: 'Smyrna tibi gentile solum' Pietate Etrusci; atque ita ille infinitis propemodum locis. Calpurnius, Eclog. ii. 'non gentilia poma' vocat, quæ 'adoptiva' non uno loco Ovidius, hoc est insitiva, et ex arbore in qua nascuntur originem non ducentia. 'Non minus arte mea mutabilis induit arbor Ignotas frondes et non gentilia poma.' Ita enim scribendum ex an-

tiquis libris. Vulgo *genitalia*. Illa Virgillii respexit: 'Miraturque novas frondes et non sua poma.' Imitatur Maximianus Eleg. prima, etsi diverso sensu: 'Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis Pervigil observat non sua poma draco:' quibus paria habes Anthol. τ. 20. in Caltinii Epigrammate: 'Ὀθνελοῖς ὄξοισι μετέμφυτος, ἡμεῖρα θάλλω· Οὐκ ἐμὸν ἡμετέροις κλασὶ φέρουσα βάρος. Loquitur pirus silvestris. Idem Virgil. Æn. vi. 'Quale solet silvis brumali frigore viscum Fronde virere nova, quod non sua seminat arbor:' *adultera arbusta* Manilius vocat eleganter: 'Atque arbusta vagis essent quod adultera pomis:' *ἐτεροφύτων δένδρων γενέσεις*, Juliano, Ep. xxiv. Ennodius: 'Inserit externas peregrino in cespite plantas, Advena conjunctis sociatur nexibus arbos, Truncantur stirpes, demessum falce maritat Virgultum, tenero lignum mordetur hiatu, Germine nobilitas consurgit non sua parvo.' Sed redeamus in orbitam. *D. Heins.*

*Getuli jaculo*] Getuli Leones celeberrimè *Barth.*

*Leana*] Hoc genus fœminam sæviorem mare faciunt. *Idem.*

227 *Hyrcana bellua*] Tigrim dicit, quæ nobilis de Hyrcania. Martial. 'Tigris ab Hyrcano gloria rara jugo.' *Idem.*

228 *Jurata Deorum Majestas teritur*] Prius jurat omnium numinum majestatem, deinde proculcat eam pedibus, homo vecors et impurus, nihil non lucri gratia ausus. Rufinum quasi imminutæ majestatis videtur accusare, sprevit enim Arcadium non solum, sed et memoriam retro principum, qui divorum loco post obitum habiti; quinimo Theodosii viventis parum fuit reverens, quem tamen Athalaricus Gothorum rex Deum pronuntiavit. Silius Italicus, lib. 1.: 'Juratumque Jovi fœdus, conventaque Patrum Sidonii fregere duces.' Claver. *Idem.*

229 *Nunquam reverentia mensæ*] *Nusquam* rectius libri aliquot: quod Barthius vidit. Post hæc aliquid deesse suspicor, non enim cohærent: nec Claverii lectio quicquam juvat. Paulo ante pro *raptorem partus, Parthum* Gyrald. Lucens. prim. Vatican. et sex alii: sequor. Mox *non pignora cæsi pro cæsa* prim. Vatic. *D. Heins.*

*Nusquam reverentia mensæ*] *Reverentia mensæ* jungitur divino cultui: non sane principalis, neque de Cæsaribus hic sermo, ut Claverio visum, sed proximam a Templis arisque Deorum immortalium consecrationem veterum Religio habebat in mensæ communis participatione. Itaque Rufinum invitatos ad mensam suam et numine adjurato extractos cum uxoribus et liberis tradidisse carnifici obquæstum ait. Tacitus Annal. II. 'per epulas ac vinolentiam incautum Cotyn, et postquam dolum intellexerat, sacra Regni, ejusdem familiæ Deos et hospitales mensas obtestantem catenis onerat.' Sic mensis suis Romani proceres non aliter Deorum imagines præponebant atque altaribus arisque Templorum. Sic in salis convictu habebant jus prisce, et eo illato mensam consecrari arbitrabantur. *Barth.*

230 *Non conjux, non ipse simul*] Non explent odia cæsi conjugibus liberisque mixtis in eorum sanguine miseris parentes et mariti. Non convenit hæc uni alicui adscribere cum Claverio; nam de avaritia Rufini sermo est, nefandis cædibus per orbem universum bacchante, ut satis tenor ipse sententiæ sequentis arguit. *Idem.*

231 *Odiis*] His carere landi contra dat Stilichoni, etiam in iis qui supplicium meriti: non enim sibi vindictam præstant homines cordati, sed legibus. *Idem.*

232 *Notas*] Amicos, clientes. *Egisse*, exsulatum. Vel est Græcicum *ἀγειν καὶ φέρειν*, quorum *ἀγειν* ad au-



mantium prædam, φέρειν ad rerum prædam pertinet. Junctaque hæc summam et capitalem atque immanissimam prorsus vastationem sonant, atque direptionem. *Barth.*

*Extinguere cives]* *Extinxisse* jam præcesserat. Recte ergo Barthius cum Isingrino, *excindere*: atque ita Gyrald. Lucens. prim. Vatic. et Delrii codex.

234 *Nec celeri mittit letho]* Gyrald. prim. Vatic. Isingr. et edd. quædam, cum tribus aliis scriptis, *celeri perimit letho*: nihil muto tamen. Ovid. Fast. II. 'Corpora non letho missa trecenta forent:' et lib. V. 'manus misuras Hectora letho' dixit. Statius, Theb. VII. 'quem fas dimittere letho.' Postea *cruciatum* prim. Vatic. *mox retardet quam retardat malo.* D. Heins.

*Nec perimit celeri letho]* Explicat causam sequentibus *concessaque vita dolori*. Exemplum in Tiberio, Dio lib. LVIII. Et eodem lib. 'Inter eos qui tum necati sunt, Asinius etiam Gallus fuit, cum quo vix tandem, ita enim ipse loquebatur, in gratiam redierat. Ita modo quodam inusitato efficiebat ut vita nonnullis supplicium, mors esset beneficium.' *Barth.*

237 *Parcendi rabies]* Ammian. 'Nulla crudelior sententia est ea qua parcere videtur.'

*Parcendi rabies]* Dum se, ut iis parcat, mortem differre simulat, multo sævit crudelius, quam si subito vitam evitaret, quemadmodum dixit vetus Tragædus.

*Concessaque vita dolori]* Tyrannorum ars et lætitia homines miseros, quos excarnificare omni genere dolorum volunt, a morte prohibere, ne finem accipiant optatum tormentis. *Barth.*

*Concessa dolori]* Supplicio. *Delrio.*

238 *Mors adeone parum est]* Sic Cæsar apud Salust. 'De pœna possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem non, cruciatum esse, eam

cuncta mortalium mala dissolvere, ultra neque curæ neque gaudio locum esse.' Mors optatissimum perfugium vitæ ærumnosæ. Est vero exclamatio Virgilii: 'Usque adeone mori miserum est?'

*Causis fallacibus]* Per delatores et insidiatores. Quia sub alieno Imperio erat Rufinus, et alieno id nomine moderabatur, neccendæ erant causæ ut homines innocentes in iudicium traheret, subornatis qui crimina objicerent, ut jure facultatibus spoliati videri possent. Cum autem in iudicium protracti essent, ipse Judex erat: itaque cum scirent ab illo perniciem strui, et ad causam decidendam ipsum præsidere, percelliebatur animi. *Barth.*

239 *Cætera segnis, Ad facinus velox]* Talem astutiam exosam Deo sapientissimus mortalium Salomon, Rex; Proverb. VI. testatur: 'Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus: Oculos sublimes, Linguam mendacem, Manus effundentes innoxium sanguinem, Cor machinans cogitationes pessimas, Pedes veloces ad currendum in malum,' &c. *Idem.*

240 *Penitus regione remotas Impiger ire vias]* *Regione* itaque est, habitatione omni, *οικουμένην*, remotas ab omnibus terram colentibus. *Regio* est clima cæli. Itaque Rufinum inaccesas etiam cultui mortalium loca penetrasse ducente avaritia dicit. *Regionem* notum tramitem dicere Claudianus potuit, ut Virgil. Æn. II. 'namque avia cursu Dum sequor, et nota excedo regione viarum.' *Idem.*

241 *Impiger ire vias]* Ob avaritiam. Horat. 'Impiger extremos currit mercator ad Indos.' *Idem.*

242 *Riphæos stridens Aquilone]* Aquiloni Riphæos montes et Thraciam pro domicilio consensu assignavit vetustissimorum Poëtarum chorus. Avaritiam autem nulla pericula metuere, omnia terra marique exquirere, non



uno loco lamentatur, acerrimus ejus hostis, Seneca. *Barth.*

243 *Efferat torquebant*] Supra: 'Efferat prætumido quatuebat corda furore.' Jam vero avaritiam etiam cumularat crudelitate et sanguinis siti. *Idem.*

244 *Effugeret ne quis gladios*] Gladius et ferrum idem apud JC. L. nemo potest. ff. de Reg. Jur. et qui ad ferrum damnatur, ad gladium damnari dicitur: Paulus lib. v. sent. tit. 17. et 'gladio puniri.' i. capitali sententia. L. aut damnum. princ. ff. de pœnis. Salvian. l. vii. 'gladio impudicitiam exercere.' quæ verba sunt L. quamvis 2. C. ad legem Juliam de adulteriis: neque omiserim ignominiosorem et graviolem pœnam securis, leviolem gladii: quare Caracalla, Papiniano securi percusso, lictori dixit, 'gladio meum jussum exequi oportebat.' Spartian. in eo et in Geta. Vide Juvenal. Sat. viii. fine: et Serv. ad vi. Æneid. 'Sævumque securi Aspice Torquatam.' *Dempst.*

*Ne perderet ullum*] Tanquam lucrum aliquod in cædum patratiõne habens. Ita *perdendi* verbo sæpius utuntur optimi scriptores. Statius, l. v. Silv. 'ne perderet ullum Libertas tam parva diem.' *Libido* non minus in cædibus est quam opibus aut voluptate. Arnobius: 'libidinose hominis inhiatum est cruori.'

245 *Augusto*] Arcadio.

*Non flectitur annis: Non ætate labat*] Neque juvenia neque senecta ætate furor cædisque aviditas movetur. *Barth.*

247 *Ante patrum vultus*] Hoc maximum crudelitatis exemplum Virgilianus Priamus jam moritarius non tamen abstinnit Pyrrho exprobrare: 'Dii debita reddant Præmia, qui nati coram me cernere lethum Fecisti, et patrios sædasti sanguine vultus.' Ubi atrocitatem maxime exprimit, quod, observante Servio, non de cæde sed de spectaculo querentem Pa-

trem inducit. *Idem.*

248 *Ibat grandævus nato moriente superstes*] Sceleratissimum hoc, tum sua natura, tum ideo etiam rebantur Romani, quod ordinem fatorum eum facerent, ut pater sine turbatis iis non posset ante filium obire; eumque ordinem turbari, superiorum suorum nedum hominum crimen appellabant. Papinius, l. v. Sylvar. 5. 'Nonne horridus ipsos Invidia superos injustaque Tartara pulsem? Nonne gemam te, care puer?' *Idem.*

249 *Post trabeas exul*] Consulares viros in exilium pulsos dicit, nec unum aliquem; aut de Poëta veritas Historica exigenda in unius alicujus persona. Omnes ordines, honores, omnia jura, omnia denique divina et humana conturbasse avaritiam et crudelitatem Rufini declamat.

*Post trabeas*] Defunctus consulatu. Trabea vestis regum Latii, ante Romam conditam. Pici, Æneid. vii. 'parvaque sedebat Succinctus trabea:' postea a Romulo recepta, et ad alios transmissa. Isid. xix. c. 24. Plin. l. viii. c. 48. 'Trabeis usos accipio reges.' Tertio, equitum gestamen. Valer. Max. l. ii. c. 2. Mart. l. v. Ep. 42. ideo equites, 'trabeata agmina,' dicta. Stat. lib. iv. Sil. 2. Idem lib. v. Sil. 2. 'neque sanguine certus Turmalis, trabeaque Remi:' sic enim legendum docuere viri docti: et de transvectione equitum, Pers. Sat. iii. 'Censoremque tuum, quem tu, Trabeate, salutas.' Quarto, Consulium vestis. Auson. in Consulatu suo: 'trabeam non magis auro suo, quam munere tuo, splendidam:' noster de tertio Honor. Consulatu princ. l. ii. de laudib. Stilich. 'Innumeras trabearum insignia terras Certatim petiere tibi.' I. L. in Eutrop. 'Flabella perosi Aspirant trabeis,' id est, ad Consulatum. Adde aurum trabeis intertextum. Auson. epist. xxiii. ad Paulinum: 'quos sacra Quirini Purpura et auratæ trabeæ velavit amic-

tus.' Idem in Protreptico ad Nepotem, in fine, videtur confundere cum toga picta. De auro noster de laudib. Stilichon. l. II. 'graves auro trabeas, insigne Minervæ Spirat opus:' adde et gemmas insertas, ex nostro de VI. Honorii Consulatu: 'Membraque gemmato trabæ viridantia cinctu.' *Dempst.*

*Tanta*] Tot: ait omnia verba minora esse tantis totque sceleribus. Plautus Amphitr. 'ita tanta mira in ædibus sunt facta.'

251 *Immanes*] Vide Macrobius, l. I. Saturn. c. 3. Tacitus de Caligula, l. VI. 'immanem animum subdola modestia tegens.' *Barth.*

252 *Vel Sinis*] Scinis arbores in terram vi premebat infixas, quibus impositi homines, brachiis arborum sursum nitentibus, crudelissime discerpebantur. Plutarch. Theseo. Ovid. Metam. l. VII. Fab. 23. Senec. Hippolyt. act. v. scen. 1. vs. 1164. 'membra quis sævus Scinis, Aut quis Procrustes sparsit?' Immanissimis ergo Tyrannis sæviorem facit Rufinum, Scini, Scirone, Phalari, &c. de Syllæ etiam feritate multa Senec. lib. v. de benef. c. 16. et l. I. de Clement. c. 12. Valer. Florus, et inter poetas Lucanus, l. II. 'Gnati maduere paterno sanguine,' &c. Illud vero superat fidem, quod non tantum in hostes sæviit, sed et occisorum filios e repub. submovit. Senec. l. II. de Ira, c. 34. *Dempst.*

*Sinis Isthmiaca pinu*] De Sini autem seu Scini hoc Pausanias Corinthiacis: 'In prima Isthmi fronte locus est ubi Sinis latro curvatis ad terram diversarum picearum ramis ad eos quos pugnando vicisset arctis utrinque vinculis alligabat, ut cum in suam naturam arbores rediissent, miserabilem illi in modum distraherentur: quo ipse Sinis postea supplicii genere a Theseo affectus est.'

*Rupe profunda Sciron*] De hoc Latrone idem Pausanias Atticis: 'Nam alia saxa quæ Moluridi adjacent infa-

mia et conscelerata putant, quod cum ea accoleret Sciron, inde quoscunque nactus esset hospites, in mare detrunderet; eos vero adnatans marina testudo conficere dicebatur. Sed Sciron eodem postea mortis genere scelus luit, in idem mare projectus a Theseo.' Virgilius in Ceiri: 'Præterit abruptas Scironis protenus arces, Infestumque suis dira testudinis exit Spelæum, multoque cruentas hospite cauteis.' *Barth.*

253 *Sciron*] Consule si lubet Diodorum lib. v. Pausaniam in Attica, Plutarchum in Theseo, et Ovid. Met. VII. qui crudelia tetri latronis facinora recensent. *Delrio.*

*Vel Phalaris tauro*] Norunt omnes hæc portenta. *Barth.*

255 *Spartace, lenis*] Gladiatorum emotor, vir fortissimus, inter exempla quoque crudelitatis refertur. *Idem.*

256 *Dejecerat amens*] Sic meliores libri præter primum Vaticanum, non omnes, quod glossema: *amentem metum* simili modo Lucanus, lib. I. dixit. Paulo ante Mediceus unus eleganter: 'O mites Diomedis equos, Busiridis aras.' *D. Heins.*

*Dejecerat omnes*] Omnes dejecti erant, quia versutiam belluæ norant, occultissime odia sua gerentis, ne in herba perirent aliquando, aut cavere possent quia exitio destinabantur. *Barth.*

257 *Tacitique sepultos Suspirant gemitus*] Oppressa libertate, nulli sermones, ne gemitus quidem concessi sunt aperti. Claudian. lib. II. hujus operis, vs. 86. 'Quis populi tunc vultus erat, quæ murmura furtim? Nam miseris nec flere quidem aut lenire dolorem Colloquiis impune licet.' Tacitus, Ann. VI. 'Ne fæminæ quidem exsortes periculi; quæ occupandæ Reipublicæ argui non poterant, ob lacrymas incusabantur; necataque est anus Vitia Fufii Gemini mater, quod filii necem flevisset.' *Idem.*

*Tacitique sepultos*] Ore conclusos, neque inde in auras prodeuntes. *Delirio*.

258 *Indignarique verentur*] Metu delatorum. Metus enim malæ necis tormentorumque instantium lætitiā fingere cogit. Cæterum elegantissima etiam scriptura est, quam in nostro Codice reperio, *indignarique*. Cum intus in imo pectore indignati fuerint, circumspiciunt et verentur ne quis sit intimarum etiam cogitationum delator. *Barth.*

*Indignarique verentur*] *Indignarique* in nonnullis codicibus: quod cur placuerit Barthio, causam non video. *D. Heins.*

259 *At non magnanimi*] Estque hæc transgressio ducta ex Lucano, lib. II. vs. 234. 'At non magnanimi percussit pectora Bruti Terror, et in tanta pavidi formidine motus Pars populi lugentis erat.' *Barth.*

*Virtus Stilichonis*] Hunc belli ducem toto orbe clarissimum, cujus fidei commissus erat Oriens et Occidens ex ultima Theodosii voluntate, cujus sub quasi tutela juvenculi Imp. fuerant, multi in crimen vocavere. *Claver.*

260 *Solus medioque in turbine rerum*] *Medio solus sed turbine rerum* Aldus et scripti quidam: prim. Vatican. *solus medio sed*. Alii *medio sese*. Primæ editiones, *sese medio sed turbine*. Lucensis *solus medio de*. Gyrard, *sese medio de*: legendum opinor, *solus medio qui turbine rerum*. Barthius vulgatum tuetur, nisi quod distinguit post τὸ metu: mox *contra pestiferos rictus*, non *lethiferos*, primus Vaticanus pro diversa lectione. *D. Heins.*

*Turbine rerum*] Bello, aut infortunio publico. Sic *turbide agere* est cum tumultu et offensione pacis publicæ. *Barth.*

262 *Feram*] Ob avaritiæ ingluviem. *Idem.*

*Volucris*] Non adjutus monstrosus equis aut portentis, ut Deorum natos

fingunt Poëtæ. Contra omnes antiquos Heroas Stilichonem laudat, et ita non semel alibi. *Idem.*

265 *Turris erat*] Perfugii locus tutus: Rex Psalmographus, Psal. LX.

*Porrectus*] Vibratus, extensus. *Barth.*

266 *Adversa que signa furori*] Lucens. Oxon. et Ambrosianum unum secuti sumus cum primo Vatic. *Vulgo regna*: alibi dixit, *signa deis adversa*. Putean. *tela*: unus Petav. *adversa hic signa*. *D. Heins.*

268 *Hærebat*] Opposita immobili mole. Sic alibi 'nullis Victoria nodis Hæsit.'

269 *Hiberno tumidus cum vertice*] Nec tamen ego montem aliquem hibernum dici sed fluvium existimo, et Claudiani scripturam esse *vertice*: χεῖμαρρος enim ποταμὸς Græcorum describitur, torrens hiberna glacie et concursu nivalium aquarum auctus.

*Vertice torrens*] Ita scribendum, non *vertice*, monent Grammatici: nec aliter libri meliores.

271 *Frangitur objectu scopuli*] Ex illo Virgilii: 'objectu laterum, quibus omnis ab alto Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.'

272 *Illisa montem circumtonat unda*] *Elisa montem circumtonat* pri. Vaticanus: cave *circumsonat* admittas, quod in multis veterum: mox *humeros subjeceris* Pricæannus, non *objeceris*. *D. Heins.*

274 *Tuos humeros*] Pariter primo Stilichoniarum: 'Aucipites rerum ruituro culmine lapsus Æquali ceruice subis.' *Barth.*

275 *Ceu sidus dulce*] Sidus dulce est Castor et Pollux: auspiciū navigantibus desideratum, quod vulgatissimum est. Hinc Horat. 'quorum simul alba nautis stella refulsit, De fluit saxis agitata humor, Concidunt venti,' &c. At ego puto posse exponi de Helena, licet Solin. Polyhist. c. 4. perniciosissimum navigantibus sidus Heleues' vocet: et Plin. II. 37. 'di-

ram ac minacem stellam: quod ex iis observavit Natal. Com. VIII. 9. tamen Eurip. in Oreste contra sentit, cujus locum vide apud Muret. in var. lect. VI. 12. *ναυρίλοις σωτήριος, salutaris nautis*. Comparat ergo Rempub. navi: ut Horat. lib. I. Od. 14. Rufinum tempestati; Stilichonem, Castoribus, aut Helenæ. *Dempst.*

276 *Ostendere Dei*] Ostendi est subito a Diis adferri. Ut de Marcello Virgilius: 'Ostendent terris hunc tantum fata.'

*Geminis quæ lapsa procellis*] Lapsabunda. Simile de duabus tempestatibus navem concutientibus legitur in Themistio. *Cæca* significat obscuram, non videndam. *Barth.*

*Geminis quæ lassata procellis*] Vulgo *lapsa*. Unde *quassa* olim legebam: ut *quassa rates* apud Horatium: 'Quassas eripiunt æquoribus rates:' et apud Statium, 'blandamque quietem intravit non quassa ratis:' utque passim poetæ. Nunc quatuor scriptos sequor et Barthii conjecturam, cum primo Vaticano: ipse tamen Barthius conjecturam hanc secundis curis videtur damnassee, cum ejus non meminisset. Stat. Theb. I. 'lassatisque diu tamen aura superstes immoritur velis.' *D. Heins.*

*Geminis procellis*] Fortasse undarum et venti. *Delrio.*

278 *Inachus*] Inachi nepos. Fabulam eleganter doctis versibus Manilius expressit, ut et Ovid. *Idem.*

279 *Pecus*] Omnia marina monstra pecori Neptuni adscribebant, et iis pastorem Protheum. Horatius de diluvio: 'Omne cum Protheus pecus egit altos visere montes.' Etiam monstrosos plerosque homines eo natos. Gellius, xv. 21. Fabula Persei apud Higynum, c. 64. Apollodorum, lib. II. Ovid. lib. IX. *Barth.*

280 *Rigida*] Ab effectu quod obrigescebant in Lapides qui eam intuebantur. *Idem.*

282 *Suspensæ virginis*] Suspensio-

nem autem elegantissime descripsit Manilius, cum dixit: 'Et cruce virginæ moritura puella pependit.' Velut in patibulo expansa. *Idem.*

*Egit*] Adegit. *Idem.*

*Suspensæ virginis*] Andromedis, sen, ut nonnullis placet, sospes, quæ non cum monstro marino esset exposita; sed demum interempto ceto, liberata, Persei conjunx fuit. *Delrio.*

283 *Taceat*] Sic Panegyrico Probinii et Olybrii: 'Taceat Nereida nuptam Peleus.' *Barth.*

284 *Actus*] Nobilia et memoria digna gesta. Lucanus, lib. V. 'licet ingentes abruperit actus Festinata dies fati.' *Idem.*

285 *Cleonæum leonem*] Ad Cleonas erat Leo ille famosissimus, inter Labores Herculis non postremus. Apollodorus breviter omnia enarrat, libro II.

286 *Arcadiæ aper*] Erymanthæus. Est autem mons Arcadiæ Erymanthus. *Barth.*

287 *Compressa matre rebellis*] Raphaelengius cum viro incomparabili, *compressa*: nulla opus mutatione: post terram enim a se tactam pressamque vires Antæus recolligebat: obstat præterea membranarum auctoritas. *D. Heins.*

*Compressa matre rebellis*] Late hanc fabulam exsequitur Lucanus, ut velut dedita opera eam describens lib. IV. Albericus barbaro ævo satis argutus Mythologus: 'Antæus erat Gigas filius Terræ, cui mater concesserat ut quoties terræ prostratus occumberet, viribus duplicatis exsurgeret. Cum hoc Hercules pugnans in lucta, eumque bis prosternens, comperit illum exsurgere fortiorem. Unde illum brachiis apprehendens elevatum a terra constrinxit ad pectus, et tamdiu tenuit suspensum donec deficiens exspiraret.' *Barth.*

289 *Fulmineo*] Ignivomo: de quo legitur: 'Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus,' &c. *Delrio.*

*Resonabat Creta*] Celebrabatur, famosa erat. Virgil. lib. vii. 'Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu.' *Barth.*

292 *Latia quicquid ditione subactum Vixit*] Videri vult omnia viva subdita Romanæ ditioni esse. Quamvis enim rem aliter se habere scirent, ita tamen loquebantur. *Idem.*

293 *Primis Ganges horrebat Iberis*] Occidentem primum vocat a dignitate Romani Imperii, cujus sedes illic vetustissima. Sic Primum Occidentem non loco sed auctoritate dicit. Nam alioqui prior Oriens, ut Virgil. de *Aenea*: 'Arma virumque cano Trojæ qui primus ab oris.' *Idem.*

*Et a primis, &c.*] Quotquot eum sinum terræ incolunt, qui ab initio Orientis ad Occidentis usque finem porrigitur. *Delrio.*

294 *Hoc neque Geryones*] Non *Geryon*: recte *Raphelengius*: et confirmat primus *Vatican.* et prima editio. *Geryon* quidem bis *Seneca* dixit in *Tragædiis*, sed secunda syllaba correpta: *æquabant* etiam ex primo *Vaticano* aliisque nonnullis, non *æquabat* legendum. *D. Heins.*

*Turbidus Orci Janitor*] *Cerberus* extractus inter labores *Herculis*. Virgil. lib. viii. 'Te *Stygii* tremuere lacus, te *janitor Orci*.' *Barth.*

296 *Vis Hydræ*] Id est, *Hydra* ipsa. Collectio in unum versum pluribus modo narratorum. Et hæc modo suo constricta, orationem magnificam non dedecet. Estque ita aliquoties a nostro Poëta cum gratia usurpata. *Idem.*

*Scyllæque fames*] *Canes Regius* et *Oxon.* placet. Nota de *Scyllæ* canibus fabula, quorum meminisse plerumque poëtæ solent, quoties *Scyllæ* meminerunt: noster lib. i. in *Eutrop.* 'Scylla novos mirata canes.' *Laude Serenæ*, 'quot stagna *Charybdis* *Armarit*, quot *Scylla* canes.' *Silius*, l. v. 'Scylla super sævosque canum pandebat hiatus.' Lib. xiv. 'Scyllæi

tacere canes.' Ovid. *Fast.* iv. 'Et vos *Scyllæi* naufraga monstra canes:' atque ita alii.

297 *Sed moribus impar*] Nemo hoc nesciat dispares mores esse vitiorum atque virtutum; *Lucanus*, lib. ix. 'Tunc respicit omnes In cætu motuque viros.' Et sane non de moribus, sed de pugna contrariarum inter se partium loquitur Poëta. *Sublime* autem certamen dixit quod ad clavos *Reip.* gereretur, omnium animis in eventum arrectis, et gloriosum, celebre, notat. *Horat.* 'Sublimi feriam sidera vertice.'

*Sed moribus impar Virtutum scelerumque fuit*] Tres scripti motibus: quod *Barthius* amplexus est: nil mutato: mores invidiae apud *Martialem*: mores æquoris: de quibus erudite *Gronovius* *Diatribes* *Statianæ*, c. 29. *D. Heins.*

301 *Infecto cælo*] *Aëre*. *Lucret.* lib. vi. 'mortifer æstus *Aëris* emensus spatium camposque natantes.'

302 *Primos pecudum depascitur artus*] Ita meliores scripti: non primo: lib. i. in *Eutrop.* 'rebus *Eois* Exitium primoque sibi produxit.' lib. ii. in *Stilich.* 'primam scelerum matrem tridis *Avaritiam*:' sic utroque loco cum membranis legendum. Virgil. lib. vi. 'primam qui legibus urbem Fundabit.' Ita citant *Grammatici*, et *Spartianus* in vita *Hadriani*, non primo: nec aliter illic optimus *Mediceus*. *Silius*, lib. x. 'Jam maria ac terras primamque invaserat urbem.' *Cicero* *Philipp.* ii. 'ut eum primum nomine ex illius temporis consularibus: non primo, optimæ membranæ. *D. Heins.*

303 *Urbesque rapit*] *Habitatores*. *Barth.*

*Ventisque perustis*] *Venisque* excerpta *Pomponii Læti*: quale mendum ex *Nasone* sustulimus *Met.* vii. 557. hoc loco tamen nil mutari placet. *D. Heins.*

305 *Avidus prædo*] *Symmachus*,



lib. iv. Ep. 14. *Barth.*

307 *Ardent prosternere vires*] Sic scripti omnes, non *audent*. Stautius; 'Sternere, ferre domos ardent:' amat valde noster id verbum: alibi de leonibus, 'alacres ardent cum sternere tauros:' sic *calent prosternere* de leonibus in simili comparatione Epistola deprecatoria ad Hadrianum: 'Quæ stravisse calent, eadem prostrata relinquunt.' Ita enim illic loci monebitur in optimis membranæ extare: *flagrant elidere*, lib. ii. in Rufinum, vs. 437. præeuntibus priscis exemplaribus castigavi. Silius, lib. iv. 'Marte probare genus factisque Lacona parentem Ardebant.' Noster libro proximo, 'Illyricis ardet succurrere damnis.' Apud Virgil. *Æn.* xi. 895. 'primæque mori pro mœnibus ardent.' Ita optimæ membranæ, cum pari modo *audent* illic etiam loci in vulgatis libris circumferatur: sequenti versu pro *Jam gentes, Jamque Getas* Gyrald. ac Lucens. cum Pricæano et Læti excerptis: et pro *receptat*, nonnulli *relentat*: nihil muta. Laudib. Serenæ: 'gentes quas fœdere Roma recepit.' *D. Heins.*

308 *Gentes*] Alienos ab Imperio Romano, Barbaros.

*Gentes Istrumque movet*] Propter Rhadagaisum Scytham hoc dicit, qui a Rufino cum cc. millibus Scytharum et Gothorum in Italiam excitus venit. Orosius, vii. 37. Is autem Radagaisus a Stilichone exercitu deleto captus est; Rufinus autem tum jam receperat meritas pœnas, ad urbis CP. obtruncatus.

*Receptat*] Recipit. More Poëtarum. Virg. l. x. 'hastamque receptat Ossibus hærentem.' *Barth.*

310 *Descendit*] Daciam montanam innuit. Et omnis iste tractus Getis, Dacis, Tauriscis, Thracibus, quondam cultus, montibus præaltis habitatus. Vide Strabonem, l. vii. Plin. iv. 12.

*Mixtis*] Unus enim jam dum Plinii ætate idemque populus erat. *Barth.*

*Mixtis Dacis*] Daci, populi Septentrionales, Gothis vicini. Isid. xxiv. 4. sub Arcadio et Honorio AA. parebant Romanis, tamen sub Augusto nondum victi. ii. Georg. 'Aut conjurato descendens Dacus ab Istro:' quare et idem Augustus expeditionem in Dacos meditatus est. Sueton. in eo cap. 8. Flor. l. iv. c. 12. Idem aut rebelles sub Nerone, aut nondum subacti. Senec. Thyeste Act. iii. in choro: et qui sub eodem scripsit Senec. epist. 71. fine: ut *bellicosos* eos celebrat: neque enim puto *Dahas* legendum. Dacos non superavit, sed tentavit tantum Domitianus, licet aduletur Stat. lib. i. Thebaid. princ. 'et conjurato dejectos vertice Dacos.' Veruntamen a Trajano primum domitos, præter historicos, noster de vi. Cons. Honor. 'Dacia bellipotens quum fregerit Ulpus arma:' deque his idem triumphavit: de vi. Cons. Hon. 'Alta quod invectus stratis capitolia Dacis.' *Dempst.*

311 *Cornipedes in pocula vulnerat*] Omnium fere Thraciæ Scythiæque gentium apud Poëtas consuetudo sanguine equino lacti mixto pro potu uti. De Massagetis pariter Seneca *Œdipo*: 'Lactea Massagetis qui pocula sanguine miscet.' *Barth.*

312 *Patriamque bibens Mæotin Alanus*] Quidam scripti, *patriumque bibens Mæotis Orontem*: ut Mæotides fœminas intelligat: quomodo apud Senecam Troad. *Tanaitis et Mæotis*: et Ovid. 'Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis:' sed nihil illis cum Oronte: proba igitur vulgata lectio: at Lucensis liber pro *patriamque, cæsamque*: optime. Stautii illa respexit Theb. xii. 'Et tristes ducuntur equi truncæque bipennes, Quis nemora et solidam Mæotida cædere suetæ:' *solidam*, glacie concretam. Noster infra lib. ii. 'per terga ferocis Danubii solidata ruunt:' *frangere* lib. ii. de Raptu dixit: ut hic *cædere*: 'seu forte rigentem Thermodontiaca Ta-



naïn fregere bipenni.' Sidonius Panegyrico Majoriani: 'Ligerimque bipenni Excisum per frusta bibit.' Idem Panegyrico Aviti, 'flavus in pocula, fracte Sicambris, Rhene tumens:' sic et apud Statium Protreptico Crispini: 'Rheni fracta natabis Flumina.' *D. Heins.*

*Mæotin Alanus*] Josephus, lib. vii. Halos. c. 27. Egesipp. lib. v. cap. 50. 'Per idem tempus Alani gens fera et diu nostris ignota, quod interiorum locorum difficultate et clastro portæ ferrea, quam Magnus Alexander prærupto Tauri Montis imposuit iugo, cum cæteris feris et indomitis introrsum gentibus cohibebantur. Incolebant Scythicum Tanaim, finitimasque ejus et Mæotidis paludes, velut quodam carcere clausi memorati Regis ingenio ut suas terras exerceant, alienas non incursarent.' Bellica autem laus hujus gentis celebratur a Claudiano nostro alibi non uno loco; quo refero quod Marius Victor canit ad Salmoneum celeritatem ejus laudans: 'si quid vastavit Sarmata, si quid Vandalus incendit, veloxque abduxit Alanus.'

313 *Gaudet pinxisse Gelonus*] Vibius Sequester: 'Geloni Thraciæ populi picti corporis parte.' Virgilius Georg. ii. 'Eoasque domos Arabum, pictosque Gelonos:' Servius, 'Stigmata habentes.' Et id clare ei genti peculiare facit Claudianus. *Barth.*

314 *Rufino collecta manus*] *Collata* Isingrin. et decem ex nostris. Lucan. lib. i. 'Ipsam omne auxilium collataque signa ferentem, Nec qualem meminere vident:' noster bello Gildonico: 'Qui stetit, æquatur campo, collataque nescit Majestatem acies.' *D. Heins.*

*Rufino collecta manus*] Contra Stilichonem pro Honorio Orientem recipere cupientem, Zosimus, lib. v. narrat omnia quæ huc faciunt. Nam multitudinem Barbarorum illam immensam Rufinus excivisse scribitur,

licet mors ejus adventum hujus præverterit.

315 *Innectitque moras*] Idem hoc de Alarico objicitur vel imputatur Stilichoni ab Orosio et ejus asseclis Chronologis. Me si quis sententiam roget, dicam non credere. Non occidit Alaricum, non delevit ejus copias, ais, cum posset? Sane prudenter. Et contra Rufinum enim, et contra Constantinum, tyrannos, irrumpentesque barbaros, eo uti volebat; quod consilium ejus clare apparet ex Zosimo. Cum enim omnes fere suaderent bello Alaricum persequi, ille data pecunia placandum dixit, cum Radagaisum modo delevisset. Quo fine? Ut molitionibus ineptorum hominum, Rufino et Eutropio succedentium in Arcadio moderando, obviam iret, utque Constantinum jam Arelate regnantem eo misso provincia expelleret, et hoc quidem urgebat cum extrema pericula illum felicitati suæ exemerunt. Eucherio, ais, imperium parabat. Minime vero, cum et hostis ipsius Zosimus testetur nunquam Tribuni Notariorum dignitatem illi altiorem indulsisse, unde sane ad Imperium nullus omnino gradus erat. *Barth.*

316 *Geticas stravisset dextra cætervas*] Sic Lucensis: vulgo *dextera turmas*: infra lib. ii. 'Geticis Europa catervis Ludibrio prædæque datur:' in Epigrammat. 'Sic Geticas ultrix feriat rhomphæa cætervas.' *D. Heins.*

317 *Ulla Ducis socii lethum*] Est *Promotus*, de quo hic sermo, Dux reipublicæ utilissimus, scelere Rufini impactum colaphum ulciscens, interceptus, non aliter quam Drusus postquam alapam duxisset Sejano, ut scribit Tacit. Annal. iv. Ejus historiam habes apud Zosim. lib. iv. 'Ex iis autem quibus erant commissi magistratus summo apud Theodosium loco erat Rufinus,' &c. *Barth.*

321 *Hunnorum laturus opem*] Ita meliores constanter; quidam *ablatus*

rus vel allaturus: quos nollem audiisset Barthius: nam *ferre* et pro *auferre* et pro *afferre* frequenter ponitur. *D. Heins.*

*Hunorum allaturus]* Hunnos enim accersisse Rufinum, rebus Getarum Stilichonis victoria accisis, dicit, an ex communi fama nescio; certe cum Rufinus occideretur non longe aberant. Hunnorum militia tum apud Romanos magni aestimabatur, Stilicho enim ipse armigeros ex iis lectos habebat. *Zosim. lib. v.*

322 *Mox se conjungere]* Coniuncturos esse. Est figura commutati temporis in sermone, qualis auctoribus optimis familiaris.

*Invisis]* Principi, Reique Romanæ, quibus illudebat Proditor imperii. *Barth.*

*Conjungere castris]* *Dextris* Moreti prior: quomodo et infra lib. II. milites vocat: 'tradisne tuas, dux optime, dextras?' sed *ad dextra* paulo ante præcesserat. *D. Heins.*

323 *Est genus extremos]* Hunnorum descriptio hæc videtur esse eruditis. *Ammian. l. XXXI.* 'Hunnorum gens monumentis veterum leviter nota ultra paludes Mæoticas glaciale Oceanium accolens omnem modum feritatis excedit,' &c.

*Scythiæ vergentis in ortus]* Ex illis tractibus notissimum plerasque omnes eas gentes venisse, quæ Romanum Imperium pessumdederunt, Gothos, Alanos, Herulos, Gepidos, Hunnos, Gothunos, Caycos, et magnam vim aliarum, quarum ipsa etiam nomina Romano ori portentosa sint. *Barth.*

324 *Quo non famosius ullum]* Ita scripti omnes, prim. Vatic. et Pricæano exceptis, qui *animosius*. *Mazarin. violentius.* Vulgo, *deformius*: mox *turpes habitus*, non *tristes*, quatuor vterrim: cur *turpes habitus*, addit causam illis, *frontemque secari Ludus*: sic enim optime Lucensis et primus Vaticanus cum Isingriniano: alii multi ex melioribus *frontemque secare proxime verum*: nonnulli cum vulga-

*tis fratresque necare, vel fratremque secare*: noster bello Get. de Alanis: 'rescissaque contis Gloria fœdati splendet jactantior oris:' quæ illic vera lectio: ut nihil omnino causæ sit, cur hoc loco de vera lectione dubitet Barthius. Recte ergo *turpes habitus*, cum nihil æque probrosum apud Romanos haberetur, quam facies stigmatate notata, quæ delatorum olim ac calumniatorum pœna, et servus propria: notus iste barbarorum mos: sed nec recte codices quidam mox pro *occisos pulchrum jurare parentes*, præferunt *jugulare*. Per manes parentum jurare pulchrum iis, quos tamen ipsi occiderant. Alaricus bello Getico: 'Non ita dii Getici faxint manesque parentum.' Patres senio oppressos ac viribus defectos a liberis occisos notum: qua de re capiendus et emendandus Val. Flaccus, l. VI. 'Aut mecum mediam, juvenes, agite ite per urbem Argolicamque manum, aut charis occumbite natis:' sic recte veterrimus Vaticanus, et Carrionis liber: quod ille non intellexit. Vulgo, *aut claris occumbite factis*: ante dixerat: 'Magnanimis mos ductus avis, haud signia mortis Jura pati, charæ sed dextra occumbere prolis.'

325 *Obscenaque visu]* Talium enim obviæ facies pro malo omine habebantur. Priore in Eutropium: 'cum pallida nudis Ossibus horrorem dominis præberet imago Decolor et macies occursu læderet omnes,' &c. *Barth.*

326 *Nunquam cessura labori]* *Ammianus, l. XXXI. legendus. Idem.*

327 *Vitanda Ceres]* Velut ex lege quapiam. Radicibus enim tantum herbarum, et semicruda cujusvis pecoris carne vescebantur, ut ex *Ammiano* retulimus.

*Fratresque necare]* Itaque et Aldus. Belgæ Quatuor, connumerato *Deliriano Ms. frontemque secare*. Ego vero minimo minus probo; quorsum enim *frous secta* criminis immanissimi loco

componatur parricidio, juramento quopiam jactato? Frustra autem hæc Claudiani ad Historicam veritatem exigas; cum enim fecte pleraque Rufini facinora exaggeret, et hostes ab eodem Romano Imperio inductos, quam maxime atroces potest, describit. Potest et τὸ *secare* retineri, quod Poëtice valet *occidere*. Barth.

328 *Ludus*] Ludus erat, formula loquendi nota Maroni, *Æn.* ix. 'flectere ludus equos.' Sidon. Apollin. *Carm.* v. 'Clypeosque rotare Ludus.' *Carm.* vii. 'albentes niveo sub pectore lunas Frangere ludus erat:' et nostro de *III. Cons. Hon.* 'regumque feroces Exuviae tibi ludus erant.' De laudib. *Serenæ*: 'Veterum tibi carmina vatum Ludus erant.' *Dempst.*

*Jurare parentes*] Solenne jusjurandum concipiebatur per defunctorum umbras: *Lucan.* de *Pompeio*, lib. ix. 'per quem nunquam jurare pudebit.' *Ovid.* *Fast.* ii. 'Perque tuos manes, qui mihi numen erant.' *Stat.* v. *Thebaid.* 'Jam ponere manibus aras Concessum, et multum cineres jurare sepultos:' qui ritus profluxit a *Spartanis* ex *Demosthene*. *Quintil.* ix. 11. et exemplum notissimum exstat apud *Athen.* xii. 10. *Idem.*

329 *Nec plus nubigenas*] Non ipsi, ait, *Centauri* arctius natura juncti equis erant quam *Hunnorum* gens assuetudine equitandi. Curabant *Hunni* omnia negotia equis insidentes, et vix stare firmiter solo poterant. *Ammianus*, lib. xxxi. *Barth.*

*Natura bimembres*] Sic ex suo libro *Claverius*. Vulgo, *biformes*: parum refert. *IV. Cons. Hon.* 'non ipsi poterunt æquare bimembres.' *D. Heins.*

331 *Mobilitas*] Celeritas. *Insuperatique recursus*] *Zosimus*, libro iv. *Barth.*

332 *Spumantis ad Hebrî*] Alludit doctissimus Poëta turbines et volutiones crebras hujus fluvii, ob quas, antea quam *Hebrus* *Cassandri* Regis filius patrem falsa novercæ accusatione cædem intentantem fugiens, in

eo periret, *Rhombus* vocabatur. *Idem.*

333 *Ante tubas ferrumque precatus*] Quatuor veterrimi, *Isingr. Gyrald.* *Lucens.* prim. *Vatican.* cum *Puteaneo*, *aciemque precatus*. *Vulgatam* lectionem *Statius* tuetur *Theb.* vi: 'Primitias egomet lacrymarum et cædis acerbæ Ante tubas ferrumque tuli.' *D. Heins.*

*Ante tubas*] Antequam tubæ occinerent, ferrumque expeditur. *Detrio.*

334 *Nubifero seu tu procumbis in Hæmo*] Propter altitudinem, qua quidem omnes ejus regionis montes excellit *Hæmus*, proximo *Rhodope*, ut auctor est *Strabo*, lib. vii. *Procumbere* autem ibi *Martem* et habitare facit propter perpetua bella quibus inter se gentes illæ digladiabantur. Inde *Lucanus* 'æterni Martis Alanos' dixit. *Barth.*

335 *Canagelu Rhodope*] *Mons Thraciæ*, nivibus diu servati: nobilis in scriptoribus.

*Remige Medo Sollicitatus Athos*] Quomodo autem *Xerxes* *Persa* effosso *Atho* ex continentem tenentibus urbibus insulas fecerit, ipsumque montem remige sollicitaverit, lege apud *Herodotum*, *Diodorum Siculam*, lib. xi. Hoc facinus cum *Græca* vanitate in immensum augetur, tanquam rem maximam celebrare cæperunt et incredibilem Poëtæ, ut et alii scriptores. *Virgilius* *Culice*: 'Non perfossus *Athos*, nec magno vincula ponto Jacta, meo quærent jam sera volumine famam.' *Juvenalis*, *Sat.* x. 'creditur olim Velificatus *Athos*, et quicquid *Græcia* mendax *Audet* in *Historia*.' *Barth.*

336 *Nigris ilicibus*] *Opacis*. *Virgil.* de ramo aureo: 'Talis erat species auri frondentis opacæ *Ilice*.' Vel, *nigris*, quia, *Theophrasto* teste, *ilices* nigram medullam habent, lib. i. de *hist. plant.* cap. 9. *Detrio.*

337 *Pangæa*] *Vibius Sequester*: 'Pangæus *Thraciæ* et *Macedoniæ* mons.'

*Accingere mecum*] *Socium* enim *Sti-*

lichonem Marti dat in proffigandis hostibus, ad felicitatem indicandam. Infra: 'Hinc Stilicho turmas, illinc Gradivus agebant.'

338 *Thracas defende tuos*] Thracia fertilis Heroum ora, ut ab Sidonio appellatur. Marti proprium a scriptoribus dedicata erat, utpote hominum præ cæteris animosorum mater, ut scribit Niceforus Callisti, xi. 14. Manil. lib. iv. 'Thrace Martem sortita colonam.' *Barth.*

339 *Vestita spoliis donabere quercu*] Tropæum innuit, qualia Marti post victoriam e quercu erigebant qui hostem pepulissent. Virgil. lib. xi. 'Ingentem quercum decisis undique ramis Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma, Mezenti ducis exuvias; tibi, magne, tropæum, Bellipotens; aptat roranteis sanguine cristas,' &c.

*Vestita*] Tecta, induta. *Barth.*

*Quercu*] Trophæo.

340 *Pater*] Ex Romanorum persona loquitur. Erynna Lesbia: *Χαίρε μοι Ῥώμα θυγάτηρ Ἄργος.*

*Scopulisque nivalibus anni*] Inibi habitatio Martis. Papinius, lib. vii. 'Hic steriles delubra notat Mavortia silvas, Horrescitque tuens, ubi mille furoribus illi Cingitur adverso domus immansueta sub Æmo,' &c. *Barth.*

341 *Hortatur celeres clamore ministros*] *Celeri clamore* prim. Vatican. et Pomponii Læti excerpta. *D. Heins.*

*Clamore*] Quo gaudere Mars sæpissime Homero fingitur. *Barth.*

342 *Fer galeam, Bellona*] Hæc armatrix et anriga Martis. Papin. lib. vii. 'regit atra jugales Sanguinea Bellona manu, longaque fatigat Cuspide.' Quin prorsus ipsi in conjugium datur Valer. Flacc. lib. ii. 'Intonuit, signumque dedit Mavortia conjux,' &c. Hanc nulli pugnantiæ parti favere fingebant, sed cædibus ubique delectari: vides apud Quintum Smyrn. lib. viii. *απαλ.* Eo respicit quod hujus Dæmonis sacerdotes sese ferro vulnerabant, cruoris visu eam delectari credentes.

*Nexusque rotarum*] Quibus nectebantur currui rotæ. *Nexus* autem tendere est lora capitibus axis adnectere, quibus currus trahebatur, non enim temonibus erant alligata ea lora, sed capitibus axium, ut clarum ex nummis aliisque picturis priscis. *Bart.*

343 *Tende, Pavor*] Hic armigerorum Martis unus. *Idem.*

*Tende, Pavor*] Pavorem et Formidinem Martis famulos facit, Hesiodum secutus. Currum Martis et famulos descripsere etiam Homer. Iliad. 14. qui *δεῖνον, φόβον, ἐρίδα, terrorem, pavorem, contentionem* ponit. Et Maro, *Æn.* viii. 'Tristesque ex æthere Diræ; Et scissa gaudens vadit Discordia palla: Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.' Et noster lib. ii. de laudib. Stilich. 'Currum Bellona cruentum Ditibus exuviis, tendentem ad sidera quercum, Præcedit lictorque Metus, cum fratre Pavore, Barbara ferratis innectunt colla catenis, Formido ingentem vibrat succincta securim.' *Dempst.*

344 *Urgete manus*] Operas, pro quibus manus ipsas dicunt scriptores. *Barth.*

345 *Ad bellum Stilichon*] Cum aspiratione ubique scribendum id nomen: quomodo fere antiquæ inscriptiones; quicquid Barthius obloquitur. Græcis *Στελιχών* male ergo Portus apud Suidam *Στικκών* reponi jubet. Scripti etiam nonnulli cum Pomponianis excerptis *Stilichon*, tam hic quam alibi, Græcorum more: quomodo etiam *Gildon* et *Aquilon* iidem non raro scribunt. Sequenti versu *Ditet* et *suspendat*, non *ditat* et *suspendit*, legendum puto. Paulo ante *frena rapidos* pro *frænēt* duo Medicei: bene: superiora confirmant. *D. Heins.*

346 *Arbore*] Tropæa de lignis facta.

*Cristas*] Galeas hostium cristatas. Virgil. lib. xi. 'Mezenti ducis exuvias, tibi, magne, tropæum; Bellipotens; aptat rorantes sanguine cristas.'

347 *Communes semper litui*] Ut non interruptum cursum victoriarum Sti-

lichonis designet. *Barth.*

349 *Campo*] *Aciei. Idem.*

350 *Turbas, ilinc Gradivus agebat*] *Turmas agebant omnes fere scripti: sequor: approbavit et Barthius. D. Heins.*

351 *Et clypeis et mole pares*] *Clypeus, cum armati fere totum corpus tegat, ejus molem ipse ingens præcipue repræsentat. Papinius, lib. vii. vs. 310. Molem autem dicit, ut humano corpore majorem Heroem suum faciat. Virgil. 'ingenti mole Latinus Quadrijugo vehitur curru.' Figmentum autem eo pertinet, ut opinio divinitatis quædam Stilichoni concilietur. Deis enim formas quidem humanas, sed communibus tamen hominum majores, ascribunt, et ita viris Principibus sapientia et virtute.*

*Stat cassis utrique*] *Tò stare horrorem infert, velut constitisset minabundus, vel ut minaretur fulgor in galea. Legendi J. Durantius Variarum, II. 15. J. Gulielmus Verisimilium, I. 21. ut et Adr. Turneb. lib. xxxiii. Adversar. cap. 32. Barth.*

352 *Sidereis hirsuta juba*] *Jubas prim. Vaticanus: ut fortassis a manu Claudiani sit, Sidereas hirsuta jubas. D. Heins.*

*Loricæque cursu æstuat*] *Cursum Tholosanus: eleganter. In primo Vaticano sic etiam a manu prima videbatur fuisse: nam post τὸ cursu litera una eraterasa: cum accusativo etiam id verbum Statius conjunxit: 'Pisæumque domus non æstuat annum.' Et Prudentius Hymno Laurentii, 'quid ille fervens ambitu Sitemque honoris æstuanus.' Sic vere antiquissimus Puteanorum codex ante mille et plures annos litteris majusculis Romanis scriptus. Vulgo, *Sitique.* Idem Cathem. Hymn. x. 'Rex ipse Coos æstuantem murices Lenam revulsa dissipabat fibula:' ubi male Torrentius, *Coos exæstuantem murice.* Idem.*

*Sidereis hirsuta juba*] *Instar siderum*

*fulgorem quempiam emittens. Sæpius de Heroum suorum armis talia Silius Italicus. Virgil. lib. x. 'Ardeat apex capiti, cristisque a vertice flamma Funditur, et vastos umbo vomit aureus ignes.' Barth.*

*Hirsuta juba*] *Cassides pellibus hirsutis ornabantur, docuit abunde Lipsius de militia Rom. Silius, lib. III. 'Ore ferarum Et rictu horrificans galeas.' Propert. lib. IV. El. 11. 'Et galea hirsuta compta lupina juba.' Stat. lib. VII. 'Tela rudes trunci galeæ, vacua ora leonum.' Sed et penis: noster de VI. Consul. Hon. 'Quod picturatas galeæ Junonia aristas Ornet avis.' Dempst.*

353 *Satiatur vulnere cornus*] *Ita loquebantur veteres de armis Heroum, quæ instar animantium quorundam cupere cædem hostium dicebant. Sic et Esaias cap. xxxiv. 'Quoniam inebriatus est in cælo gladius meus. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe,' &c. Barth.*

354 *Acrior interea voto*] *Hoc est successione voti. Sic votivus, quod minus notum, felicem sonat. Apuleius, lib. v. 'cunctisque oculis tecum relatibus votivis nuptiis hominem te jungemus homini.' Et sic contra devotare est infelicem aliquem reddere. Idem.*

*Multoque Megæra Luxuriata malo*] *Non multis malis scripti: si primum Vaticanum et excerpta Pomponii excipias: acrior etiam voti pro roto corrigendum puto, quomodo sæpe Claudianus. Exempla ex aliis scriptoribus conguessit nonnulla Barthius ad vs. 377. hujus libri. D. Heins.*

355 *In arce*] *Aulæ Imperatoriæ, ut supra vs. 52. vel et poli aut cæli, quæ ubique Poëtis in ore est. Arx verò quivis tutus munitus et editus locus. Barth.*

356 *Diroque prior sic ore lacessit*] *Ita quatuor veterrimi: vulgati, atque prior diro: mox renovataque secula rursus non revocataque rursus primus Vaticanus. D. Heins.*



357 *En tibi*] Etiam Furiae ipsius omnium malorum auctricis sermone blanditur principibus suis, aureum seculum eorum temporibus tribuens, homo ad adulandum factus.

*Revocataque secula rursus*] Παρέλκει τὸ *rursus*. Apuleius, lib. III. 'nec qui laverim, qui terserim, qui domum rursus reverterim præ rubore meminim.'

360 *Barbaricis*] Barbararum nationum irruptionibus, quas excivisse Rufinum supra dixit. *Barth.*

363 *Sortemque meam*] Portionem, quasi sorte divisæ essent regiones. *Idem.*

364 *Vergit in Austrum Signifer*] Zodiacus circulus signifer, a signis duodecim nomen habet. Plin. lib. II. cap. 4. et cap. 16. 'hinc connexa latitudinum signiferi obliquitatisque causa est.' et cap. 77.: 'positio signiferi circa media sui obliquior est.' Tull. ex Arato, lib. I. de Divinat. Serv. ad Georg. I. 'Obliquus qua se signorum flecteret ordo.' noster de sphaera Archimedis: 'Percurrit varium mentitus signifer annum.' Lib. I. de laudib. Stilichonis: 'nec dubiis titubavit signifer astris.' *Dempst.*

365 *Sedes vicina leoni*] Cessat videlicet, quod ἀπὸ κοινοῦ advocandum ex sequenti versu. *Barth.*

366 *Jamdudum geminae cessant*] Sic ed. Vicent. Gyrard. Patavin. Eccles. Cathed. excerpta Pomponii, et Claverii codex, qui tamen *egelifæ* præfert. Sed docere nos debuisset, cur *egelifæ libra* vocetur. Vulgati *gelidæ*. Lucens. et Regius *gelidæque vacant*. Lego, *geminæque vacant*: ut Lucan. lib. I. *pars atheris illa sereni Tota vacet*: ubi plura habes in hanc rem. Distinctione etiam locum juvimus. *Barthianum sedetas pro sedes* quid sibi velit non assequor. *D. Heins.*

*Geminae Libræ*] Justitiam enim qui vel pingunt vel fingunt, τὰ ζυγὰ καὶ τὰ σταθμὰ addunt, indicantes cuncta illam hominum facta cogitationesque

*Delph. et Var. Clas.*

*Claud.*

σταθμίζειν καὶ ζυγοστατεῖν. *Geminae* ergo propter duas lances a stateræ jugo æqualiter dependentes: tum quum Sol in Libræ domo versatur, diei noctisque vices æquales esse. Sin *gelidæ* legas, dicendum, quia autumnale signum, et idcirco frigidum. *Delrio.*

369 *Tuus iste*] Τὸ *iste* ignominiosum est. Eo enim utuntur scriptores cum ludibrio adversarium habent, aut contemptus gratia nomen reticent. *Barth.*

370 *Ipsumque fatigat æthera*] Virgil. 'et cælum territat armis.'

371 *Nec vili moriens condetur arena*] Indicat Rufinum, diis et hominibus invisum, ne vilissima quidem arena sepultum iri; quæ certe extrema et miseria et pœna. Horatius, lib. I. Od. 28. *Arenæ* autem tenuis inspersio quamvis sepultura non erat, jus tamen ejus obtinebat persuasione Paganæ superstitionis. Unde Archytas precatur apud Horatium: 'Quamquam festinas, non est mora longa, licebit Injecto ter pulvere curras.' *Barth.*

372 *Jamque aderit*] Quasi divinitus rebus infelicibus Sospitator adventurus. *Idem.*

373 *Fratre corusco*] Glorioso, illustri. Sidereum sæpe Heroëm vocat eodem sensu. Alluditur simul juvenilis decor, quem ubique in principum ætate illa laudat adulator. *Idem.*

374 *Qui subiget*] *Subigat* et *proterat* Lucens. rectius: *qui proteret*, non et Moreti prior, nervose, et sic *Rapheleng. D. Heins.*

375 *Asper*] Glacie concretus, frigidissimo enim loco situs, unde et quondam Areturo huic fluvio nomen fuit, ut auctor Plutarchus *περὶ ποταμῶν. Barth.*

376 *Pontemque pati cogetur Araxes*] Fluminis pernecitas et violentia proverbium quoddam de re maxime operosa et gloriosa Poëtis dedere, *Araxem* ponte sternere. Virgil. lib. VIII.:

4 L



‘pontem indignatus Araxes.’ *Araxis* autem nomine postremis seculis *Parthia* seu *Persia* omnis censebatur. *Idem.*

377 *Graribus ferri*] *Idem* ac si *ferro* dixisset. Sic *Horatius*, lib. III. *Carm.* 27. ‘abstineto, Dixit, irarum calidæque rixæ.’ *Stattius* v. *Silvarum*: ‘laudum festinus et audax *Ingenii*.’

*Religata catenis*] *Exemplo Virgilii*: ‘furor impius intus *Sæva* sedens super arma et centum vincus ahenis Post tergum nodis fremet horridus ore cruento.’ Intelligit autem altissimam pacem quam *Theodosius Magnus* confecit Imperio priusquam excessit: de qua *Orosius*, lib. VII. cap. 34. *Barth.*

378 *Draconum*] *Serpentum. Idem.*

379 *Tonsa comas*] *Jubas Oxon.* Placet: sic et anguineam *Medusæ* comam *jubas* *Ovidius* vocat: *sanguineas jubas* anguiniū habes apud *Virgilium*, et apud *Plautum* *Amphitryone*, *angues jubatos*: *condere* etiam pro *cludere* quatuor scripti: non male: nisi quod *condetur arena* præcesserat: *trudere* sec. *Vatican.* de quo *Cons. Olybrii*, vs. 3. *D. Heins.*

*Tonsa comas*] *Victarum gentium* effigies in deonestamentum detonsæ in triumphum ducebantur; hinc *tonsus* victum, triumphatumque designat. *Propertius*: ‘Quorum sub titulis *Africa tonsa jacet.*’ *Barth.*

380 *Tellus communis erit*] Ut fuisse aureo seculo tradunt quicumque illud *Poëtæ* descripserunt. *Idem.*

*Tum tellus*] *Omnia hæc* de sæculi aurei felicitate translata sunt ex lib. I. *Metam. Fab.* 3. *Tibull.* lib. I. El. 3. *Senec.* *Octav.* act. II. scen. I. *Vulgata* sunt omnia. *Dempst.*

381 *Discernetur ager*] *Sidonius*: ‘indescriptosque per agros *Fragrat odor.*’ *Barth.*

*Vomere sulcus adunco*] *Obunco Delrii* codex et ex nostris nonnulli, cum primo *Vaticano* et *Pomponii* excerptis. *Frangetur* etiam pro *Findetur*

duo scripti: ut apud *Alcimum Avitum*, lib. III. ‘Aut si frangenti cedens succumbet aratro.’ *Maro*, *Ge.* I. ‘rastris glebas qui frangit inertes.’ *Ge.* III. ‘Et campum horrentem fractis invertere glebis.’ *D. Heins.*

383 *Rorabunt querceta favis*] *Favos* eleganter unus *Mediceus*, et pro diversa lectione primus *Vaticanus*. *Plinius*, lib. XVII. cap. 10. ‘Si roraverit qualemcunque imbrem:’ sic ‘rorantem saxa cruore’ *Silius* lib. X. modo tamen diverso. *Val. Flacc.* lib. V. ‘densæque sequuntur *Pleiades*, et madidis rorant e crinibus ignes.’ qui locus vulgo mendosus circumfertur: quanquam τὸ ignes primi casus esse illic potest. *Apuleius* *Metam.* II. ‘Licet *Venus* ipsa fuerit, et toto *Cupidinum* populo stipata, et *baltheo* suo cincta, et *cinnama* fragrans, et *balsama* rorans, calva processerit.’ *Fulgentius* initio *Mythologiæ*: ‘Ubi guttas florulentæ mane rorant purpuræ. Humor algens, quem serenīs astra sudant noctibus:’ qui posterior versus ad verbum pæne desumptus est ex *Auctore Pervigilii Veneris*: ‘Humor ille, quem serenīs astra rorant noctibus.’ *Ausonius* in *Eclōgis*: ‘Quem sequitur nebulas rorans liquor altus *Aquari*:’ pro irrorantem. sic et *Propertius*, l. IV. El. 1. ‘Quam nebulosa cavo rorat *Mevania* campo.’ Ita vetus codex meus: sic et *manare* cum quarto casu jungebant, de quo ad *Nasonem*, *Met.* VI. vs. 312.

*Stagnantia passim Vina fluent*] *Elegantissime* hoc expressit *Sidonius*: ‘Et sine se natis invidit *pampinus uvis.*’ Pariter vero *Deus Optimus Maximus* populo suo promisit *Terram* lacte et melle fluentem, hoc est, naturali ubertate præcellentissimam. Ex ea vero promissione quis negabit *Ovidium* suum suavissimum illum *versiculum* duxisse? ‘*Flumina* jam *lactis*, jam *flumina nectaris* ibant,’ &c. *Barth.*

384 *Oleique lacus*] *Apposite* ad na-

turam olei. Junxit autem vinum oleo, quod his duobus, pane quidem adintellecto, contenta possit esse vita humana. *Barth.*

385 *Velleribus quæretur honos*] Non honor scripti: Reg. et Oxon. *ovis*, cum

uno Vatic. *D. Heins.*

387 *Videbunt virides*] Risum viridibus dat, quia oculis humanis is color gratissimus, et solius præterea hominis ridere est. *Barth.*

## IV.

## IN RUFINUM LIB. II. PRÆFAT.

Secuti auctoritatem Lucens. Gyrald. et aliquot aliorum codicum, præfationem, quæ bello Gildonico præfixa hactenus legebatur, huic loco inserendam curavimus. Barthius existimat ad aliquem ex deperditis libris pertinere. *D. Heins.*

2 *Pro permissis choris* perperam *permixtis* ante legebatur contra fidem meliorum codicum: diximus, iv. Cons. Hon. vs. 618. *permissis rotis* pro diversa lectione prim. Vatican. Paulo post: *Et Geticam sensit*, cum Claverii libro

meliores nostri, non *Gildonis sensit*: unde patet hanc præfationem ad Gildonicum bellum non pertinere: paulo ante pro *mugitu deteriore velat*, idem prim. Vatican. pro diversa scriptura, *canat*. Idem.

12 *Et Geticam, &c.*] Imperiti homines, licet alterius sæculi, quum viderent hunc librum de Gildone agere, nomen Gildonis substituere ausi sunt; quod fuit in causa, cur elegans notarum scriptor putaverit hoc præmium non esse hujus loci. *Claver.*

## V.

## IN RUFINUM LIB. II.

Initio hujus libri maximæ res gestæ Theodosio stringuntur, velut tyrannorum expellendorum et Imperii filiis constituendi gratia in terris fuisset is Imperator; quo negotio utroque confecto in cælum redierit.

1 *Jam post edomitas Alpes*] Hoc est, prorsus planeque domitas, uti jam nulla ulteriore pugna opus ha-

beant. Sic in III. Hon. Cons. 'Ille leveis Manros nec falso nomine Pictos Edomuit.' lib. I. de Laud. Stilich. 'totidemque diebus Edomuit Rhennum quot vos potuistis in annis.' Corippus, lib. III. 'Sub quo Vandalici ceciderunt strage tyranni, Edomitique Getæ.'

*Alpes*] Victoriam Theodosii de Eu-

genio intelligit : meminit ejusdem in III. et IV. Consulatu Honorii, aliisque Panegyricis.

*Defensaque regna Hesperiae*] Ab Arbogasto, III. Cons. ' Proh crimen superum, longi proh dedecus ævi, Barbarus Hesperias exsul possederat urbes,' &c.

2 *Merita*] Victoriis enim adiri cælestes sedes gentiles censebant, ex quorum dogmatis ubique etiam de optimis et Christianissimis Principibus loquitur Claudianus. De Sipientibus idem erat judicium, studio enim Sapientiæ mereri cælestia templa putabantur. *Barth.*

3 *Sidere*] Apotheosin intelligit Claverius ; cujus opinionem tamen vulgo hæsisse potius quam ceremonias prisca usu frequentatas sub principibus serio Christianis credibile est. Theodosio autem decedente jam Basilicas plerasque omnes tenebant Antistites Christiani, nec superstitione consecrationum Paganarum supererat. *Idem.*

*Adjecto sidere*] Valer. præfat. *pater-no avitoque sideri par videtur*, id est, Augusto Cæsarique jam diis. Theodosii mortem significat, qui Stilichonem Honorio præposuit. *Sidere* autem, ad ritum apotheseos, nam principes suos, bonos malosve, gentiles in Deos referebant : noster in bello Gildonico : ' Tum si quos Roma recepit, aut dedit ipsa Deos.' Serv. ad Georg. I. fine. Horat. lib. II. : ' Romulus et Liber nec non cum Castore Pollux,' post ingentia facta deorum in templa relati. Theodosium ergo Poëta ob insignem virtutem in Deorum numerum relatum ait ; et vero ascensum ejus in cælum eleganter describit, de III. Cons. Hon. in fine. *Dempst.*

*Mundus*] Divinas animas mortalium virtute præditorum e stellis oriundas, et in eorum numerum redire, persuasio Philosophiæ Humanæ. Mundus cælum sonat. Sic Manilius mundum meruisse dixit Augustum post Cæsarem, cujus filius audire

gestiebat. *Barth.*

4 *Jamque tuis, Stilicho, Romana potentia curis, Et rerum commissus apex*] Dubium vix est, ex Imperii partitione et consensu plerorumque scriptorum, Theodosium decedentem Rufino Orientis, Stilichoni vero Occidentis curam, sub adolescentibus Principibus, commendasse. Claudianus vero soli Stilichoni utrumque orbem adscribit, quia noverat hoc eum adfectare, et Theodosii hanc mentem fuisse persuasum voluisse populo. *Idem.*

5 *Rerum commissus apex*] Credibile sane hoc est, nam et Arcadius tum tutore magnopere ob ætatem non egebat, vicennium jam agens ; ut ferme assentiar Illustriss. Baronio, qui Snidam et alios de Rufino, tutore ipsi ab Theodosio relicto, scribentes, erroris etiam hinc convincit. *Apex* summam dignitatem notat. Marius Victor : *Tu victor, virtutis apex.* *Idem.*

6 *Utraque majestas*] Majestas Imperatoria jam olim pro ipso principe sumpta, velut nominari ipsum minus esset. Tacit. Annal. v. ' questus apud Patres, quod Senatoris unius frande Imperatoria majestas elusa publice foret.' Ante quidem Populi Romani aut Reipubl. erat, ut notum vel ex formula, ' Majestatem Pop. Rom. comiter conservare.' Ejus vero potestate et auctoritate omni in Principem collata, hoc quoque splendidi nominis hujus personæ accessit. Sic ' Augustalis Majestas' apud Justinianum, cap. 3. Cod. Est *majestas* venerabilitas quædam, ipso aspectu animos invadens, præter vulgarem formam cæleste quid et inusitatum præ se ferens. *Idem.*

*Utraque majestas*] Majestas non tantum Deorum, sed et principum. l. 7. ff. de captiv. l. in pluribus. pen. ff. de just. et jure : itaque ' majestas in omni imperio est.' Tull. pro Aulo Cluentio. Quint. VII. 3. fine. noster in Eutrop. lib. I. ' tenero tractari

pectore nescit Publica majestas: et de Consul. Manlii Theodori, princ. 'nec dignius unquam Majestas meminit sese Romana locutam.' Fratres sunt Arcadius et Honorius Augusti, filii Theodosii magni. *Dempst.*

*Geminaeque exercitus aulae*] Hunc divisisse, partibus licet jam tumentibus, inter fratres Stilichonem, in ejus laudibus recenset, lib. II. v. 96. *Barth.*

*Geminaeque exercitus aulae*] Gemina aula, id est, imperium: Constantinopolitanum seu Orientale, et Romanum seu Occidentale: nam illa Theodosius moriens distraxit: praeter historicos, noster de VI. Hon. Cons. princ. et de III. Cons. fine. et de bello Gildonico: 'Quum subito par Roma mihi, divisaque cepit Aequales Aurora togas.' *Dempst.*

7 *Nec enim patiuntur sava quietem Crimina*] Conscientiae laesae more, quae quietem non habet, sed e scelere in scelus transit. Salustius de Catilina: 'animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat.' *Barth.*

8 *Pollutaque negant mansuescere fauceis*] A feris sanguinariis, quas semel haustum sanguinem semper sitire aiunt. Lucanus lib. I. 'nullus semel ore receptus Pollutas patitur sanguis mansuescere fauceis.' *Idem.*

*Negant arescere fauces*] Unus Petav. et Med. *mansuescere*: sic apud Lucan. lib. I. 'nullus semel ore receptus Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces: hic tamen infra vs. 41. *mansuescere* denuo sequitur. *D. Heins.*

9 *Terras*] Mundam, humanas res. *Barth.*

10 *Pacem turbare tumultu*] *Vexare* scripti plerique: probe. jam dictum superiori libro, vs. 65. *D. Heins.*

*Pacem turbare tumultu*] Tumultui enim turbatio est aptissima.

12 *Fluctus*] Mala cumulo quopiam ingruentia et obruentia rationem, fluctibus æquantur. Sicque vita om-

nis humana nihil censetur nisi Pontus, mutabilitate rerum omnia alternante. *Barth.*

13 *Premor hinc odiis*] Domesticorum Aulae procerum. Nec mirum omnium odia incurrere qui avaritiae studio omnia postposuerit. Ipsum etiam principem infensum habebat, si vera sunt quae subjungit istic Claudianus. *Idem.*

15 *Matura*] Quae caveri vix jam possint quin in caput meum cadant; non de longinquo minantia, sed coram imminetia.

*Surgunt undique*] Suapte velut natura. A nubibus in tempestatem undique consurgentibus, aut undarum fluctibus. *Barth.*

16 *Impositi radiant cervicibus enseis*] Exemplo Damoclis a Dionysio invitati. Horat. lib. III. Od. I. 'Districtus ensis cui semper impia Cervice pendet.' *Idem.*

17 *Cuncta novo confundere luctu*] Incendium ruina restinguere, quod nefarie jactavit Catilina, convictus scelerum, exitio propinquus. Tacitus: 'Difficile est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum.'

19 *Solatia letho Exitium commune dabit*] Seneca Troadibus: 'Lentius luctus lacrymaeque mordent Turba quas fletu simili frequentat, &c. Ferre quam sortem patiuntur omnes Nemo recusat,' &c. *Barth.*

*Solatia letho*] *Fato* Mazarinianus: quod magis poeticum. *D. Heins.*

21 *Potestas*] Tyrannis. *Potestas* quandoque injustam et vi usurpatam dominationem notat, qualem in Rufino proponit Claudianus noster. *Barth.*

22 *Si frena remittat*] *Resolvat* Lucens. Gyrald. prim. Vatic. ut nuptiis Honor. 'Nec frena resolvit Gratia.' Vulgata tamen lectio etiam proba. Ovid. Met. II. 'cui victa remisit Frena suus rector.' Trist. El. I. 3.: 'Cervicis rigidæ frena remittit equo.' noster VI. Cons. Hon. 'Ergo ubi praeclosæ voci laxata remisit Fræna do-

lor: paulo ante *decedam* pro *discedam* nonnulli scripti. Glossæ Stephani, *decedit*, ἀποθρήσκει: meliores tamen pro vulgata stant. *D. Heins.*

23 *Objice*] Male uno iota hæc vox scribitur, cum producitur: per licentiam enim altera eijcitur; quod cum in *subicere*, *adicere* viderint, in hac miror non animadvertisse doctos. *Barth.*

25 *Cladem divisit in orbem*] Hæc vera lectio, quam scripti meliores tuentur et Raphelengius. Alii, *dimisit*. Vir doctus, qui dubitat, an Latinum sit, *cladem dividere*, crassa nimis Minerva usus est: noster de piis fratribus: 'Divisit vultus cum pietate faber.' Stat. Theb. II. 'Partes pariter divisus in omnes.' Catull. 'Nos alio mentes, alio divisimus aures.' Sic *dividere oscula*, Horat. lib. I. Od.

36. Noster infra, 'Diviso stat quisque loco: quomodo legendum: ut et lib. III. in Stilich. 'omnibus illis Prætereade divisus erat favor.' Silius, lib. II. 'Ille vagam cælo divisit sæpe volucrem: ut recte prima editio: *dividere* dixit, pro jaculo transigere. Adeantur quæ notamus ad Metam. lib. III. Nasonis, v. 380. infra plura. Pro *in orbem*, *in urbes* tres antiquissimi libri: sequor. nisi mavis *clades divisit in orbem*. *D. Heins.*

26 *Nefas*] Bellum nefarium. Lucan. lib. VII. 'Et fugiens civile nefas redituraque nunquam Libertas.'

*Terga Danubii*] Glacie solidata. *Barth.*

27 *Expertaque remos*] Sæpius remis navigata. *Idem.*

28 *Caspia claustra*] Κλειδας vocat Dionysius. *Idem.*

30 *Orientis opes*] *Anatoliæ*: nam Constantinopolitanis Imperatoribus rerum potentibus, Asia minor ἀνατολή appellabatur. Potest tamen universus Oriens barbarorum incursibus impetitus intelligi. *Idem.*

*Pascua Cappadocum*] Ea enim regio, pascua magnum partem, non Cerealis,

et idcirco equorum copia nobilis. Solinus, cap. 47.: 'Cappadocia terra ante alias alitrix equorum et proventui equino accommodatissima est,' &c. *Idem.*

31 *Volucrumque parens Argeus equorum*] *Equarum* sec. Vatican. Virgiliano exemplo; etiam Oisellii liber. *D. Heins.*

*Parens Argeus equorum*] Argeus mons Cappadociæ, equitibus celebris. *Barth.*

32 *Jam rubet altus Halys*] De Haly fluvio Herodotus, Strabo, Plinius, &c.

*Iniquo Monte Cilix*] Taurum, Ciliciæ montem, ob difficultatem transitus iniquum vocat; est enim maximus. Ovid. lib. X. 'per juga montis iniqui Ire comes, longaque alit assuetudine flammæ.' *Barth.*

34 *Adsuetumque choris*] Syrorum mollities et deliciæ notissimæ, præcipue Antiochiæ, quam alluit Orontes. Unde Juvenalis pulcre de moribus iis Romanam severitatem superantibus: 'Jam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes.' *Idem.*

36 *Geticis Europa catervis Ludibrio datur*] Omnibus ejus generis populis barbaris parumque tum cognitis. Geticæ enim gentes appellabantur, Honorio rerum potente, Gothi, Vandali, Visigothi, Sarmatæ, &c. ut tradit Procopius, lib. I. de Bello Vandalico. *Idem.*

37 *Frondentis ad usque Dalmatiæ*] *Silvosæ*. Vide Geographos. *Idem.*

38 *Omnis qua*] Omnis tellus intra Pontum et Mare Adriaticum sita; quæ sit illa videre potes in tabulis, et apud Melam. *Idem.*

41 *Instar anhelantis Libyæ*] *Libyæ* autem pars semper torrida, arenis squalentibus et æstuantibus obsita, nullum humani cultus vestigium agnoscit. Unde *anhelantem* quasi æstu fatiscentem vocat. Martian. Capell. I. IV. 'Hæc autem ex arenis Libyæ anhelantis adducitur,' &c. Vide Macrobius in Somnium, II. 7. Lucan.



l. IX. &c.

43 *Reticet Pelion*] Mira de Panis cantibus et Thessalorum pastorum in hoc sive spelæo sive monte fabulantur Poëtæ Græci et Latini.

46 *Arcaque Mysorum*] *Mæsorum* in nonnullis. *D. Heins.*

47 *Cursus solennis*] Solennis temporis cursus: adsueta jam populationibus et incursibus Barbarorum, nihil novi sibi videbantur pati. Alibi *gurgitem ævi* vocat. *Barth.*

48 *Sensumque malis detraxerat usus*] Nimirum quæ diu passi sumus, vix sentimus, et tempus ipsum consumit doloris sensum. Cicero Familiar. l. IV. 'Nullus dolor est quem non longinquitas temporis tollat atque minuat.' Terent. 'Dies adimit ægritudinem hominibus.' *Idem.*

49 *Eheu quam brevibus*] Divina exclamatione. Confirmationem hujus sententiæ undique ingerit Dei Omnipotentis ordo, cui placet momento uno evertere multis annis parata. *Idem.*

*Pereunt ingentia causis*] *Fatis* Lucens. et Gyrald. Placet. *D. Heins.*

54 *Urbs etiam*] Homines eam inhabitantes.

*Quæ dicitur æmula Romæ*] Constantinopolis utique Romæ æmula, nova, secunda, renascens Roma: nam et ipsa toti Orbi Domina. *Barth.*

*Quæ dicitur æmula Romæ*] *Ducitur* prim. Vatic. *D. Heins.*

55 *Et Chalcedonias contra despectat arenas*] Situm Constantinopolis ex adverso Chalcedonis describit. *Arenas* autem dixisse videtur allusione ad magnam vim earum, qua in altum projecta ampliorem urbem Imperator fecit. *Barth.*

57 *Propius lucere faces*] In castris hostilibus, aut excursionibus Barbarorum flammis omnia vastantium. VI. Cons. Hon. 'Mox et per Latium stellarum more videbam Barbaricos ardere focos.' Hinc non raro strategemata fallendo hosti excogitata, ignibus castrorum mentitis aut dissimulatis. Nam ab his æstimabantur

copiæ. *Barth.*

60 *Portus munire carinis*] Junctæ enim et concatenatæ rates idem præstant quod catenæ. *Idem.*

62 *Summoque a culmine*] *E. culmine* Gyrald. recte: malim etiam, *summoque*: quomodo prim. Vatican. in quo et *ex culmine*. *D. Heins.*

63 *Spectat certamina campi*] Sic Delrii Cod. unus Petav. et Tholos. cum duobus Vaticanis: *cernit spectacula* Lucens. Isingr. et prim. Vatic. Vulgo *cernit certamina*. *Idem.*

64 *Hunc per vada cærule mergi*] *Hunc in vada proxima mergi* Lucens. et Gyrald. *vaga cærule* prim. et sec. Vaticani: pro *nurus* etiam *manus* nonnulli, cum Pomponianis excerptis. *Idem.*

*Vinctas ire nurus*] Miserabilior rei atrocis facies est in τφ *nurus*, quod minime mutandum. *Barth.*

*Vinctas ire nurus, &c.*] Alii *hunc per vada cærule mergi*. Susianæ membranæ, *Vinctas ire manus*. Schott.

*Per vada*] Plus est quam si *in* dixisset. Nam tractum *per vada* nec uno statim loco mersum dicit. *Barth.*

66 *Portis efflare sub ipsis*] *Spirare* octo scripti cum excerptis Pomponii: pro *expirare*: ut apud Val. Flacc. 'Tunc tenuem spirans animam, salve o mihi longum Expectata manus:' nihil muto tamen: mox scripti totidem *puerumque cruore maternos fœdare sinus*; utrumque elegans. Vulgatum magis Claudianeum. *D. Heins.*

67 *Puerique cruore Maternos undare sinus*] *Puerumque cruore Maternos fœdare sinus* in nonnullis: *undante* Farnesianis: ut fortasse scripserit noster, *Puerique cruore Maternos fœdante sinus*. *Idem.*

*Puerique cruore Maternos undare sinus*] Immanissimum supplicii genus in conspectu parentum trucidare liberos. *Barth.*

71 *Præceptis incensa suis*] *Exceptis* Lucens. et Gyrald. argute: solis Rufini villis parcebatur. Argumentum prope invictum, quo fœderis cum



hoste initi convinceretur. Noverat hoc callidissimus Imperatorum Hannibal, qui cum flammis omnia late dedisset, villas Fabii intactas reliquit, quo suspectum Romanis redderet. *D. Heins.*

72 *Non abnegat hostem*] *Lucens.* Gyrald. prim. Vatic. et quatuor alii, *abnuat*: vere: ita Virgilius, Silius, Val. Flaccus, alii sæpe: alterum glossema: noster lib. II. de Rapt. 'vincique suos non abnuat hortos.' Cons. Hon. VI. 'Fucati sermonis opem mens conscia laudis Abnuat.' Laude Serenæ: 'Inque suos migrare virum non abnuat annos.' Ubi eodem modo peccant nonnulli codices. *Idem.*

74 *Vicibus*] Ultero citroque, vicissim, per pares vices. *Barth.*

*Permissa potestas*] *Rectius facullas* *Lucens.* et Gyrald. cum pr. Vat. Lib. II. de Rapt. *cui tanta facullas In me sævitia*: ubi plura. *D. Heins.*

76 *Stipatur sociis*] *Lege Stipatus* cum Isingr. prim. Vatic. et duodecim aliis: ut superioribus hæc cohæreant: male vulgo distinguuntur. *Idem.*

76 *Armata clientum Agmina*] *Potentiam hominis impuri privata majorem inducit.* Stipati enim clientibus incedebant principes, qui nec a sedentibus aberant. *Barth.*

79 *Revocat fulvas in pectore vestes*] *Pectora* prim. Vatic. prior Leid. et unus Petav. cum Pomponianis excerptis et Oiseliano libro: quomodo et Claverius ex suo libro, et ex conjectura Barthius. Silius, lib. XII. 'revocate in pectora Cannas,' cum optimo codice. Statius, Theb. I. 'Palla et cærulei redeunt in pectora nodi:' quomodo castigatiores membranæ: non *pectore*. *Idem* lib. II. 'cervixque recepto Sanguine magna redit, fractæque in pectora vires.' lib. V. 'nullæ redeunt in gaudia noctes:' et postea, 'redeunt in pocula Bacchum:' et deinde, 'redeunt in pectora sexus:' lib. VIII. 'cuique suæ rediere in pectora curæ:' lib. IX. 'Oraque et abscissæ redeunt in pec-

tora dextræ.' *D. Heins.*

*Revocat*] Rufinus, ut gratiam a Getis ineat, eorum habitum imitatur.

*Pelles*] More atque habitu gentium Septentrionalium fere omnium, ob frigoris vehementiam in locis patriis; unde habitus moresque suos Romanis provinciis intulerunt, a ducibus ipsis imitatos per recordiam, ut de Rufino ingerit Claudianus. Ovid. lib. III. Tristium, Eleg. X. 'Pellibus et sutis arcent mala frigora braccis, Oraque de toto corpore sola patent.' *Barth.*

81 *Assimulat*] Scripti nonnulli *Assimilat* cum Barthio: mox *testatur amictu non amictus* Gyrald. et Oxon. quod et Barthius vidit: sed curis secundis damnavit. *Lucens. proclamat amictu.* *D. Heins.*

*Mentemque palam testatur amictus*] Jan. Gulielm. Verisim. lib. I. cap. 15. Barbariæ faventem, proditricem Romani Imperii. *Barth.*

82 *Nec pudet*] Nil Oxon. ut Ovid. 'Nil pudet hunc:' pro *currus Ausonios regentem* Fornerius reponi velit *Ausonius curas*: minime audiendus. *D. Heins.*

*Ausonios currus*] *Curules.* Non vero concluditur hinc Consularem potestatem sumsisse Rufinum in eum annum, cum illius potentia tanta fuerit, ut omnes magistratus sub se habuerit, itaque regnum etiam quasi de proximo affectavit. Loquitur autem per *curules* de omni Romano Imperio, quia stante Republica (cujus formam in sermone semper sequitur Claudianus, juxta quod etiam alibi ait, 'nunquam libertas gratior exstat Quam sub Rege pio'), summum inter ea erat Curule, Consulatus nimirum. Curulis magistratus, omnis major, quia minoribus jus non erat curru in curiam vehi, sed pedibus itabant; unde et pedarii oppositi illis appellabantur. Vide quæ ex Gabio Basso refert Gellius, lib. III. cap. 18. *Barth.*

*Nec pudet Ausonios currus, &c.*] Licet sciam eleganter de officio Præfecti Prætorio intelligendum, tamen Ms.

meus et Guil. Fornerius præferunt, *Ausonias curas et jura, &c. Regere jura*, est Magistratum: sic enim loquitur *Lex II. §. 13. ff. de orig. juris*. Sidon. Carm. VII. 'præfectus jura regebat.' Horat. lib. III. od. 3. 'Roma ferox dare jura Medis.' Noster in Eutrop. lib. I. fine: 'Eunuchi si jura dabunt:' ad quem locum plura dicturi. *Dempst.*

*Jura*] Præfectus Prætorio erat Rufinus, nomine, re ipsa moderator universi Orientalis Imperii; ita autem de summo principatu solebant loqui veteres, *Jus regere*, eum, qui absolutam velut aut ei proximam potestatem gereret, qualem sane habebat Præfectus Prætorio, ntpote a quo appellari non poterat, uti auctor Charisius Arcadius cap. JC. un. de Off. Præf. Prætor. *Barth.*

83 *Vestemque Getarum*] Rufino vituperium, quod 'vestem patriam aspernatus, peregrinam induerit:' qua labe notatur ab Hermolao Alexander apud Curtium, lib. VIII. et Tiber. August. a Suet. cap. 13. Porro pelliti Getæ, quod confirmatur ex Sidon. Apollin. coætaneo hujus, lib. I. Ep. 2. 'pellitorum turba satellitum ne absit.' Et Carm. 7. 'Ibant pellitæ per classica Romula turmæ.' Rutilius, *Itinerar.* lib. II. 'Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat:' noster de bello Getico: 'pellita Getarum Curia,' ad quem locum plura: et de IV. Honor. Consul. 'Castra cruore nant, moritur pellita juvenus.' Sic tempore Senecæ, Scythæ pellibus vulpium et murium amiciebantur, Ep. xc. et D. Hieronym. in Epitaphio Nepotiani. *Dempst.*

84 *Insignem habitum Latii*] Quo Latialis imperii pars discerneret ab aliis aliarum gentium. Munia autem et officia pleraque Romanorum a Togatis expediebantur, quod Toga vestis forensis, et in foro negotiorum cura, unde per summum nefas pellitum juri dicundo præsedisse Rufinum ait.

*Toga* vero ex usu eo ipsa forensia negotia denotat. Martial. in vitæ Beatae descriptione: 'Lis nunquam, toga rara, mens quieta.' *Barth.*

*Latii mutare togæque*] *Coactæ* Lucensis liber: quod secuti sumus. *Latii togati* tamen a Claudiano scriptum puto. *Mærent mutare*, ut alibi, 'dolet ille paterna Bithynos mutasse domo:' se subintelligitur. *Mutare Getæque*, Pricæanus: mox *Mærent pellito captivæ* prim. Vatic. *D. Heins.*

85 *Pellito judice*] Pellitos enim videre proceres Romanos, indicium certum erat Imperii barbaris occupati; et eorum vicem gerebat hic latro.

*Captivæ leges*] Velut a Barbaro in potestatem redactæ.

87 *Nam miseris nec flere quidem*] Summa tyrannis etiam doloribus factis fletu interdiceret. Lacrymæ vero malorum levamen aliquod. Seneca Agamemnone, Act. III. 'Lacrymas lacrymis miscere juvat. Magis exurunt, quos secretæ Lacerant curæ; juvat in medium Deslere.' *Barth.*

89 *Duræ quis terminus unquam*] *Duræ* tres scripti: quod efficacius. *D. Heins.*

91 *Aut tantis solvet*] *A tantis* multi codices. Forte pro *Ah*: nam olim sine adspiratione scribebant. Meliores tamen *aut*; opinor *Heu*. Mox *negantur* pro *negatur* iidem recte. *Idem.*

*Barbarus illinc Hinc Rufinus agit*] *ἄγει καὶ φέρε*. Arbitrio suo sursum et deorsum torquet et fatigat. *Barth.*

95 *Heu patriæ, Stilicho*] Claver. de Patria hic Stilichonis inquit. Verum non opus ullis ambagibus, cum Patrem Patriæ tum verum in eo Heroë agnosceret universus Orbis Romanus. *Idem.*

96 *Thalamis proprium genialibus*] Conveniens, debitum, acceptum. *Genialis* autem usque adeo thalami nuptialis proprium est epitheton, ut etiam sine eo lectum sponsalem notet. *Idem.*

*Primum genialibus omen*] Non pro-

*prium* scripti meliores: quomodo legendum Barthius et Gronovius jam viderunt. Adi hujus Diatriben Statianam, cap. 44. Ille curis posterioribus immerito fluctuavit dubius veræ ac genuinæ lectionis. sequenti versu *Hic pro Hæc* bene scripti. *D. Heins.*

97 *Erexit regia tædas*] Ut faustum omen coëuntibus novis nuptis daretur, faceis nuptialis moris erat alte elevari a matribus sponsarum. Claudianus alibi: 'Per tædas quas ipsa tuo Regina levavit Conjugio.' *Barth.*  
 98 *Vel solus sperate veni*] *Superare* Græcismo: quo et alludit quartus Vaticanus, qui *sperare* exhibet. Statius, Theb. 11. 'Seu Pandionio nostras invisere cædes Monte venis.' Frustra alii, *velis*. Lib. v. 'cui gloria tanta Venimus innumeræ fatum debere cohortes.' Lib. vii. 'Vos etiam nostris, Heliconia turba, venitis Addere rebus opem.' Sic *eo fateri* apud eundem Theb. 1. 'Seu fortuna fuit, seu, quod pudet ire fateri, Vis invicta viri.' Ita veterrimus Cantabrigiensis vere; non *ore* aut *ira*: mox dicet, 'Vobis ventura atque omne quod ultra est Pandere mæstus eo:' de quo alibi. Martialis: 'Tunc ego non oculos, sed ventrem pascere veni.' B. Eugenius: 'Ut cum flamma vorax veniet comburere terras.' In Claudiani tamen loco nil temere mutarim, cum præstantiores libri pro recepta scriptura stent. *D. Heins.*

*Sperate*] Æmulatur desiderium nubentium. *Speratus* enim sponsum sonat.

*Te prælia viso Languescent*] Summam virtutis existimationem circumscribunt hoc modo auctores optimi. Silius Italicus, l. xiv. 'Laus sola datur si viso vincitis hoste.' Et tale illud Cæsaris, 'Veni, Vidi, Vici.' *Barth.*

103 *Tranquilla in pace locatis*] *Tuta sub pace relictis* Lucens. et Gyrald. *tranquilla in pace relictis* Isingr. et

prim. Vatic. *D. Heins.*

108 *Illic Armenia*] *Illic* alii nonnulli. Versu proximo pro *Fervida*, *Herbida*, ex Isingrini libro Raphelengius, et ex suo Claverius; optime: nec aliter ex nostris Lucens. Putean. et Bononiensis. prim. Vatican. *Fervida*: ut et Helmæstadiensis. Patavin. *Finidia* mendose: et in marg. *Florida*. unus Ambros. *Rubea* vel *Tenuia*: quod postremum elegans etiam; qualia multa apud Statium occurrunt. Adi notata a nobis ad Nasonem Met. iv. 221. curis alteris. *Herbida velamina*, quomodo apud Martialem; 'Herbarum fueras indutus, Basse, colores.' Statius in Silvis, Epicedio Glauciæ, 'Herbas imitantem sinum' dixit: quæ loca Barthio quoque animadversa; qui *Pervida velamina* insigni nugamento hic nobis non debebat obtrudere. *Idem.*

*Armenia alæ*] Miles inde oriundus.

*Vibratis erinibus*] Ferro crispatorum instar vibratorum. Orientalium autem nationum pleræque vibrato crine natura gaudebant. Martialis Spectaculis: 'Crinibus in nodum tortis venere Sicambri, Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.' *Barth.*

109 *Herbida collectæ*] *Herbidus* coloris herbei viridem designat, qui non inusitatus in vestibus priscorum: vide Martial. Epigr. l. v. 23. Ex eo discimus viridem colorem in vestitu vilem habitum et pauperiorum apud Romanos, Græcis mulieres meretrices et delicatæ modo talibus vestibus utebantur. *Idem.*

110 *Truces flavo vertice Galli*] Laudem animositatis et bellicositatis Gallis largiuntur omne genus scriptores prisci. Flavum iisdem, ut et Germanis, capillum multi adscribunt. Truces vocat imitatione Lucani, lib. vii. 'Inde truces Galli solitum prodistis in hostem.' Duras mentes Gallis assignat Lampridius in Alexandro Severo. Animos crudeles, corpora plusquam humana, Florus, *Histor.*

l. II. *Barth.*

*Flavo vertice Galli*] Servius ad *Æn.* VIII. fine: 'Aurea cæsaries ollis.' Galli autem a candore corporis sic dicti: nam γάλα, *lac* significat. Isid. XIV. 4. quæ appellatio comprehendit quosvis septentrionis populos, præsertim Germanos, a quibus crines sumebant matronæ Romanæ, ut speciosiores apparerent. Juvenal. Sat. VI. Martial. l. V. Epigr. 69. quod alibi dicam fuse: nunc tantum locus Sillii e lib. IV. ponendus: 'Colla viri fulvo radiabant lactea torque.' *Dempst.*

111 *Quos Rhodanus velox*] Rhodani nobilissimi Gallorum amnis velocitas testata scriptoribus priscis, Araris autem tardior; unde pro miraculo magico memoratur a Lucano, l. VI. 'Nilum non extulit æstas, Mæander direxit aquas, Rhodanumque morantem Præcipitavit Arar.'

*Araris tardior*] Et sic mutata per incantationes rerum natura intelligendus Lucani locus, qui *Rhodanum Arari confusum* dicit, quod factum aliquando etiam vi pluviarum. *Barth.*

*Araris quos, &c.*] Galliam Lugdunensem notat, ea enim alluitur, imo secatur Rhodano rapidissimo amne, nisi Arar infusus vires relentaret. Mela, II. 5. Plin. III. 4. 'Fertilissimus amnis Rhodanus, rapiens se ex Alpibus per Lemanum lacum, segnemque deferens Ararim.' Silius lib. III. 'Spumanti Rhodanus proscindit gurgite campos, Auget opes, stanti similis, tacitoque liquore Mixtus Arar.' Lucan. I. 'qua Rhodanus raptum velocibus undis In mare fert Ararim:' et lib. VI. sensu contrario: 'Rhodanumque morantem Præcipitavit Arar.' noster lib. II. in Eutrop. 'Qua Rhodano stimulatus Arar.' Idem de Cons. Manlii Theod. princ. 'Lentus Arar Rhodanusque celer,' &c. nec te moveat, quod Isid. XXV. 4. dicat, Ararim fluvium esse Germaniæ ex Marone, Eclog. I. nam olim confundebantur Burgundi cum

Germanis vicinis. *Dempst.*

112 *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus*] Germanicarum et Gallicarum nationum accolæ, Rhenensis tractus, moris habuisse dicuntur, infantes genitos recens fluvio imponere, ut si natate scirent, vel enatassent alveum, pro legitima sobole haberentur; contra, si cederent flumini. *Barthius.*

113 *Quosque rigat*] *Ligat sec.* Vatican. et novem alii ex nostris: quomodo Giphanium castigare Pulmannus in ora codicis sui annotarat; sed frustra. Nam quod infra vs. 148. legitur, 'quicquid legat ultima Tethys;' illic prim. Vatican. exhibebat *rigat*. Cons. Manlii, vs. 200. 'Prima Padum Tiberimque ligat.' *D. Heins.*

*Retro pernicio*] Impellente refluxu Oceani, ut versu sequente docetur. Eam vero repulsionem fieri ad spatium Leucarum centum memini legere in Itinerario vetustissimo, et Claudiano antiquiore. *Barth.*

115 *Mens eadem*] Una et eadem voluntas. Id enim præcipuum est in exercitu: 'nam nihil præstare hosti Fortuna majus potest, quam hostium discordiam.' Tacit.

*Animique*] Mentem ab animo se jungit Philosophica doctrina. *Barth.*

116 *Vulnera*] Injurias. Vetus est versus usus crebritate in proverbium quoddam redactus: *Είφος τερρώσκειν σώμα, τὸν δὲ νοῦν ὕβρις.* Rufinus, l. I. in Hieronymum: 'Ad hæc vulnera quæ infliguntur ex lingua medicus pene nullus est.' *Idem.*

117 *Præsens tumor*] Iracundiæ reliquiæ; a mari translatus: ut supra lib. I. 'Ceum marmurat alti Impacata quies pelagi, cum flamine fracto Durat adhuc sævitque tumor.' *Idem.*

119 *In ducis eximium conspiravero favorem*] *In ducis eximii* duo Vatican. et quatuor alii: ut infra: 'Insignemque ducem populus defendit uterque.' *D. Heins.*

*Conspiravere*] In unam venere sententiam.

120 *Xerxem toto simul orbe secutus*] *Orbis*, maximum Imperium.

121 *Narratur rapuisse*] *Potasse* excerpta Pomponiana. *D. Heins.*

*Rapuisse amnes*] Diodorus Siculus, l. xi. Quantæ vero numero eæ copię fuerint, a pluribus scriptoribus varie relatum est: videas Brisson. lib. iii. Persicorum. Juvenalis de exhaustis amnibus historiam innuit Satyr. x. 'credimus altos Defecisse amneis, exhaustaque flumina Medo Prandente.' *Barth.*

*Rapuisse vagos amnes*] Xerxis tam numerosæ copię, ut integros amnes epotarent. Juvenal. Sat. x. 'Epotaque flumina Medo Prandente.' Herod. l. vii. numerat fluvios Scamandrum et Onochonum in Thessalia, Simoënta in Phrygia, Chydorum in Bœotia, Lysum in Samothracia; et in alio loco ejusdem libri nominat Epidamum maximum flumen in Achaïa; et lacum triginta stadiorum in sinu Persico a jumentis exsiccatum: et nonnihil super ea re Diodor. Sicul. l. xii. sed et illud magis mirandum, tantum exercitum magnificis epulis a Pythio Bithyno exceptum, et frumento adjutum, vestibusque. Justin. l. ii. Herod. l. vii. Oros. iv. 1. tectum autem æquor, pro Hellesponto, quem navibus textit Xerxes, vincula Neptuno minatus. *Dempst.*

122 *Cum classibus iret Per*] Deciso monte Atho, ponte vero strato Hellesponto. *Barth.*

124 *Vix Alpes transgressus erat*] Sticho cum Gallicis in collectitiis aliis copiis. *Idem.*

*Vix Alpes transgressus erat*] Lucens. *egressus.* *D. Heins.*

125 *Adventumque tremens*] *Timens* nonnulli scripti: quod perperam secutus Raphaelengius: supra l. i. 'Hoc monstrum non una palus, non una tremebat Insula.' Lib. ii. in Eutrop. 'mortem pœnasque tremebant:' at-

que ita sæpe. *Idem.*

*Barbarus*] Exercitus Barbarorum quem a Rufino evocatum consedis ad muros urbis Constantinopolitanæ supra dixit. *Barth.*

126 *Tutoque includit pasqua gyro*] Non video causam ullam cur ista mutem: quia enim pleriquè barbarorum istorum equestres erant, ut in moribus Hunnorum descriptis supra vidimus, ait maxime pascuis sibi prævidisse. Simul innuit copiarum multitudinem barbararum. *Idem.*

127 *Tum duplicem fossam*] Non duplici fossa prim. Vatic. eleganter: vide notas bello Gild. vs. 136. Pro *tutoque*, Oxon. *tortoque*: alii nonnulli *totoque*. *Locata* etiam cum scriptis melioribus bene Raphaelengius, non *locatum*: vidit id Barthius etiam. *D. Heins.*

128 *Asperat alternis sudibus*] Est descriptio barbarici munimenti: fossa circumducta duplici, vallum exegesta humo compingere, ei vallo spatio plaustrum unius distantes pali erant infixi; in vacuum statuebantur plaustra, coriis taurinis obtenta, quam *carraginem* barbaricam vocant Ammianus, lib. xxxi. et alii. *Barth.*

129 *Cæsis juvencis*] Juvencorum pellibus. *Idem.*

130 *At procul*] Abruptus sermo auget rei pondus, et imitatio est Maroniana. *Idem.*

*At procul exsanguis, &c.*] Ex Ms. Dempsteri lege: *At procul exsanguem, &c.* *Idem.*

131 *Infectæ pallore genæ*] *Tenore* nonnulli: pnto pro *torpore*. *D. Heins.*

*Ore gelato Incertus*] Metu atque desperatione ob conscientiam scelorum. Nimius timor congelat velut membra. Cicero in Arato: 'tremulo quatietur frigore corpus.' Petronius: 'Ego autem frigidior hieme Gallica factus.' *Barth.*

133 *At tantos sese transferret in hostes*] Dubitat Rufinus utrum palam castris hostilibus accedat; *transferret*



se, transiret. Utrum transiret in tot hostes ab se Reipublicæ factos, et ita palam hostem profiteretur. *Transferre se, transire.* Poëticum. *Barth.*

*Tantos sese transferret in hostes]* *Fidos* alter Leid. Patavin. et Gevert. cum primo Vaticano: argute *fidos hostes* vocat Getas, quos occulto fœdere Rufinus sibi sociarat. Inficeti interpolatores non intellexerunt argutum dictum: sic apud Paulinum Natali Felicis quinto, 'Fraude bona fallax animo mentita fidei.' Vide Barthium infra hoc libro vs. 226. Mox pro *purpureis columnis* excerpta Pompeiana *porphireis.* D. Heins.

134 *Quid nunc divitiæ]* Philosophica admonitio et digressio: opum quamlibet magnos acervos animi curas non emendare. *Barth.*

135 *Congeries]* Inconditus immanisque acervus. Qualibus divitiarum undique congestarum copiæ a Poëtis æquantur.

*Purpureis columnis]* Marmore coloris punicei. Quinque autem marmorum colores præcipue amatos docet Sidonius: 'Hic lapis est de quinque locis dans quinque colores: purpureus, viridis, maculosus, eburnus, et albus.' *Barth.*

136 *Atria]* Horum maxima cura in magnificis structuris, propter clientium multitudinem, quorum agmina in iis patronum præstolari solebant. Statius: 'Montibus aut late Graiis effulta nitebant Atria, congestos satis explicitura clientes.' *Idem.*

*Atria, &c.]* Hæc non de porticu illa insigni, quam in urbe Antiochia ad placandos cives excitavit, teste Zosimo, accipienda sunt: sed de Byzantino opere structuræ admirabilis. *Claver.*

*Ad sidera]* Sic de magnificis ædificiis Hyperbolice loquebantur. *Barth.*

137 *Audit iter]* Sonitum strepitumque venientis, imaginatione malæ conscientiæ. Petronius: 'Dii Deaque, quam male est extra legem vi-

ventibus! quod semel meruerunt, semper exspectant.' Sic isti omnis sonus referebat adventum Stilichonis. Paria Solomon, Sapient. c. 17. *Barth.*

*Spatioque riarum]* Stilicho vero eo consilio Italia moverat, ut occideret Rufinum. *Idem.*

138 *Peste futura]* *Pace* Lucens. quam Stilicho Orienti esset redditurus. D. Heins.

139 *Nec recipit somnos]* Salust. de Catilina: 'animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat.'

*Sæpe cubilibus amens Excutitur]* Conscientia meritorum. *Barth.*

140 *Pœnamque luit formidine pœnæ]* Conscientia meritorum noxium animi instar carnificis ipsius torquentis. Ovidius pulcre hoc extulit: 'Multa miser timeo, quia feci multa proterve, Exemplique metu torqueor ipse mei.' *Idem.*

141 *Sed redit in rabiem]* Mutatus maximo Stilichonis metu Rufinus, non ultra malos suos mores abstinuit quam primus terror externavit; redit mox ad consuetudinem facinorum, et qui vitæ modo incertus erat, jam de Imperio invadendo Principem alloquitur. *Idem.*

*Sed redit in rabiem]* Sic Isingr. Gyrard. prim. Vatican. et septem ex nostris. Cæteri cum vulgatis *faciem:* nisi quod Regius *facinus:* etiam bene. Vulgatam scripturam si quis invitis melioribus membranis amplectendam censet, adeat pro ea non infeliciter digladiantem Barthium. D. Heins.

142 *Ingenium]* Ingenitum amorem malorum morum.

*Sacrasque fores prædixit aulæ In-*  
*trat]* Magnæ potentæ indicium, intrare cum lubet ad principem. Cæterum epitheton istud aulæ, vox nimirum *prædixit*, mihi hoc loco valde suspecta est, licet neminem librum videam qui eam mutet. Putem inter omnia maxime excellens Regiæ con-



clave innuere voluisse Claudianum, ut etiam in Sacrarium ipsum et secretissimum Arcadii thalamum introiisse Rufinum censeat; nullam enim vel minimam etiam occasionem gravandi ejus audaciam omisit ingeniosissimus vates. *Barth.*

144 *Per fratris*] Exquisita adulatio Honorii, quem in mediis Arcadii rebus non solum illi, licet natu minorem, præponit, sed plane Deum facit.

*Per facta parentis*] Sic scripti omnes; non *fata*. *D. Heins.*

*Fata parentis Ætherei*] Intererat enim jam divis Theodosius, et conscius fatorum cælo res humanas regentium. *Barth.*

146 *Eripe me gladiis*] Quasi jam iis cinctus orat, aut cædis instrumenta jam coram videns expedita. Alioquin gladii insidias notant, qua facie etiam hic accipit Rufinus, invidiam fortissimo Stilichoni facturum videlicet. *Idem.*

147 *Evitare manus*] *Minas* Lucens. *Gyrald. prim. Vatic. placet. Mox rigat pro ligat idem prim. Vatican. D. Heins.*

*Gallia conjurata*] Universæ Galliarum copiæ. *Barth.*

148 *Ligat*] Ultra Thulen enim mare impervium. *Idem.*

149 *Volitat gens si qua*] Ad vitam vagam et erraticam earum gentium respicit minus culturarum atque legibus certis parentium, quæ quamvis tales fortasse non fuerint, finxit tamen rumor, et jactantia hominum peregre venientium, qui inusitata et inaudita narrant, ut magnos se stolidæ plebi faciant. *Idem.*

150 *Mota mihi*] In meam perniciem. *Idem.*

*Tantis capiendi credimur armis*] *Aldus digni capiendi.* Scriptorum major pars *digni capiendi.* Patav. *Eccl. Cath. digni capiendis:* quomodo *Barthius* conjiciebat. Ut forte scripserit, *tantis cur digni credimur armis?*

quomodo apud *Statium, Theb. II.* 'Macte animi, tantis dignus qui crederis armis:' sed vulgata proba est, modo interrogatione erigatur. *Credimur* pro tradimur dixit; quod verbum noster eo sensu amat. Sequenti versu pro *petitur, petimur* *Ambros. venuste. D. Heins.*

152 *Geminum cæli sibi vindicat axem*] Alibi autem non semel *Claudianus* utrumque cæli convexum imperio Fratrum ascribit *Stilich. II.* 'At *Stilicho* non divitias aurique relictum Pondus, sed geminos axeis, tantumque reservat Depositum teneris, quantum Sol igneus ambit.' *Barth.*

*Geminum cæli*] Ita scripti. Vulgatum *Stilicho* ex glossa natum. *Libyenque* mox pro *Libyamque* *idem. D. Heins.*

155 *Hispanis Gallisque jubet*] Sic *Silius lib. VII.* 'Et belli summam primasque jubebat habenas.' Alioquin idem absolute est *jubere*, quod regnare, imperare, præesse, uti hoc loco *Claudiani.*

*Non orbita solis*] De *Alexandro Magno* *Juvenal. Sat. X.* 'Unus *Pellæo* juveni non sufficit orbis; Æstuat infelix angusto limite mundi,' &c. Hæc autem, callida adulatione, licet *Rufini* hostis verbis, ita profert *Claudianus*, uti simul etiam honori *Stilichonis* cedant.

*Orbita Solis*] 'Qua sidus currit utrumque.' *Petronius. Barth.*

158 *Non reddere curat*] Ἐμφασις magna est in voce *curat*, omni enim cura atque ope eo niti dicit, ne quid reddat semel arreptum. *Idem.*

159 *Scilicet ille quidem*] Vera hujus loci scriptura hæc erit: *Si licet, ille quidem securâ pace fruatur, Nos premat obsidio! Quid partem invadere tentat?* Quamdiu, ait, quæ ejus curæ tradita est provincia, ab hostibus publicis non incurritur, quiescat sane, et felicitate fruatur, nec nostris sese partibus ingerat. Et quid aliud quærat nisi ut te meque excussis, sese uni-

verso Imperio dominum hac occasione imponat? *Barth.*

160 *Quid partem*] Pars enim est proportio hereditatis uni alicui assignata. Sed et Orientalis Occidentalisque partes mundi sunt, in quas velut divisus, dimidiumque ita Arcadii, et mox sibi ipsi Rufinus adscribit. *Idem.*

*Quid partem invadere tentat*] Verum unum alterumque excidisse puto. Claverianus *parem*. Isingrinianus *spartem*: paulo ante Barthius interrogationis notam tollendam censet, et pro *scilicet* reponit, *si licet*: quomodo ex nostris Rottendorpianus: *pro fruatur plerique scripti fructur, et pro premat iidem premet.* D. Heins.

161 *Illyricos fines*] Græciam. Nam prope Thessalonicam erat tum exercitus Stilichonis. Illyricum autem ipsum Honorio adscriptum et Occidentali parti fuisse non est dubium, tum propinquum videlicet Italiæ.

*Eoa remittat Agmina*] Contradicit sibi. Nam in laudibus Stilichonis alibi recenset, militem a Theodosio relictum æque inter fratres ab eo divisum. Lib. II. Sed etiam manifesta Calumnia Rufino pudori non est: ex mente quidem Poëtæ nostri, qui de traditione militis etiam non juratus est testis. *Barth.*

162 *Fraternas dividat hastas*] Hasta hic est sceptrum, ad tempora prisca allusum: nam Justin. lib. XLIII. 'per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Græci *σκήπτρα* vocant.' Et de scepro Latini, Maro *Æn.* XII. Et Valer. Flacc. lib. III. id ipsum expressit: quare et 'hastæ Deorum simulacris additæ ad auctoritatem exprimendam.' Turneb. *XXII.* 12. Serv. ad illud *Æn.* I. 'Hic illius arma, hic currus fuit.' *Dempster.*

*Hastas*] Exercitum a Theodosio relictum. *Barth.*

164 *Quod si dissimulas*] Ita meliores, non *dissimules*: non audiendus er-

go Barthius. D. Heins.

165 *Manes et sidera testor*] Hominis desperati juramentum. *Barth.*

166 *Hæc cervix non sola cadet*] More potentium et ferocium hominum plurimos involvere pernicie sua minatur. Florus, l. III. c. 5. de Mithridate: 'totum pene Orientem et Septentrionem ruina sua involvit.'

*Miscebitur alter Sanguis*] Ipsum principem dicit, quem nominare non audet, indicat tamen τῶ alter. Nec huic modo minatur, sed et Stilichoni, quem victurum quidem Barbaros suos ominatur, tamen eos adeo sibi obligatos, ex egregiis videlicet illis pactis, quæ secuti in Græciam venerant, nihil non prius ausuros. *Barth.*

167 *Stygias umbras*] Primus Vaticanus *undas*. D. Heins.

169 *Hæc ubi, dictatur facinus*] Epistola principalis concipitur, qua mandatur Stilichoni cedat partibus Arcadianis. Epistolæ proprium *dic-tari.* *Barth.*

170 *Invito principe*] Metus causa. *Idem.*

171 *Jam lætior hoste propinquo*] Magnanimitatem Herois sui prædicat tendentis in hostes, quos Constantinopoli admoverat Rufinus. *Idem.*

172 *Nec multo spatii*] In τῶ spatii nescio quid superfluum paret. Nec enim verum est castra castris tam vicina fuisse. Et versum quidem totum damnare non ausim, at eo remoto neque sententiam quicquam damni pati negari non potest. *Æquor* autem planities est. *Idem.*

173 *Accendit voce cohortes*] Hoc enim in animis hominum, præcipue virtute præditorum, oratio valet, quod sufflatus in igne sepulto, aut qui consedit.

*Voce*] Eloquentiæ hæc vis. *Barth.*

175 *Spumis ignescere fræna*] Poëtarum est phantasia, qui igneum quidpiam in equorum concitatorum flatu agnoscere videntur sibi. Gratius: 'Os magnum ex patulis agitato naribus

ignes Spirent.' *Barth.*

177 *Surgere purpureis*] Forte rectius *fervere*: ut iv. Consul. Honorii, vs. 544. 'ferventesque tument post terga dracones.' Cave audias libros in quibus *calum servire* pro *savire*: sunt enim pauci numero et notæ deterioris; quibus nolim auscultasse *Barthium. D. Heins.*

*Purpureis unguibus*] Draconum nota vexilla: illa signis ipsis circumvolabant. Numesianus Cynegetico: 'Signa micant, sinuatque truces levis aura Dracones.' *Barth.*

*Undantes hastas*] Signa prima Romanorum *manipuli fœni* erant, i. Fast. deinde *Aquila, Lupus, Minotaurus, Equus, Aper*. Plin. x. 4. Fest. lib. xi. licet idem l. xiv. *porcum* inter signa reponat: sed forte idem est porcus et *aper*: tertio *dracones* gestari cœpti, sed serius. Ammian. l. xvii. Sidon. Carm. ii. 'Ut primum vestras Aquilas provincia vidit, Desiit hostiles confestim horrere Dracones.' quod pulchrum videri posset, nisi noster dixisset de iii. Hon. Cons. ad finem: 'Hi picta Draconum Colla levant, multusque tumet per nubila serpens Iratus stimulante noto, vivitque receptis Flatibus, et vario mentitur sibila tractu.' Ex quibus apparet non fuisse ex auro argentove, ut Aquilam; sed assutam intextamve panno effigiem. Expresse noster de eodem iii. Cons. 'spirisque remissis Mansuescunt varii vento cessante Dracones.' Et de iv. Hon. Cons. 'ferventesque tument post terga Dracones.' Imo una cum Aquila in eodem exercitu Draco. noster de nuptiis Hon. et Mariæ: 'Stent belatrices Aquilæ, savive Dracones.' Denique ubi Aquila a Constantino crux suffecta, Dracones retenti. *Dempster.*

*Purpureos angues*] Vocat ad colorem significandum, nam peditum *vexilla rosea*, equitum *cærulea*. Serv. ad principium viii. *Æneid.* quod *is color*

*sit aquæ* seu *Neptuni*, qui equum bellicis usibus adhibuit: quare M. Agrippa cæruleo vexillo ab Augusto donatus, Suet. Aug. c. 27. *purpurea* autem, quod 'sanguineus color Marti conveniat.' Isid. l. xviii. c. 41. lego tamen aureum fuisse colorem Draconum. Ammian. lib. xvi. 'alios,' ait, 'purpureis subtegminibus texti, circumdedere Dracones, hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigatos, hiatu vasto perflatile, et veluti ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.' *Dempst.*

179 *Ferri nitor*] Splendor armorum, decus egregium militis; quod non ignoravit Pyrgopolynices Comici ferri sui aciem poliri jubens, ut aciem hostibus in acie præstringeret scilicet. *Barth.*

180 *Teneroque amnis reptatus Achilli*] Alibi: 'Cretaque se jactet tenero reptata Tonanti.' *Idem.*

*Cornipedis*] Chironis Centauri.

*Amnis*] Sperchius forte. *Delrio.*

181 *Et nemus Cætæum radiat*] Ita legunt hæc et distinguunt scripti. Vulgo, *resonat*. D. Heins.

*Clamore*] Vide Onosandrum, c. 29. *Barth.*

183 *Intumuit virtus et lucis, &c.*] Ex Papinio sunt hæc l. viii. 'At postquam rabies et vitæ prodiga virtus Emisere animos.' Infinita talia sunt in hoc Poëta, quæ qui conferre voluerit, videbit aliam longe veterum etiam ingeniosissimorum curam fuisse, quam qua hodie in Parnassum ascendere viles et meræ animæ nituntur. *Idem.*

184 *Haud illos rupes, haud*] Sensus est, illius notissimi, 'invia virtuti nulla est via.' Nec enim virtus vera sine periculis agnoscitur. *Idem.*

187 *Prodita non tantas*] Scribit enim Orosius, qui tum vivebat, vii. 37. 'Quid uterque Rufinus et Stilicho egerit, quidque agere conatus sit, exitus utriusque docuit, cum alius

sibi, alius filio suo affectans regale fastigium, ut rebus repente turbatis necessitas Reipublicæ scelus ambitus tegetet, genteis barbaras ille immisit, hic fovit.' *Barth.*

*Vidisset Græcia]* Stilicho, ut succurreret Achaïæ, in Peloponnesum appulit, fugavitque barbaros in Pholoën; sed nihilominus spatium datur Alaricho in Epirum transeundi. Rufinus autem Alarichum, offensum aliqui, sollicitaverat ut cum suis accederet, occupaturus, nemine repugnante, omnia. *Claver.*

*Græcia clades]* *Cædes* Lucens. Gyrard. prim. Vatican. nam *Cladibus* mox sequitur, vs. 193. et mox pro *Lacedæmonis arces, agri* scriptorum potior pars: pro *oppida vigerent* malim *virerent*; etsi et vulgatum defendi potest, præsertim pro constantibus membranis. *D. Heins.*

190 *Mare fumasset geminum]* Corinthus bimaris. Seneca Medea: 'Geminus Corinthus littori opponens moras, Cremata flammis maria committat duo.' Per *Pelopeia oppida* Peloponnesum universam intelligit. Quæ Pelopis insula alioqui appellatur. *Cecropiæ* matres neminem fugiunt esse Athenienses, vide Apollodorum, Hyginum. *Barth.*

191 *Fera traxissent vincula]* Captivandi, ut loquitur, mirificam in Gothiis cupiditatem. *Idem.*

193 *Sceleris caussas auferre futuri]* Scelesti belli. *Idem.*

195 *Inter equos interque tubas]* Inter equestria exercitia, et progredientium ardorem, dum jam equos quisque hortatur, et tuba signum datur ad invadendum hostem. *Idem.*

197 *Obstupuit]* Veteres quidam *obstupuit*: quomodo passim in antiquissimis codicibus id verbum scribitur. *D. Heins.*

*Simul ira virum, simul obruit ingens Mæror]* Ut duo concurrentes affectuum violenti motus ostendant animi perculsionem. *Barth.*

*Delph. et Var. Clas.*

198 *Ignavo nocenti]* *Nocens* scriptoribus jam convictus scelerum et condemnationi proximus. *Idem.*

200 *Fortia cæpta Deserat]* *Differat* Thuan. quod placet: sic infra, 'desistite, quæso, Atque avidam differte manum.' III. in Stilich. 'cædis sitientem differat arcum:' ubi plura. Neque aliter Rottendorpianus: qui non minus eleganter pro diversa lectione *Desinat cæpta*: de quo loquendi modo multa nos congressimus ad vs. 725, lib. II. Artis Amatoriæ Nasonis. *D. Heins.*

201 *Illyricis]* Illyricum: tum temporis amplissima erat ex XI. Regionibus in quas imperium Rom. erat distinctum. In eo enim XIX. erant Provinciæ. Inter eas, Creta, Achaïa, Macedonia, Thessalia, Dacia, utraque Pannonia, Dalmatia, Epirus. Quare clarum est cur Illyrica damna dicat Claudianus vastatam Græciam. *Barth.*

*Ardet succurrere]* Stilicho, principis Honorii socer futurus, pupilli sui jus tueri cupit; atque Illyricum sub ditione Rufini ab Alarico vi armata positum, recuperare; ne quis vero putet hoc injurium. *Claver.*

202 *Præceptis obstare timet]* Alibi in Heroë suo reverentiam etiam pupillorum principum commendat, his aureis versibus II. de Laudibus: 'Quem tu sic placida formas, sic mente severa, Ut neque desidæ tradas, dum pronus ad omne Quodlibet obsequeris,' &c.

204 *Ad astra Adtollit palmas et ab imo pectore fatur]* Longe antiquissimus mos orantium Deum, manus cælo attollere, qui ex Moysis libris apparet, etiam Gentilibus frequentatus. *Barth.*

205 *Extollit palmas]* Palmas tendere, gestus precantium. Liv. I. Dec. I. IV. 'Supinas manus ad cælum et Deos tendentes.' Virgil. Æneid. III. 'passis de littore palmis, Numina magna vocat:' et alibi: 'tendoque supinas Ad cælum cum voce manus:'

*Claud.*

4 M

unde id sit sumptum, explicat Serv. ad Æn. I. vs. 487. 'Tendentemque manus inermes,' aut sine insignibus regiis, sceptro, &c. aut supplices: ut, 'Dextras tendamus inermes.' Quod tractum est de historia. Qui enim victi se dedunt, inermes supplicant. *Dempster.*

206 *Numina*] Nota eruptionem Heroicam pectoris indigna pati videntis. Incipit enim audacter a semiinjuriis adversorum Numinum compellatione. Talis vehementiæ est repetitio illius *Si. Si juvat, si placet*, ab indignitate rei non potest avelli vox. *Barth.*

207 *Imperium*] Romanum Regnum. Id peculiariter hoc titulo gaudet, et gavisum est usque ad extrema tempora. Sic Principes Constantinopolitani cum de se et majestate sua loquerentur, non se ipsos, sed Imperium suum nominabant. *Idem.*

*Penitus de stirpe*] *Penitus* Barthius: aliter codices vetusti. Quod si velimus hujusmodi archaismos passim revocare, mille ad minimum optimorum scriptorum loca erunt interpolanda, ubi *penitus* pari significatione occurrit. *D. Heins.*

208 *Deleri secula*] Humanum genus, quod modo enarravimus Romano Imperio per ambitionem censerit. Sic Lucan. lib. VII. 'sunt nobis nulla profecto Numina, cum cæco rapiantur secula casu. Mentimur regnare Jovem.' *Barth.*

209 *Humani generis*] Quod complexum Romanum Imperium putabatur, adeoque cum hoc ipso vivere, florere, vigere. *Idem.*

210 *Libertas effrena maris*] *Tempestas vāsana*; prim. Vatican. et pro *limite nullo, justo* idem cum Gyrard. Lucens. et duobus Florent. ac tribus aliis: optime. *Justum limitem* præscriptum vocat: sic lib. I. de Rapt. 'Cum semina justis Discessere locis: quomodo illic idem Vaticanus, non *jussis*: sic *justam temperiem* Nuptiis Honorii, et *Justum discrimen*: ibid.

'Quam justo leviter sese discrimine confert Umbra supercillii:' ita enim Isingrini codex. *D. Heins.*

*Effrana maris*] Nam velut frænis aut habenis cursum Oceani detineri a Deo credebant, ne prolueret universum orbem. Vide ad illud lib. I. supra: 'Præscriptosque mari fines.' *Barth.*

*Limite nullo Devius*] Idem Lucanus de errore Phaëthontis in Iliaco: 'raptum transverso limite cæli Flammati Phaëthonta poli videre.' *Idem.*

211 *Phaëthon confundat habenas*] Tali modo periturum mundum ariolabantur veteres, ut sidera ordinario suo cursu emota omnia forent combustura. Lucanus: 'cum compage soluta Secula tot mundi suprema cœgerit horas, Antiquum repetent iterum Chaos: omnia mistis sidera sideribus concurrent,' &c. *Idem.*

213 *Hoc auctore pudet*] Imitatio est ejusdem Lucani contrariæ sententiæ in adulationem Neronis prolata: 'scelera ipsa nefasque Hac mercede placent.' *Idem.*

*Mediis revocamur ab armis Pro dolor*] Primus Vaticanus *revocatus ab armis Ardor, et adstrictos*. *D. Heins.*

216 *Permitto cladibus orbem*] *Casibus* Lucensis: bene: Gyrard. *casibus hostem*. Stat. Theb. v. : 'victam projecit casibus artem.' Mox pro *Eous, Eois* scripti meliores: ut Barthio scrupulus jam sit exemptus super hoc loco: et *Parcere* pro *Parcite* Lucens. *Idem.*

*Permitto cladibus orbem*] Imitatio Lucani, lib. VII.: 'morbosque fluentis Insanamque famem, permissasque ignibus urbes.' Summa autem Laus Stilichonis imminentem orbi terrarum perniciem non sine ipsius permissione immitti spatii suis posse. *Barth.*

217 *Redeat jam miles Eous*] Hoc est, jam Romanarum et vere virilium partium transfuga, jam Orientalium morum famulus, redeat, præceptis



imbellium hominum et aulæ impro-  
bæ velut devictus. Orientalium lux-  
us et mollities nota, et alibi nostro  
exagitata. Tamen verum etiam est  
mixtum Orientalibus militibus exer-  
citurum hunc Stilichonis fuisse, qui  
non veniebant primum in partes Ar-  
cadianas, sed redibant. Hoc libro  
vs. 369. ita loquitur miles: 'Unde re-  
dii nescis? patriarne audire satelles,  
Qui leges aliis libertatemque reduxi?'  
Eugenium enim ex magistro literarum  
Imperatorem hoc exercitu devic-  
cerat Theodosius. Et Gallias Alpi-  
nosque tractus ejus jugo liberaverat.  
Videbatur vero Stilicho cæterum mi-  
litem secum reduxisse, Legionem mo-  
do unicum in Rufini regione reliquis-  
se, ex eo versu 257 dicitur: 'Ut sese  
legio vidit disjuncta relinqui.' Sed  
Poëtice illud dictum, cum non unam  
sed plures agnoscat, vs. 312.: 'Nunc  
Epulas tempus, socii, nunc larga pa-  
rare Munera, donandumque novis  
legionibus aurum.' Suspiciamus ta-  
men vere per exprobrationem quam-  
piam occultam *Eoum* appellare suum  
militem, veluti ab homine deinceps  
molliori et effæminato regendum,  
ejusque imperio assentientem. *Idem.*

219 *Contiguo*] Tam propinquo ut  
velut manu contingi possit. Virgil.  
'Hunc ubi contiguum missæ fore  
credidit hastæ.' *Idem.*

221 *Ceraunia*] Epiri montes famo-  
si naufragiis et tempestatibus. Unde  
Lucanus: 'Scopulosa Ceraunia nau-  
tæ Summa timent.' Horatius: 'In-  
fameis scopulos Acroceraunia.' *Idem.*

222 *Elisa tonitrua Coris*] Non *iltisa*  
Lucens. et Gyrald. sic *elisa unda* ex  
optimis membranis supra lib. I. vs.  
274. habuimus. *D. Heins.*

*Illisa tonitrua coris*] *φυσικὸν* hoc.  
*Vento* enim calor humori, imo ignis  
impactus undæ gignit tonitrua. Lege  
Lucret. lib. VI. *Barth.*

223 *Ereptaque prælia*] Discedente  
Stilichone. *Idem.*

224 *Populus defendit uterque*] Miles

tam Arcadianus quam Honorianus.  
Arcadianum potest ut supra vocave-  
rit 'Eoum militem.' Sic 'Utraque  
castra' movisse Stilichonem dicit vs.  
104. Et in querela Rufini, vs. 161.  
'Eoum militem' repositi vides. Unde  
nescio an superior vs. 217. interpreta-  
tio nostra satis sit commoda, cum re-  
mittere Eoum modo militem voluerit  
Stilicho. *Idem.*

226 *Non illaudata laccessit Seditio*]  
Poterat alio nomine hoc certamen  
indicare. Verum hoc Poëtarum maxi-  
morum est, aliquid contrarium accer-  
sere, et ipsum velut vitium quadam  
virtute nova induere. *Idem.*

227 *Clamore moventur*] *Queruntur*  
iidem Lucens. et Gyrald. cum ex-  
cerptis Pomponii: scripti cæteri, *mo-*  
*vetur*: prim. Vat. *moventur*. *D. Heins.*

228 *Lacertis*] Manibus, potius quam  
lacertis. Estque de pilis dictum, quæ  
extensis lacertis excutiebantur. *Barth.*

230 *Leges vibrato imponere ferro*]  
Sic cum Isingrino Claver. et Raphe-  
lengius: quod confirmant Lucens. et  
prim. Vatic. Cæteri cum vulgatis,  
*stricto leges imponere ferro*: utrumque  
probum. Illud tamen malo; quia  
'strictos deponere cogimur enses,'  
jam præcessit. *D. Heins.*

231 *Inflammata semel nescit mites-  
cere virtus*] Nec enim virtus philoso-  
phica quæpiam aut animi beatitudi-  
nem concernens hic intelligenda est;  
sed militaris potius ferocia et ira se-  
quens mucronem jam strictum. Nam  
virtutis vocabulo Poëtæ fortitudinem  
militarem, animum cædis hosticæ  
avidum, contemptoremque lucis, sæ-  
pissime indicant. *Barth.*

232 *Jamjam barbaricos*] *Jam mihi*  
Aldus et scripti plerique; pro *ultra-*  
*que* Ed. Parm. aliæque nonnullæ, ac  
Puteanus, *ultrixque*: quod Raphelen-  
gius secutus, subscribente et Barthio.  
Sed quod vir ille doctissimus affirmat  
universum Belgicorum eodicum gre-  
gem *τὸ ultrix* agnoscere, aliter res  
sese habet. Illi enim *ultra* constan-



ter exhibent, ut videre est in Isingriniana editione cum libris scriptis a Pulmanno collata, quam a Barthio redemit ac mihi donavit elegantis vir ingenii et mihi amicissimus Lucas Langermannus. *D. Heins.*

233 *Ultrouque manus mucrone furente Ducitur*] Quæ alioqui mucronem ducebat. Ita capiendum quod paullo ante ex Lucano produximus. 'Vibrant tela manus:' contra communem enim legem ait manus a telis vibratas, ut hic Claudianus *ductas. Ducitur* autem mitem tractionem notat, ut colorem *ducere* uvam dixit Virgilius. *Barth.*

235 *Non patiar*] Ex abrupto. Qualis sermo indignationem præpingit. Consuetudinem autem cædis hostilis indicat, cum ait 'siccum gladium vagina recusat.' *Idem.*

*Semperne Getis proderit*] Getæ pro Scythiis passim, ex quibus oriundi Gothi, qui ob id Getæ dicuntur. Oros. 1. 16. Paulus Diacon. in vita Leonis Imp. Spart. in Carac. et in Geta, D. Hieron. in Præfat. ad Epist. 11. ad Galatas. Sidon. Carm. 2. : 'a genitrice Gethes.' Carm. 5. : 'qui dictat modo jura Getis:' noster de bello Getico, 'Geticas avertere fauces:' et de bello Gildonico princ. 'Iugenda Getis et flenda Suedis Hausimus:' et de III. Honorii Cons. 'Getico fœdavimus Hebrum Sanguine.' *Dempster.*

236 *Belli civilis imago*] Terror, formido. Virgil. 'plurima mortis imago.' *Barth.*

237 *Consanguineas acies*] Ex Luciano et Papinio. *Olim*, tamdiu ut nullius dissensionis jam memoria exstet. *Idem.*

238 *Concordes aquilas*] Ex hoc loco placet conicere, Aquilam Imperialem non ab ratione duplicem aut bicipitem effingi, indicat enim duorum Imp. Orientis scil. et Occidentis (quales fuere Arcad. et Honor. fratres) concordiam. *Claver.*

*Non dissociabile corpus*] Corpus, conjunctio plurium inter se congruentium. Sic Corpus operum Poëticorum. *Barth.*

240 *Hyperboræo damnatam sidere Thulen*] Adeo quidem ut ἀρκτικωτάτην τῶν ὀνομαζομένων dicat Eustathius ad Dionysium, et toto hiberno tempore ibi Solem non videri. *Sidus* constitutionem aëris notat. *Idem.*

241 *Incensas Libyæ arenas*] Lege Lucanum, lib. IX. *Idem.*

242 *Stagna*] Oceanum. At contra contentim ille apud Lucanum, lib. II. : 'Oceanumque vocans incerti stagna profundi.' Quasi Oceano hoc indignum sit ut stagni nomine censeatur. *Idem.*

*Rubrique recessus Littoris*] *Æquoris* prior Moreti inter optimos bene : alterum ferri non potest, quia sequitur, 'secretaque littora Nili;' quod et Barthius vidit : nisi illic cum altero Moreti et prim. Vatican. legas *noscere Nili;* ut *secreta Nili* dixerit, quomodo *clausa rerum*, et similia, quorum noster plenus. Vulgatam tamen lectionem tuentur quæ notamus supr. lib. I. vs. 184. *D. Heins.*

244 *Calcere Notum*] Meridiem, Australem terram ; cujus tanti recessus, ut post tot experimenta, et veteribus incredibilia itinera, ne nunc quidem pateat. Eam post terga etiam Noti collocat, gnarus nimirum Cosmographiæ non vulgariter, Lucan. lib. X. 'licet usque sub Arcton Regnemus, Zephyrique domos, terrasque premaximus Flagrantis post terga Noti, cedemus in ortus Arscidum Domino.'

*Secretaque littora Nili*] De Nili fonte dubitatum etiam ab ipsis Ægypti regibus, quod fuse alibi ex Græcis Latinisque dicam. *Dempst.*

245 *Mundum post terga relinquam*] Quæ summa omnia itinerum ὑπερβολικῶς censebatur. *Barth.*

*Post terga relinquam*] Ammian. lib. XXI. : 'nullo relicto post terga, quem formidaret.' Spartian. in Severo :

‘quas post tergum relinquebat provincias.’ Plin. in Panegy. ‘relictaeque post tergum totius generis humani securitate, mæreret.’ Et Prudent. Cassiano: ‘Et post terga domum dubia sub sorte relictam.’ Juvenal. Satyr. XIII. ‘qui jam post terga reliquit Sexaginta annos.’ *Dempst.*

‘Mundum post terga relinquam] *Annum* Lucens. placet. Virgil. *Æn.* VI. ‘patet extra sidera tellus, Extra anni solisque vias.’ Nec dissimile illud Pedonis Albinovani: ‘Jam pridem post terga diem solemque relictum.’ Mox *Hæc patria est*, non *Hic* prim. Vatican. *D. Heins.*

247 *Heic patria est*] Fortissimi viri jam propinqui adfectibus (ut posterior ætas omnes caros, sanguine junctos appellavit) suis, ut amorem Ducis et virtutem suam demonstrent, etiam Patriam ubique in ejus comitatu se habituros aiunt, modo ne ab iis separeretur. Sic Ovid. ‘Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor,’ &c. Cicero: ‘Patria est ubicumque cui bene est.’ *Barth.*

248 *Avidam differte manum*] Vim, cædem, irruptionem.

249 *Cumulus*] A rebus facile corruentibus. Vel innuit antea se gravatum invidia, ut hic velut cumulus omnibus cæteris accedat. Sed ego summam tantæ Ducis prudentiam innui existimo, parcant animis, parcant manu rem exsequi, invidiam istius minacis balatronis sua sponte concisuram. *Cumulus*, arenæ congeries, facilis turbatu. *Barth.*

‘Non est victoria tanti] Senec. lib. II. de benef. cap. 5. ‘Nihil est tanti, malo mihi jam neges.’ Lib. II. de Clementia, cap. 9. ‘Non est tanti vita,’ &c. Ovid. I. II. Amor. Eleg. V. princip. ‘Nullus amor tanti est.’ Auson. de Cæsaribus, in Domitiano; ‘vix tanti est habuisse duos.’ *Dempst.*

250 *Mihi*] Meo commodo, fructu, emolumento.

*Juventus*] Militaris. Bello Gildoni-

co *pubem* vocat. *Barth.*

251 *Ite mei quondam socii*] Misericordiam abscessum fingit artifex militum animis tractandis. *Idem.*

*Ite mei quondam socii*] Blandæ ducum voces, milites *socios* vocantium. *Dempst.*

*Socii*] Commilitones. Ut solebant Imperatores appellare blandimento quopiam solenni suos milites.

*Nec plura locutus*] Velut dolore abscessus impeditus. Prudenter et caute. *Barth.*

252 *Flexit iter*] *Flectit* rectius pri. Vatican. et duo alii. *D. Heins.*

254 *Pepulerunt*] Ignis autem maxime Leoni infestus et odiosus. *Barth.*

255 *Lumina velat*] Non claudit, quod nimii foret terroris. *Idem.*

258 *Galeasque solutis Humectat lacrymis*] Cum verisimile enim tanto amore in Ducem, solvisse in gratiam discedentis et valedicentis galeas, et ita etiam solutas lacrymis perfudisse, quod sane majorem earum copiam designat, quam si non fuissent solutæ. *Idem.*

*Galeasque solutis Humectat lacrymis*] Forte *volutis*; ut in illo, ‘lacrymæ voluntur inanes:’ vel *solutas*; quod ex Palatino probavit Barthius. Sic apud Statium, Theb. VII. ‘postquam permissa gemendi Copia, qui fletus galeis cecidere solutis!’ *D. Heins.*

260 *Thoracum validos, &c.*] Pulchre videtur exprimere cordati militis singultus. Stadius: ‘crepat singultibus aurum,’ id est, ut alibi, arma sub auro, seu inaurata. *Claver.*

261 *Prodimur, heu*] Sic prior Moreti: *prodimur* deserimur. Is est usus cum aliis multis ejus verbi. Claverii editio *spernimur*. Vulgatum certe *Tradimur* ferri non potest, quia sequitur ‘tradisne tuas, dux optime, dextras?’ nisi illic cum Lucens. Gerald. prim. Vatican. et altero Moreti, *spernisne* legendum: quod verum arbitror. *D. Heins.*

*Amorem*] De in ducem suo af-

fectu incomparabili loquuntur milites.  
*Barth.*

262 *Tradis*] Deseris, prodis velut  
et hosti exponis. *Idem.*

*Tuas dextras*] Tibi tam fideles.  
*Dextra* enim fidem innuit. *Idem.*

264 *Nos adeo viles*] Simile in ex-  
postulatione Tydei cum Etheocle a-  
pud Papinium, Thebaid. II. 'horum  
miseret, quos sanguine viles Projicis  
excidio, bone Rex.' *Idem.*

266 *Quid nobis patriam*] Huc collo-  
canda distinctio; et est abruptus  
sermo. Quid, ait, nobis patriam re-  
censes? 'Quid juvat?' &c. Nam a-  
lioquin τὸ *juvat* cum τὸ *nobis* compo-  
nere est Solæcismum orationi immit-  
tere. Militum pars Græca erat,  
quam relinquebat Stilicho Græciæ  
sua. *Idem.*

268 *Te sine dulce nihil*] Virgilian.  
lib. VII. 'haud quicquam mihi dulce  
meorum Te sine, frater, erit.'

*Formidata tyranni Tempestas*] Mores  
hominis improbi turbulentos, impu-  
ros, varios, sævos, et truculentos, tem-  
pestati maritimæ comparat. *Barth.*

271 *Aut impacatis*] Pacem exosis.

*Famulos præstabit*] Loquitur ex am-  
bitione barbarica immanium illarum  
et ferarum gentium, quarum princi-  
pes. Sic Attila Hunnorum Rex cum  
irasceret, duces Romanorum ser-  
vos suos appellabat, qui tamen ipso  
dignitate non erant inferiores, etsi  
Principi Romano subjecti: ut scribit  
Priscus ejus ævi Historicus. Quid  
putas horum principem militibus non  
facturum, qui Duces Romanos pro  
servis habeat? Habebat autem tum  
temporis Attila titulum Romani Du-  
cis, ut ex eodem Prisci fragmento  
apparet. *Barth.*

*Alanis*] Ammian. Marcell. Alani et  
montium appellatione cognominati,  
proceri pæne omnes, crinibus medio-  
criter flavis, oculorum temperata tor-  
vitate: judicatur ab iis beatus, qui  
in prælio animam fudit. *Claver.*

273 *Tantave gestandi*] *Gestati* Lu-

cens. qui et supra pro *præstabit, præ-  
bebit* cum Gyrald. et prim. Vatic.  
minus probo. *D. Heins.*

*Penuria ferri*] Confidentia hæc lo-  
quentis pro omnibus unius militis ea  
est, ut dicat malle se occidere Rufi-  
num, quam exauctorationem ab eo  
expectare. *Barth.*

274 *Tu licet occiduo*] *Occidui* unus  
Mediceus, concinnius. *Cæli* etiam  
pro *Solis* Lucens. Gyrald. et septem  
alii: nil muto. Noster in Eutrop. I. I.  
'alio Phœbi de cardine surgunt Cri-  
mina.' *D. Heins.*

276 *Fidem*] Sacramento militari  
datam. Ejus formulam antiquam  
habet apud Gellium, XVI. 4.

*Tibi debita pridem Victima*] Quasi  
ex pacto quopiam aut consponsione.  
Virgil. I. XII. 'Turnum jam debent  
hæc mihi sacra.' Victimam dixit, quia  
Heroum iræ victimis placabantur.  
*Barth.*

277 *Promissis longe*] *Longum* idem  
Mediceus; non male: id est, diu  
promissis. *D. Heins.*

*Longe*] E longinquo. *Barth.*

279 *Tangebatur Macetum fines*] Mace-  
donia tum erat inter provincias XIX.  
quibus Illyricum censebatur. *Macetia*,  
Macedonia. Hesych. Μακεδόνια.  
Alii *Macetiam* partem Macedo-  
niæ fuisse tradunt, ut Marsyas His-  
toricus apud Constantium Porphy-  
rogenetem, I. II. *Idem.*

*Tangebatur Macetum fines*] Non *Mace-  
dum* Lucens. prim. Vatic. et duo alii;  
quod et Barthius vidit. Nec aliter  
in antiquissimis libris Prudentii, Sili,  
Val. Flacci, Statii, Lucani, aliorum  
poëtarum scribitur: qua de re mag-  
nus Scaliger ad Manilium: sic et  
lib. II. in Eutrop. emendavimus. *D.  
Heins.*

280 *Thessalonica, tuos*] Prima hæc  
omnium urbium a Constantino modo  
nominato Imperatore collocatur. Ci-  
vitatem amplissimam et Macedoniæ  
principem vocat Nicephorus Grego-  
ras, lib. II. In hac Rufinum cæsum,

vel prope eam, prolixè errat Ludov. Vives. Clarius Otho Frisingens. Hist. iv. 20. 'Rufinus vero postmodum detectus ante portas urbis Constantinopolitanæ decollatur, caputque ejus cum dextera manu ad ludibrium in urbe circumfertur.' *Barth.*

281 *Vindictæ præstruit iras*] Idem dicit l. i. supra: 'commoti pectoris ignem Nutrit, et exiguum stimulando valnus acerbat.' Quamvis in alia re.

282 *Spectaturque*] Exspectatur, probatur. Omnia agit ne Stilichonem auctorem cædis faciat, sed militem sua sponte eam patrantem. *Idem.*

283 *Tanta de plebe repertus*] *Pube* Lucens. Gyrard. Vatic. et duo alii: sic bello Gild. 'præcipuos electa pube maniplos' dixit. Vulgata lectio ferri etiam potest: *vulgus* enim mox eosdem milites vocat. Mox *corda minantia* Pricæanus, non *minantia*: *micantia* prim. Vatican. *D. Heins.*

284 *Corda minantia*] Interiorum affectum et sensum.

286 *Tanti consilium vulgi potuisse taceri*] Modestus Compendio Rei Militaris: 'Raro enim manet absconditum quod ad notitiam multitudinis jam pervenit.' *Barth.*

287 *Mentisque calorem*] Mentis calorem non rumpi. Nimium in fervorem et iram quæ effutiat dicenda. Sed si *mentis calor* Impetum sonat, rumpere aut erumpere dicendum erat. Imo calor mentis Temperiem tonat suam, reticendo tanto negotio aptam. *Mentis calor* est fervidum propositum intra mentem conceptum; sed quomodo id non rumpi dicit, dum siletur, cum facessatur facto non sermone? nec rumpatur nisi effectu? Mentis calor, generositas, vigor ejus. *Idem.*

288 *Sermone viæ*] Quali animus laxari assolet, cum diu comites socium iter faciunt. Qui hunc nescit, nunquam comite idoneo ullibi iter fecit; qui non cavit, sæpe captus est. *Idem.*

289 *Tantam turbam*] *Turmam* idem Pricæanus: *mentem* tertius Vatic. forte *gentem*. *D. Heins.*

290 *Arcanum populo*] Acute. Qualia in hoc Poëta incomparabilis gratiæ sunt, quia nec affectata nec nimia. *Barth.*

291 *Rhodope*] Non solus mons tum hoc nomine censebatur; sed et ex Provinciis Thraciæ ultima. *Idem.*

292 *Herculei cognominis urbem*] Heracleam; quam secundam Thraciæ illustrium civitatum censet Constantinus modo nominato loco. Et Heraclea ista non procul erat Byzantio: imo Claverius Byzantem esse indicat. *Idem.*

294 *Magna cervice*] Stoliditatem hominis in duobus extremis proponit, nimia elatione, et nimio metu. Scitum est veterum Sapientum homines extreme audaces, extreme etiam timidos esse; contraque. Et hoc est quod Seneca paucis dicit Epist. 60. 'Stultitia nil pacatum habet.' *Idem.*

295 *Omnia tuta ratus*] Adulatur Stilichonem. Uno enim illo absente cursum integrum facinoribus suis spondet.

*Sceptrumque capessere*] Regnum sive Imperium Constantinopolitanum. Sceptrum quod ejus partis principes gestabant, Regionum instar cæterorum erat, præter quod in summo, crucis effigiem habebat. *Barth.*

296 *Conjuratos clientes*] *Conjuratas cohortes* multi ex scriptis; sed male. Supra, 'circumque armata clientum agmina;' pro *hortatur*, *ostendit* novem scripti: tres *affatur*: *accendit* uterque Oxon. et pro diversa lectione prim. Vaticanus; quod verum: ut apud Virgil. 'Martem accendere cantu' tubicen dicitur. Supra l. i. 'Eruit, instauras: accendit prælia, vincis;' et hoc ipso libro; 'Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.' Silius, l. xii. 'Isque ubi Torquatum raptim properata ferentem Signa videt, pugnaeque avidas accendere dextras.' Ita

prima editio. Lib. xvii. 'Dux vetus armorum scitusque accendere corda Laudibus:' atque hoc modo ille sæpe. *D. Heins.*

297 *Vicinus, expulimus]* Ἐπίκιον velut sibi ipse canit. *Barth.*

298 *Quem vincere solum]* Lucens. Gyrald. Isingr. *poscere*: quod quid ni sequamur? ut apud Virgil. 'Aut a-crem dubites in prælia poscere Turnum:' et, 'solum densa in caligine Turnum Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.' Lucanus, l. iv. 'qui vincula ferro Rumpere conatus poscit spe prælia nulla.' Statius, Theb. viii. de equis: 'prælia poseunt Hin-nitu, tolluntque armos:' amat hoc verbum noster; quandoque tamen sumit pro desiderare, aut libenter adire, vel etiam requirere, l. iiii. de Rapt. 'Cadmi seu mœnia poscat, Sive Thyesteis properet sævire Mycenis:' et supra l. i. 'Phlegethonta sonorum Poscit.' Nuptiis Celerinæ: 'interque suorum Agmen et innumeros Hymenæum poscit amores:' ut illic meliores libri legunt, non *quærit*: 'poscere spectacula,' l. ii. in Eutrop. 'poscere verbera' Cons. Manlii. Cæterum nondum integer aut plane sanatus est locus. Legendum videlicet: 'quid enim, quem poscere solum Horruit, hunc tanti munitum milite vincat?' Perperam *quis enim* in editis scriptisque legitur hactenus: quam conjecturam codex v. cl. Antonii Oisellii ab Emerico Bigotio nostro ad me missus confirmat; et paulo post pro *quis ferat armatum* opinor a Claudiano nobis fuisse relictum, *Qui ferat* pro quomodo: est enim de Stilichone sermo; nisi mavis *Quid ferat*. *D. Heins.*

300 *Quis ferat armatum]* Usurpavit hoc Saresburiensis Elegia, ad librum Policraticum: 'Quis ferat armatam quæ sola triumphat inermis, Armataque manum vincere sola solet.' *Barth.*

303 *Nereus interstrepit undis]* In-

*terfluat prim. Vatican. Puto interluat.* *D. Heins.*

306 *Quære ferox ensem]* Virg. 'non me tua fervida terrent Dicta ferox.' *Barth.*

307 *Monumenta priorum]* Lucens. *documenta*: quod magis placet. iv. Cons. Hon. 'quæ tunc documenta futuri?' *D. Heins.*

308 *Quisquam conatus adire Has jactat]* Adire manus nostras. Nostram potentiam sollicitare. *Barth.*

*Quis nam conatus adire]* *Quis par* Vaticanus optimus; et optime quidem: ad paria gladiatorum allusit. Ut Lucan. 'nam par quod semper habemus, Libertas et Cæsar erunt.' Contra Troilus apud Virgilium 'impar congressus Achilli' dicitur. *D. Heins.*

309 *Has jactat vitasse manus]* *Vitare* Lucens. Sic infra: 'hac Stilicho quem jactas pellere dextra:' pro pepulisse. *Idem.*

*Detrusimus orbe Te medio]* Decem scripti *destruximus orbem Te medio*: et tum *Te medio*, te intercedente, interpretandum. Silius l. xvi. apposite: 'Haud deformis erit vobis ad fœdera versis Pacator mediusque Syphax.' Val. Flaccus, lib. v. 'Sed me nuda fides sanctique potentia justi Huc tulit, et medii sociatrix gratia Phryxi.' Ubi perperam Carrio ex veteri libro, *atque mei*. Statius sic sæpe. Propert. l. ii. El. 9. 'Non ob regna magis diris cecidere sub armis Thebani, media non sine matre duces.' Lucan. lib. i. 'Crassus erat belli medius mora:' atque ita frequenter poëtæ. Noster Cons. Manlii: 'quæ dissona ritu Barbaries, medii quam non reverentia frangat?' Ita verissime restituit Cl. Gevartius, qui omnino videndus de hac voce Elect. lib. ii. 7. Confirmat ejus conjecturam Sidonius Apollinaris Narbone: 'Pacem te medio darent feroces Chrinus, Sauromates, Getes, Gelonus.' Multa



horum quoque congressit Barthius Cons. Manlii, vs. 247. sed quod eodem trahit illa Horatii, Od. II. 19. 'paci eras mediusque belli,' vix assentior; cum aliter intelligenda sint. *Medius pacis* quomodo *sequester pacis*: de quo pluribus egi ad Nasonem Fastor. I. hoc tamen loco vulgatam lectionem non prorsus damnarim. *Idem.*

*Orbe Te medio*] Græcia mediterraneum fere Romani Imperii. *Barth.*

311 *Nunc epulas tempus socii*] Non solum de privatis quibusdam epulis loquitur mastigia, sed de publicis populo dandis; ad novi, quem sibi bona fide spondet, Principatus fastum et favorabile initium scilicet. Populo enim epulum, militibus donativum spondet, instar Principum priorum. *Idem.*

*Nunc larga parare*] Malo parari: atque ita secundum Vaticanum. *D. Heins.*

312 *Donandumque novis legionibus aurum*] Tanta horum donativorum vis atque consuetudo fuit, ut iis fere Imperatorum et auctoritas et vita ipsa censeretur, militibus præsertim Urbanis, et inter hos Prætorianis, in eos faventibus qui pecuniosi essent et largi. *Barth.*

313 *Opportuna meis*] Augusto mirum de more exercitui ex Occidente redituro obviam ituro. *Idem.*

314 *Quod nolit rex ipse velit*] Tantum jam sibi tribuit sceleratus homo, ut exercitu circumfundere principem et participationem Imperii extorquere præsumat.

*Rex*] Imperator, Princeps. Ita *Regia mandata* dixit supra, et sæpius alibi: *Regia Urbs* Constantinopolis sæpe Justiniano, quomodo non raro scriptores Panegyricorum. Apud Græcos frequentius βασιλεύς quam apud Latinos Rex principem Romanum sonat. Notasse et abstinuisse Latini aliquamdiu videntur, quia exactis urbe regibus cautum dirisque devotionibus sancitum, ne quis se

ejus gentis REGEM appellaret. *Barthius.*

*Jubeatque coactus*] *Subactus* prior Leidensis longe elegantius. Virgil. *Æn.* IV. 'Aut hos versa fuga victor dare terga subegit.' Sic optimus Mediceus et alii. *Coactus* ex Glossa est: sic et lib. VI. 'subigitque fateri,' pro, cogit. Lib. VIII. 'quæ causa subegit Ignotas tentare vias.' Silius, lib. I. 'populi ferro parere subacti,' ex optimo codice. Noster lib. III. in Stiliach. 'quod nullo potuit terrore subacta Libertas Romana pati:' vulgo et ille locus corruptus. Tacitus sic sæpe, et alii ex Historicis. *D. Heins.*

317 *Talibus acclamat*] *Acclamant* Præcæ liber. *Concilium acclamant*, ut 'vulgus famulantur' lib. I. de Rapt. nam sic legendum, 'turba ruunt,' 'vicinia celebrant festum,' et similia apud Ovidium; de quibus illic. Noster supra, 'galeasque solutis Humectant lacrymis,' scilicet, *legio*: nam sic Lucens. unus Petav. et Delrii codex cum quarto Vaticano: vulgo, *Humectat*. *Idem.*

318 *Perpetuis crevere rapinis*] Ad dignitates pertinet, quas vendidisse sui similibus tradit Rufinum superiore libro. *Barth.*

320 *Delicta fuere*] *Funesta tacere* Lucens. quod non capio: et mox, *jamque et connubia*, et *quæ quisque petat*. *D. Heins.*

*Delicta fuere Nexus amicitiae*] *Connexi* dicuntur animis maxime consentientibus amici. Nexus, amicitia ipsa. *Barth.*

323 *Quas devoret urbes*] Cicer. I. III. in Verrem: 'non reperietis hominem timide nec leviter hæc improbissima lucra ligurientem; devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit.' *Barth.*

324 *Labores*] Quibus sine non sunt unquam mortales nisi cum dormiunt. Exemplum est Maronis *Æneid.* XI. 'Aurora interea miseris mortalibus almam Extulerat lucem, referens ope-



ra atque labores.' *Barth.*

325 *Gremio*] Velut vestis aliquo gremio involvens. *Gremio* noster summam quietem circumloquitur. Ut alibi 'gremium pacis' dixit. *Idem.*

*Pigrasque sopor diffuderat alas*] *Somnum pigrum* recte dici et eleganter, haud nego. Sed *alas pigras* minus approbamus. Quare *nigras alas* censeo reponendas esse: atque ita prim. Vatican. et Palat. apud Maronem: 'Nox ruit, et fuscis tellurem amplectitur alis.' Hinc et castiganda vulgata Tibulli exemplaria, lib. II. El. 1. 'Postque venit tacitus furvis circumdatus alis Somnus, et incerto somnia pigra pede.' *Fulvis alis*, et *somnia nigra* perperam nunc legitur. Apud Horat. Sat. II. 1. 'atris nox circumvolat alis.' De Alecto Virgil. I. VII. 'Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis:' et apud Silium lib. III. 'Corus In media ora nives fuscis agit horridus alis.' Noster alibi: 'Famaque nigrantes succincta pavoribus alas.' *D. Heins.*

326 *Ille diu curis animum stimulantibus æger*] Hæ sunt stimulatrices illæ quæ beatitudine exuunt animum vel in mediis divitiis, quibus infestiores etiam deprehenduntur: apud Senec. Epist. 17. 'Nihil refert utrum animus æger in divitiis an in paupertate ponatur; malum suum illum sequitur.' *Barth.*

*Ille diu curis, &c.*] Instantibus curis, ait Curtius, agitant sæpe per somnium species imminentium rerum. *Claver.*

*Curis animum stimulantibus æger*] *Ægrum* Aldus et scripti fere omnes: quod frustra improbant viri docti: sic Ovid. lib. I. Rem. Am. 'Cum dederit lacrymas animumque expleverit ægrum:' et apposite Val. Flacc. lib. VI. 'Talibus ægra movens nequicquam pectora curis.' Prior Leidensis *ægre*, etiam non male. *D. Heins.*

329 *Clarius una*] In Palatino sæ-

vior. *D. Heins.*

330 *Visa loqui*] Audita potius. Notat loquendi morem ad præstantiam visus declarandam Claudianus Mamertus, I. 6. Solent Poëtæ duos hos sensus commutare. *Barth.*

333 *Læti manibus portabere vulgi*] More Principum recens creatorum. IV. Consul. 'quantæ miracula pompæ Vidimus, Ausonio cum jam succinctus amictu Per Ligurum populos solito conspiciat ires, Atque inter niveas alte veherere cohortes. Obnixisque simul pubes electa lacertis Sidereum gestaret onus.' *Idem.*

334 *Canit ambages*] Canere de omnibus præsagiis dicitur. *Idem.*

335 *Nec capitis fixi*] At enim Artemidoro, somniantibus quid tale, portenditur diadema. *Claver.*

*Sentit præsugia fixi*] Sic Lucens. Gyrard. et quatuor alii: vulgo, *fixi præsugia sensit*. Vatic. *sensit præsugia diri*: nec sequor tamen. Hoc vult, quod Capitolinus in Pertinace, 'caput ejus conto fixum milites in castra pertulerunt.' Notus mos ille veterum: noster ipse de Rufino infra. *D. Heins.*

337 *Festinamque rotam*] Sic Oceano exire Solem ob imminuentem stragem Pharsalicam facit Lucan. I. VII. 'Segnior Oceano, quam lex æterna vocabat, Luctificus Titan nunquam magis æthera contra Egit equos.'

339 *Prosiluit stratis*] *Desiluit* Lucensis: non male. Fescenninis tamen, 'Tum victor madido prosilias toro.' *D. Heins.*

*Densaque capacia turbæ Atria*] Romanis atria ita disposita, ut pluribus interstitiis admissos in prima loca sustinerent ab ulterioribus. Neque id alia ratione, quam ut amici salutatum venientes alii aliis propius admitterentur; distinxerant enim eorum agmina, et pro affectu ingenti habebatur, propius Patronum accedere posse. Senec. de Benef. VI. 33. *Barth.*

340 *Atria jussit splendere*] Ad mo-

rem insuetum; nam in atriis salutationes quidem fiebant, sed convivia in cœnaculo seu triclinio; sed tamen epulæ triumphales in atrio Capitolii exhibebantur, ex Zonara l. II. *Annal.* in Camillo. Faber l. I. Semestr. c. 6. et nonnihil Serv. ad illud Maronis: 'illos porticibus rex accipiebat in amplis.' Vide convivium Didus *Æn.* I. in fine. *Dempst.*

342 *Inscribi propriis aurum*] *Insculpi* Lucens. Gyrald. et prim. Vatic. non audio. Juvenal. Sat. VI. 'scripto radiat Germanicus auro.' Martial. l. XI. Ep. 5. 'Scriptus es æterno nunc primum Jupiter auro.' Ovid. Epist. Hyperm. 'Scriptaque sint titulo nostra sepulchra brevi:' quæ ibi vera lectio, non *Sculptaque*. Sic et Statius Equo Domitiani: 'Apellæ cupereut te scribere ceræ.' *D. Heins.*

*Inscribi propriis aurum fatale*] *Fatale* vocat, quia nemini licebat nisi Imperatori effigiem suam nummis impingere. Rufinus non sperabat aliter rem casuram, quam ut particeps Imperii declaratus ipse, domum rediens militi donativum, Populo epulum, ob initia principatus, daret. Huic Regio privilegio aptabat omnia, etiam nummos sua imagine percuti faciebat, quos rediens jactaret in vulgus, et militi donaret. Ergo *fatale aurum* non alia ratione dicitur, quam quia immobile solius Principis in eo privilegium. *Barth.*

*Inscribi aurum*] Hic notabis, quanta fuerit prærogativa P. F. qui nummos aureos sua figura cudere, ac donativum militibus, more Imperatorum, dare constituerit. *Claver.*

*Figuris*] Effigie capitis. Nam alioquin aut Numinum aliquorum figuris, aut iudicii rerum feliciter gestarum nummi insigniebantur. Scite has tales figuras *ænigmata* appellat Prudentius. *Barth.*

343 *Salutatam reduces*] Eum honorem legionibus ab Imperatoribus habitum supra notavimus. *Idem.*

344 *Principe celsior*] Animo magis elato, cujus signa incessu prodebat stolidus homo et impuræ arrogantia. *Barth.*

345 *Collaque fæmineo jactabat mollia gestu*] Vides, cur jactationem colli fæmineis gestibus ascribat Claudianus, nimirum cinædico aliquo habitu velut in scenam ducens suum Rufinum. Erant prostituti pudoris nebulones inter Romanos, qui vulgo habitu incessuque agnoscebantur, et gestus omnes fæmineos assimilabant. *Idem.*

*Jactabat mollia gestu*] Ita scripti fere omnes et editiones nonnullæ. *gestabat* ante legebatur: quod durum, propter τὸ *gestu*. Ovid. Met. III. 'Collaque jactavit, crinemque per aëra movit.' Lucensis tamen *solvebat*: optime. Sic *luxu solvi*: quo verbo eleganter effeminatos ac molles Rufini gestus expressit. Sic 'molli languore solutus' apud Nasonem. *D. Heins.*

346 *Tegeret ceu purpura dudum Corpus*] *Tutum* Claverius: *numdum* excerpta Pomponiana: tert. Vatican. Palat. et quatuor alii *nudum*: unus *nundum*. Viderint acutiores. *Idem.*

*Tegeret ceu purpura dudum Corpus*] Quasi dudum jam, ait, purpura Imperatoria insignitus, et ita jam Imperii securus, nec ambigam adhuc spem fovens. *Barth.*

347 *Ambirent ardentes tempora gemmæ*] De diademate loquitur, quod gemmis cultum fuisse notum ex nummis Imperatorum. *Idem.*

351 *Ornatu fulgida ferri*] *Martis* Aldus et plerique scripti: placet. 'Ornatum Martis,' arma vocat. *Protramite, limite* Lucens. *D. Heins.*

*Ornatu fulgida*] Acies instructa omnibus suis ordinibus, ut Martem ipsum exigere, atque inde voluptatem capere censeas. *Barth.*

355 *Sævum cristato vertice nutant*] Elegantissime. Apparet enim in tot galearum fulgentium cristisque nu-

tantium majestate quædam militaris sævitia. *Barth.*

356 *Tremulos colores*] Chlamydam versicolorum, quibus milites supra lineas vestes utebantur. *Idem.*

357 *Quos operit formatque chalybs*] Ut toti velut formati factique videantur ex chalybe. Sic alibi vi. Consul. Honor. 'Ut chalybe indutos equites, et in ære latentes Vidit cornipedes, quam de gente, rogabat, Ferrati venere viri?' &c. Ait igitur Claudianus novam velut formam cataphractis datam a ferreis illis munimentis. *Formare* est suam formam rei speciemque tribuere.

*Conjuncta per artem*] Nullum majus artificium in tali armatura quam conjunctiones laminarum, ut ad usum sub iis et cum iis corpus humanum moveri queat. Catenulas in ea re agnoscit Sidonius, qui *catenas* pro ipsa concatenata armatura usurpat. Confirmatur clarissime a Poëta, suorum dictorum ubique memore, vi. Consulatu Honor. 'num Lemnius auctor Addidit hinnitum ferro? simulacraque Bellis Viva dedit?' Quæ hic *animari*, illic viva dicit, eodem sensu. Noster mox: 'credas simulacra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.' *Barth.*

358 *Animatur lamina*] Laminarum mentio frequens in loricarum descriptione, ex iis enim consertæ erant. Turneb. xxix. 35. Serv. ante illum ad Æneid. v. 'Levibus huic hamis consertam auroque trlicem Loricam.' Stat. Theb. iv. 'ter insuto servant ingentia ferro Pectora.' Laminarum sane aliæ *squammas* referebant; aliæ *hamos*: pro squammis puto nostrum dixisse *laminas*. Sidon. 'sutilis illi Circulus impactis loricam texuit hamis.' Quære plura apud Lipsium, de Milit. Rom. lib. iii. Dial. 6.

*Hamatur lamina membris*] Miror, qui hanc lectionem mordicus tuentur, non adduxisse Siliii ista lib. v. 'Loricam induitur, tortos cui nexilis ha-

mos Ferro squama rudi permixtoque asperat auro.' *Animatur* tamen cum veterimilibus libris legendum probavi, lib. iii. de Rapt. vs. 387. Vidit et curis secundis Barthius, et egregie locis Claudiani prorsus similibus adductis veram lectionem asseruit: qui hoc loco consulendus. *D. Heins.*

361 *Par vestitus equis*] Etiam Equi cataphractorum toti induti laminis ferreis apud veteres. *Barth.*

362 *Ferratosque levant armos*] Cataphractus describit, quorum armatura ex solido ferro: de quibus forte noster de iii. Hon. Cons. et apertius de vi. Cons. ad finem: 'Ut chalybe indutos equites, et in ære latentes Vidit cornipedes, quam de gente profecti Ferrati venere viri?' Veget. iii. 6. et Propert. l. iii. Eleg. 11. 'Ferreus armato neu cataphractus equo.' Erant ergo hi equites tantum, quos Livius, lib. v. in fine iv. Decad. *loricatos* vocat. Iidem *cataphractarii* dicuntur a Pollione in Claudio secundo: sed et *Clibanarii* Lamprid. in Alexandro Severo: videatur Salust. hist. l. iv. apud Nonium, c. 18. et Serv. ad illud Maronis, Æneid. xi, 'Spumantemque agitabat equum.' *Dempster.*

*Ferratosque movent*] *Levant* Lucens. et Vatic. cum tribus aliis; recte: nam *moveri* jam præcesserat. Initio Raptus: 'Colla levant attrita jugis:' Bello Get. 'Securas jam Roma levat tranquillior arces.' Stat. Theb. iii. 'Sic fatur, et alto Membra levat scopulo,' ut quidem in scriptis. Sequenti versu, codices complures *Diviso stat quisque loco*: quod verum videri supra jam monuimus vs. 25. Vulgo *Et justo*: unde *Ut jusso* vel *justo* non inconcinne elicias. *Diviso* tamen malim. Capitolin. M. Antonino, 'Senatus populusque non divisus locis, sed in una sede, propitium Deum dixit.' Corippus l. iv. 'Divisum in turmas atque in sua corpora vulgus.' Noster Nupt. Hon. 'Divisa properate ma-

nu.' III. in Stilich. 'Acceleret divisa manus.' Cæterum in primo Vaticano pro diversa lectione *Dimenso stat quisque loco*; eleganter profecto: quomodo apud Virgil. in Georg. 'Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:' et 'orbis certis partibus dimensus' apud eundem. Barthius emendat, *Ut jusso stat quisque loco*. D. Heins.

363 *Et jusso*] Tam certi loca sua occupant, ac si quispiam præsens singulos ordinari. Expeditam celeritatem ea lectio commendat, cum laude occulta Stilichonis, ad cujus nutum etiam absentis suos ordines occupabant scilicet. Barth.

*Diviso stat quisque loco*] In simulatis belli ludicris ita exercebantur tyrones, ut non magis loco cedere, aut stationem deserere liceret, quam si res vera ageretur. Asconius, et illud II. Catilinariæ: 'loco ille motus est:' deseruisse autem stationem in acie capitale: sed nota hæc sunt. Dempst.

366 *Veneranda prior vexilla salutat*] Non quia Crucis sacrum in iis signum erat, vel Labarum, ut interpretes Claverius voluit, sed ex more quem principes Exercitibus servabant, primum post tempus aliquod visos salutare, et more cæterorum commilitonum signa venerari. Barth.

367 *Qui fallere cuncta solebat*] Quo Barthius: confirmat Vaticanus primus. D. Heins.

369 *Nomine quemque vocans*] Vocat Luc. Gyrald. et prim. Vatican. Idem.

*Nomine quemque vocans*] Imperatorum summorum more, qui student maximopere insigniores militum nomine nosse, facta memoriter recensere posse. Sic de Stilichone noster lib. II. 'mensæque adhibes, et nomine quemque Compellas, clari sub te quod gesserat olim Admonitor facti.' Sic Salustius de M. Petreio. Barth.

*Natosque patresque, &c.*] Milites apud Tacitum, neque conjugii suscipiendis, neque liberis alendis assueti.

Claudius vero Imp. militibus, quia uxores habere non poterant, jus maritorum ex lege indulsit, ut Dio probat. Claver.

371 *Extendere longos*] Non intendere Luc. et Gyraldinus: iidem pro *amplexus, flexus*; quod præfero. D. Heins.

372 *In speratoque*] Nihil tale metuebat Rufinus, qui jam sceptrum et purpuram spirabat. Dicit autem circumjecisse sese agmen palpanti etiamnum milites quos nomine singulos compellabat. *Campus*, spatium quod gyro includitur. Sic supra vs. 126. 'tutoque includit pascua gyro.' Hoc fieri artificio quopiam Campidoctorum quotidie videmus, quod hic luculenter describitur. Barth.

374 *In se redeuntia*] Quales sunt omnes formæ rotundæ, cum enim in talibus nec finis nec principium appareat, *ex se incipere* et *in se finire* dicuntur. Idem.

375 *Curvo paulatim sinuantur cornua ductu*] Hemicycli duo utrinque cœunt in absolutum orbem. Sic 'cornua Lunæ' ubique appellantur dimidiati orbis. Locum autem hunc, ubi Rufinus ab exercitu circumdatus obtruncatusque est, *Hebdomon* appellatum docet auctor Chronici Alexandrini. Huc processerat sceleratus Imperii affectator, quia inibi dem coronari Imperatores Orientis solebant, ut discas ex eodem scriptore. Idem.

376 *Immensa virides indagine silvas*] Notum quid *indago*. Retia nimirum aut lineæ quibus feræ includuntur. Noster ex Marone expressit suum. *Æneid. IV.* 'Dum trepidant alæ saltusque indagine cingunt.' Porro nota, indaginem, inquisitionem attentionem designare, quam indagacionem crassius dicimus. Idem.

*Virides indagine saltus*] Sic Rappheingens ex vestigiis Isingriniani libri, quod a Lucens. Gyrald. Vatic. et quinque aliis confirmatur. Vulgo vi-

*rides silvas*: noster lib. III. de Rapt. 'nec virides audebat visere saltus' apud Maronem, l. IV. 'Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.' Isingrinus *Venetos saltus*, ut *Venetos montes* Fescenninis dixit. Sic et 'Libyci saltus' bello Gild. et 'Calabri saltus' apud Silium, l. VII. *Immissa* etiam *indagine* pro *immensa* Isingrinus: quod de nihilo non est, etsi *vastam indagine* a Lucano dici sciam. Idem l. III. 'Hanc jubet immisso silvam procumbere ferro.' Vide notas Cons. Manlii, vs. 331. *D. Heins.*

378 *Æquoreus populator*] Nimum erat humile piscatorem nominare. *Populatorem* scite dicit, quia integra agmina cogit, et vastat iis pelagus, nam et piscium sunt populi.

*Plagarum anfractus*] Cavitates impares et nullo ordine. Sic 'aurium cavata anfracta' Varro dixit Parmenone. *Barth.*

380 *Excludunt alios*] Ad extremum circulus ille tam arcte clauditur, ut solus cum Principe in militum medio remaneat, cui mactando omnes istæ cæremoniæ fiebant. *Idem.*

*Excludunt alios*] Ut piscator minusculos pisces rejicit in aquam et quasi excludit, ut opimio rem prædam retineat: sic militum corona involvit Rufinum hujus rei imprudentem. *Claver.*

*Cingi se ferridus ille*] *Angi* in quinto Vaticano. *D. Heins.*

381 *Apprensa veste*] More hominum magna serietate aliquem attinentium aut urgentium. *Barth.*

382 *Augustum*] *Arcadium*. De Arcadio, nigellum hominem fuisse et staturæ pusillæ scribit Georgius Cedrenus, ad nihil magnopere aptum præterquam literas scite pingendas.

*Tribunal*] Lignum electioni Imperatoris in Urbe id fuisse docet Codinus in Aulæ descriptione, in quod deinde throni aurei solebant imponi. *Barth.*

384 *Vox desuper ingens*] Ex improvise ipsi velut cælo illapsa, qui alia omnia tum exspectabat. Subita enim omnia cælo demissa credebant veteres, et inopinata. *Barth.*

385 *Nobis etiam, deterrime, nobis*] *Malo deterrime*: quod postea confirmavit quintus Vaticanus. Ita enim in codice Theodosiano Rufinum vocant Arcad. et Honor. A. A. 'Ne unius viri illustris tantum valeat temporalis offensio terrissimi judicis inimici.' Nam Tatianum Rufinus proscripserat: noster l. I. de Rapt. 'teterrime fratrum.' *D. Heins.*

386 *Famulas catenas*] Alludit ad ritum triumphi, in quo captivi, catenati ducebantur, procul amoto pristinae dignitatis statu. Tibull. lib. I. Eleg. 7. princip. et l. IV. ad Mesalam: 'libera Romanæ subjecti colla catenæ.' Carm. II. fine, 'captivos victure novos.' Propert. I. II. El. 2. Ovid. l. IV. Trist. Eleg. II. de Pont. El. 1. et l. 2. de Arte: 'Ibunt ante duces onerati colla catenis.' Flor. III. l. in fine de Jugurtha: hinc est quod Varro, l. IV. de ling. Lat. *victoriam* a *vinciendo* dictam tradat. Rufinum ergo arguit, eadem feritate in cives utentem, qua alii in hostes belli jure atque æquo Marte devictos fuissent usi. *Dempst.*

387 *Unde redi nescis*] Nescisne, impure tyranne, nos a viris venire, viros debellasse in Italia hactenus, nunc fœmineis agminibus minime servituros? Laus occulta Stilichonis, Honorii, totius Antiquæ Romæ: dicit hoc miles olim sub Theodosio ab Oriente in Occidentem debellandis tyrannis ductus. Quomodo v. 217. Stilicho dixit: 'redeat jam miles Eous.' *Barth.*

389 *Bis domitum*] Papin. Silva I. 'Tu civile nefas, tu tardum in fœdera Montem Longo Marte domas.' Quem expressit Claudianus. Innuit autem bella, quibus Maximum et Eugenium Theodosius, socio Stilichone, subvertit. *Idem.*

*Bis rupinus Alpes*] Sæpius ita de



victoriis Theodosii loquitur. Annibalis eum occulte facinori æquat, qui vere Alpium obstacula rupit. *Barth.*

*Bis domitum]* Domui primus Vatican. et quinque alii: *servile nefus* tertius Vatic. *D. Heins.*

394 *Montes nuper dimisit avitos]* Sic primæ editiones: scripti fere omnes *nuper montes dimisit*. Vulgo, *montes amisit*: quomodo et prim. Vatic. *Idem.*

395 *Altorumque exsul nemorum]* Non enim sponte iis excessit. Nam *avitis sedibus* in fera effictis, scite exsilium ejusdem consonat. *Barth.*

*Arenæ muneribus]* Munus proprie ad gladiatores spectat, qui liberalitate summa magnificentiaque conducti populum recreabant. *JC. l. liberti. § Lucius. ff. de annul. leg. et Modestinus, l. legatum. 16. ff. de usu et usufructu legatis.* Quod autem de bestia arenæ damnata dicit, adverte matutina spectacula, ferarum commisiones; meridiana, hominum fuisse. *Martial.* 'Matutinarum non ultima præda ferarum.' *Ovid. l. xi. Metam. Fab. 1.* 'ut matutina cervus periturus arena.' *Senec. l. iii. de ira, cap. ult.* 'ridere solemus, inter matutina arenæ spectacula, tauri et ursi pugnam inter se.' *Symmach. l. ii. Epist. 46.* arena vero est theatrum, cujus solum arena sternebatur; vel ne sanguis horrorem incuteret; vel ne pugnantibus laberentur. *Dempst.*

*Damnatur arenæ Muneribus]* *Isingr. Lucens. prim. Vatican.* multi alii, *Verberibus*: quidam etiam, *Vulneribus*; frustra. Nos vulgatam veram præstamus: quæ ab interpretibus sollicitari non debuit; præsertim cum a scriptis nonnullis confirmetur. Perperam etiam *Delrius* ex suo libro, *Vulneribus convicta. Commota, Irata.* Dicemus lib. ii. in *Entrop. Munera arenæ* spectacula vocabantur, sive quicquid in arena exhibebatur: ita et *Lucan. lib. iv.* 'veluti fatalis arenæ Muneribus non ira vetus con-

currere cogit Productos: odere pares.' *Manil. lib. iv.* 'Nunc caput in Martem vendunt et munus arenæ:' quomodo scribendum esse censeo. Nunc legitur, *in mortem vendunt et funus arenæ.* Sic et *munera* feras ipsas in arena exhibendas noster vocat, lib. iii. in *Stilich.* 'Pacet muneribus montes, ut legibus urbes.' Ita enim versum corruptissimum scribendum esse suo loco monebimus. *Prudentius, lib. i. contra Symmach.* 'Funditur humanus Latiari in munere sanguis.' *Ovid. lib. i. Art. Am. ubi de spectaculis hisce:* 'Saucius ingemuit telumque volatile sensit, Et pars spectati muneris ipse fuit.' Ita optimæ membranæ. Vulgo, *spectati vulneris.* *D. Heins.*

396 *Vir murmure contra Hortatur]* Quomodo vel quem vir contra hortatur? se, an provocat feram? An ruentem contra hortatur qui incitat ad pugnam? Nihil video, quod sit admodum dignum cæteræ hujus loci claritati. Egressus quidem feræ ex cavea describitur, non vero jam cinctæ, quod *Rufini* historiæ conveniebat. Nec sane ille hortatur feram qui venabulum oggerit. *Barth.*

398 *Cuneosque erecta theatri]* Fera sibilum strepitumque pavet, non aliter atque in lustris ad ignotum fragorem concuti etiam nobilissimæ belluæ solent. At mox, quantum quidem naturæ illius concessum est, non timet: sed miratur, amplitudinem aut copiam sibilantium. *Idem.*

399 *Respicit]* Sic *Lucens. Gyrald. prim. et sec. Vatican.* Vulgatum *Despicit* merito vapulavit *Scaligero* libris de *Re Poëtica.* *Claverius, Dispicit*: sed non persuadet. *D. Heins.*

*Sibila vulgi]* Hic designantur spectacula Romanorum. *Tacitus* ait; Romanos voluptatibus adversus subiectos plus valuisse, quam armis. Extat vero apud *Dionem* locus, unde colligas non sine prudentia et ratione, ejusmodi munera esse edita: Συμφέ-



ρει γὰρ περὶ ταῦτα τὸν δῆμον ἀποδιατρίβει. *Claver.*

400 *Ense Prosilūt exerto*] Non aliter scripti meliores, nec audiendi qui vulgatum *erecto* tuentur. Quid. III. Fast. 'Ensis exertis bellica læta Dea est.' Statius, 'fulgentemque exerit ensem:' et alibi, 'exertum dimittere dicitur ensem.' Lib. XI. Theb. 'ut exertos enses et cæde recenti Arma rubere notant.' Silius, l. XI. 'Donec ad exertos enses, fidissima tela, Deventum:' ita enim scribendum, quicquid Dausqueius obloquitur. Superiori versu malim *et lumine torvus* quam *vulnere* cum Patavino. *D. Heins.*

401 *Dictisque et vulnere*] Simul: ἄμα ἔπος, ἄμα ἔργον. *Barth.*

402 *Hac petit, hac Stilicho*] Mendose hæc legebantur: nos priorem Leidensem et duos alios secuti sumus. Alii nonnulli, *Impetit*: quos inter primus Vaticanus. Vulgo, *Appetit*. Miram vim habet hæc repetitio: ut apud Virgil. 'Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat:' quod imitatus Statius, lib. IX. 'hanc tibi Tydeus, Tydeus ipse rapit.' Seneca Thyeste: 'Ne parce potu: restat etiamnum cruor Tot hostiarum. Veteris hunc Bacchi color Abscondet: hoc, hoc mensa claudatur scypho. Mistum suorum sanguinem genitor bibat.' Hercule Cætæo: 'dumque tremebundum manu Tenuit cadaver, Hac manu, hac, inquit, ferar, O fata, victus? Herculem perimet Lichas?' sic urtherque locus ex optimis membranæ Medicæ bibliothecæ restituendus. *D. Heins.*

403 *Hoc absens*] Alludit ad ea quæ dicta sunt vs. 306. *Barth.*

406 *Fessi pœnam libraverit orbis*] Quam fesso tot modis et variis facinoribus afflicto orbi debebat impura illa bestia. Hoc est, Pœnam a toto orbe ingerendam ipsa libraverit in corpus suo ictu. Claverius *libaverit*, quod sane etiam nobis placet. Cum enim nec tot pœnæ satis sint, ut etiam inferis sedibus exigendam umbram in

finem dicat, potius est primum ictum libasse supplicium quam quodammodo peregisse. *Libare* enim est degustare. *Barth.*

*Et fessi pœnam libraverit*] *Libare* est degustare et leviter attingere: ut velit Claudianus illam esse felicem manum, quæ prima levi aliquo vulnere inflicto vel cutem perstrinxerit, gravioribus vulneribus exemplum subministratura. Sunt qui legant *libraverit*, pro Longe ejaculatus erit. *Dempster.*

*Pœnam*] Rufinus enim adeo fuit oneri et pœnæ Orienti, ut pœna ipsa dici meruerit: sic Eutropius dicitur *Eoum crimen*. *Claver.*

*Pœnam orbis*] Ab orbe universo monstroso homini debitam. *Barth.*

*Libaverat orbis*] Ita cum Aldino et Claverii libro, et ex nostris Rottendorpiano, legendum: nec Lucensis dissentit, in quo *livaverit*: vidit et veram lectionem Barthius. Vulgo insulse *libraverit*. Similiter Silius corrigendus, lib. IX. 'Bisque Dei summas libavit vertice cristas.' Nam vetus editio et scriptus codex *libravit*: vulgati, *vibravit*. Statius, Thebaid. v. 'moti tamen aura cucurrit Fulminis et summas libavit vertice cristas:' non *libravit*; quod in plurimis scriptis exstat. Theb. VIII. 'mortemque invenerat hasta: Sed prohibet, paulumque humeri libare sinistri Præbuit, et merito parcit Tritonia fratri.' *D. Heins.*

410 *Hos vultus avidos*] *Rabidos vultus* Lucens. et Gyrald. utrumque probum: pro *artusque trementes* septem scripti *artusque nefandos*. Idem.

*Vultus avidos*] Adhuc avaritiam insatiabilem oris lineamentis referentes. *Barth.*

*Hi vultus avidos*] Mirum supplicium, inauditaque barbaries et vix credibilis, nisi fidem faceret Procopius et alii illius sæculi scriptores, ita perisse Rufinum. *Dempst.*

413 *Reserat curvamina dorsi*] *Reser-*

cat legendum; et sic Moreti alter: *confinia* etiam Isingrinus: quomodo supra 'geminæ *confinia* libræ.' Mox *anhelas*, non *anheli*, Aldus et scripti omnes.

415 *Spatium non invenit ira*] Corporis tantilli spatium non sufficit tanto furori. *Barth.*

416 *Consumpto funere vix tum*] *Lege vixdum*: quomodo apud Statium, Theb. vi. 'Vix dum captus equis labor, et jam pulvere quarto Campum inenunt.' Lucensis tamen et Isingrinianus argute, *victor*: quomodo et Vaticanus primus a prima manu. Alii nonnulli *victum*. Unus *justum*. *Victorem* vocat, quod militum furor in cadavere ejus discernendo satiari non potuerit. *Barthius* τὸ *victor* ad militem refert: sed *vixdum* a Claudiani manu esse opinor. *Ammianus*, lib. xiv. 'qui ita evisceratus est, ut cruciatibus membra deessent.' Sequenti versu recte *Luc.* *Isingr.* prim. Vatican. et alii nonnulli *perit*, non *cadit*. *Juvenalis* ista Sat. III. imitatus videtur. 'Quid superest de corporibus? quis membra, quis ossa Invenit? obtritum vulgi perit omne cadaver.' *Euripides* *Andromacha*, quem locum *Livineius* quoque vidit, πᾶν δ' ἀνάλωται δέμας τὸ καλλίμορφον τραυμάτων ὑπ' ἀγρίων. *Lucretius*, lib. v. sub finem: 'Et tamen inter eos distractum sanguine multo Disperiisse, neque in fructum convertere quisque:' quomodo duo veterimi *Vossianæ* bibliothecæ codices, non *dispersisse*. *Lucan.* lib. II. 'vix te sparsum per viscera, Bæbi, Innumeras inter carpentis membra coronæ Disperiisse manus.' Ita enim legendum videtur, cum scripti nostri constanter, *Dispersisse*; nec damno tamen *Discessisse*: quod vir magnus amplexus est. *Prudentius* *Psychomachia*: 'Discissum fœdis animalibus omne cadaver Dividitur: ruptis heresis perit horrida membris.' *D. Heins.*

*Consumpto funere vix tum Deseritur*] *Funus*, cadaver. Cadaver destituere *Delph. et Var. Clas.*

furorem hostilem irati militis dicit, nec satis esse explendæ tantæ iræ tot modis momento concertum corpus. *Michaël Bentinus* prætulit *consumpto funere Victor Deseritur*. Quam lectionem recipendam arbitror. Non enim victum aut dilacinatum cadaver deseritur, sed inhiantem majoribus suppliciis deserit militem victorem. *Barth.*

417 *Perit per tela cadaver*] Ut nulli appareat, ipsum uti cadaver consumatur. *Idem.*

418 *Mons Aonius*] *Cytheron*. *Eurip.* in *Bacchis*.

*Pentheæ ferrent Mænades*] Diruptum in partes. Vide *Pausan.* lib. II. *Barth.*

420 *Latonia virgo*] *Lucensis visa*: placet, ab *Actæone* scilicet nuda. Pro *Traderet* alter *Moreti proderet*, etiam bene. *D. Heins.*

421 *Speras, fortuna, mederi*] *Aldus* et plurimi ex scriptis *credis*, et sequenti versu pro *certas, speras*: *rependi* pro *rependis* *Helmæstadiensis*. *Idem.*

425 *Truncum*] *Truncus* designat corpus, capite dempto. *Virgil.* lib. II. 'Regnatorem Asiæ: jacet ingens litore truncus.' *Barth.*

427 *Sufficiunt*] *Malim Sufficiant*.

*Vacuo plebs obvia muro, Jam securaruit*] Sic quatuor veterimi et alii alii quot. Vulgo *undique*. Imitatus ipse bello *Get.* 'portas *secura* per omnes Turba salutatis effunditur *obvia* signis:' τὸ *effunditur* primi ac tertii *Vaticani*, et codicis *Oiseliani* lectionem confirmat, in illis enim pro *ruit*, *fuit* scriptum. Bene: nam *ruunt* statim sequitur. Videtur illa *Lucani* respexisse lib. III. 'non confluit usquam *Obvia* turba duci.' Ita enim ab illo relictum esse censeo; cum nunc legatur minus bene *constitit*: τὸ *fluere* plebis securitatem optime exprimit: sic et vestes *laxæ fluere* dicuntur. *Virgil.* *Æn.* XI. 'Olli convenere, fluuntque ad regia plenis Tecta viis:' et lib. XII 'Antæus Mnestheusque omnisque relictis Turba fuit castris.' 'Populis

*Claud.*

4 N

undare penates' noster supra dixerat, ut 'undam salutantum' Virgilius, et 'flumen militum' Silius lib. XII. 'Fertur acerba lues disjectis incitatis, Effusæque ruunt inopino flumine turbæ.' Ita vere libri scripti. Vulgo, *inopino turbine*. D. Heins.

428 *Jam secuta, ruit*] Prædone videlicet publico perempto. *Barth.*

431 *Laceros juvat ire per artus*] Codices quidam *vacuos*: quod Delrius perperam probat, cum *vacuis muris* paulo ante præcesserit. Lucan. lib. II. 'Cum laceros artus æquataque vulnera membris Vidimus.' D. Heins.

*Laceros per artus*] Alii habent *vacuos*, id est, exsanguis et inanimis. Sic Statius lib. IX. Thebaid. 'Vacuorum terga leonum.' *Schott.*

432 *Pressaque calcato vestigia*] Alibi dixit 'truncis immergere plantas.' Quod etiam Papinianam granditatem redolet. *Barth.*

433 *Certant elidere saxis*] *Flagrant* Lucens. Isingr. prim. Vat. et quinque alii: omnino rectius. Statius, Theb. III. 'pars visere flagrant Unius acta viri.' Lib. X. 'flagrant comitari et jungere casus.' Sic *fervent, calent, ardent, æstuant*, noster subinde: de quibus libro I. vs. 311. D. Heins.

434 *Prodigiale caput, &c.*] Immane hoc, sed tamen frequens, quod exercuit Dolabella in C. Trebonium. Tull. Philipp. XI. Augustus caput Bruti Romam misit, ut statuz Cæsaris submitteretur. Suet. in eo cap. 13. caput Galbæ Aug. laxis calonibusque ab Othone donatum, hastæ affixum, non sine ludibrio circum castra portatum. Suet. in Galba, cap. 20. Silius, lib. XVII. 'Servili fers ora ducis suffixa veruto.' Lucan. lib. II. de Syllæ crudelitate: 'Colla ducum pilo trepidam gestata per urbem.' Lege Senec. lib. III. Controv. 17. et antiquitatem hujus ritus disce ex Marone Æn. IX. de Euryali et Nisi morte: 'Quin ipsi arrectis, visu mirabile, in hastis Præfigunt capita.' Sic sæviit in Hippolo-

chum Trojanum Agamemnon. Victor, XXVIII. 8. Flor. III. 10. *Dempst.*

*Quod jam de cuspide summa Nutabat*] More vetustissimo velut triumphantium de hostibus, quorum principum capita hastis præfixa in urbes reducebantur. *Barth.*

436 *Dextera*] Manum Rufini dextram pop. Byzantius fertur abscidisse, ac per vias urbis circumtulisse, ut ostiatim mendicaret post mortem, qui vivus singulos argento emunerat, quod pulchre Poëta enunciavit: qui vero manum illam ostentabat, hæc sermone patrio, quasi per jocos clamitabat: ΔΟΤΕ ΑΠΑΗΚΤΩ, iisque sic multum pecuniæ ex re ludicra obtigit. B. Hieronymus: 'Rufini caput pilo gestatum, abscissa manus dextra, ad dedecus insatiabilis avaritiæ, ostiatim scipem mendicavit.' *Claver.*

437 *Pænasque animi persolvit avari*] *Fraudesque*, Lucens. Isingr. et quinque alii ex melioribus. Pro *vivosque imitata retentus*, multi veteres *receptus*; a recipiendis muneribus: quod nescio, an satis sit Latinum. Mox *adductos digitis inflectere nervos* primus Vaticanus et Oiselianus, non cum vulgatis *adductis digitos nervis*. D. Heins.

438 *Vivosque retentus*] Hominis avari atque rapacis manus comparantur unguibus ferinis, quia feræ volucres eos injiciunt retinendis unguibus.

440 *Desinat elatis quisquam confidere rebus*] Jam ad confirmationem argumenti principio primi libri propositi sub exemplo Rufini. Huc ait respicientes, qui malis artibus ad insignem aliquam potentiam proveci sunt, desinant alta cervice ingredi, et Fortunæ faventis lubricitatem considerent.

441 *Instabilesque Deos*] *Fortunam*, quam Deorum omnium nomine circumloquuntur scriptores, quoties de instabilitate rerum sermo vertitur.

*Inst. Deos, ac lubrica numina*] Non sine reconditiore doctrina numina

Diis subjunct. *Numen* enim velut *anima* quæpiam Dei ipsius habebatur apud veteres, et ab Deo ipso se junc-tim colebatur, tanquam aliquid divi-nius, nobilius, potentius. *Barth.*

442 *Sceptra sibi gestanda parabat*] Sceptri sumtio, Imperatoriæ Potesta-tis usurpatio. *Idem.*

443 *Cujus se toties submitit ad oscula simplex Nobilitas*] Osculatio manus venerationis signum, cujus vel cære-monia, vel certe verbis tenuis oblatio, usque adeo apud eas gentes hodie fre-quens est, quæ a Latinis Barbarie per-mistis descendunt, Romanorum Græ-corumque moribus receptissima erat, e quorum profundo usu ad hæc tem-pora descendit. Tacitus de Othone, Hist. I. 'Ruere cuncti in castra, lau-dare militum judicium, exoculari Othonis manum.' Phædrus, Fab. 82. 'Ut mos est vulgi passim et certatim ruit; Feliciter subclamant ipsi prin-cipes, Illam osculantur, qua sunt op-pressi, manum.' Lucan. lib. II. 'spes una salutis Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ.' Inter Christianos quoque oscula manuum fuisse clarum ex Chrysostomo, lib. I. de Sacerdotio. *Idem.*

*Submitit ad oscula simplex*] Nam dex-tram osculari obsequii argumentum. Plutarch. Catone. Plin. II. 45. 'dex-tra oculis aversa petitur, in fide por-rigitur.' Serv. I. Æneid. 'cur dextræ jungere dextram Non datur?' Lucan. lib. II. 'Spes una salutis Oscula pol-lutæ fixisse trementia dextræ.' *Dempster.*

445 *Feralem quæstum*] Exitialem, abominabilem. *Ferale* vocant Latini quicquid horrendum, abominabile, atrox est, et obscænum. *Barth.*

*Quæstum poposcit*] Feralis quæstus ad se inhumandum tractum ab anti-quitate Romana; nam in templo Li-bitinæ væniebant necessaria ad funus. Plutarch. in quæstionib. Rom. Cæl. Rhodig. xv. 22. Horat. 'Autumuus-

que gravis Libitinæ quæstus acerbæ?' *Dempst.*

446 *Aspiciat nequis*] *Quisquis* Lu-censis, Isingr. prim. Vatic. et sequen-ti versu *gerit* iidem, non *gerat*. *D. Heins.*

*Nimum sublata secundis*] Est illud ὑψαυχενίσιον. Ita ὑψαυχες ὑπερήφανοι Hesychio Lexicographo exponuntur. *Barth.*

447 *Triviis calcandis*] Projectamina sordesque domesticas veteres projiciebant in trivium, ubi loca erant ad ea destinata, viis juxta ædes aptatis. Hinc sermo trivialis, homo de trivio. *Idem.*

448 *Qui sibi pyramidas*] Ædificio-rum magnificorum furorem in Rufino non semel notavit. *Idem.*

*Qui sibi pyramidas*] Pyramidas ex-struxit antiquitas, non tantum ad ser-vandum frumentum, quod Græci πυρῶν vocant; sed etiam ad regum clau-denda cadavera. Strabo, lib. XVI. de his Mela, I. 5. Plin. XXXVI. 12. Mart. Ep. I. Amphith. lib. VIII. Ep. 36. Lucan. lib. VIII. 'Ut Ptolemæorum Manes seriemque pudendam Pyra-mides claudant.' *Dempst.*

449 *Culina manes*] Hic notat sepulchrum vacuum Rufini, quod sibi vivens exstruxerat; id facile supera-vit, opinor, cætera istius ævi Mausolea; in his enim rebus plus satis ex-celluit. *Claver.*

450 *Velari credidit*] Sese velandum. *Barth.*

*Velari creditus ostro*] Sic prior Mo-reti, Oxon. et Regius, cum primo Vaticano atque Oseliano. Isingr. *creditur*. Vulgo, *credidit*. Dempsterus in Corippum commentario ex Bon-garsianis membranis, 'Qui se Sidonio velandum credidit ostro.' Mox cum Aldo et melioribus scriptis, *nusquam*, non *nunquam*: quamvis in contraria eat Clarissimus Barthius, et vulga-tum tueatur utroque loco. *D. Heins.*

451 *Pascit aves*] Pascere aves, est,



sepultura carere: hinc Augustus cui-  
dam sepulturam precanti, respondit:  
'jam istam in volucrum fore potes-  
tate.' Suet. c. 13. quod a Græcis de-  
rivatum est. Homer. Iliad. l. i. princ.  
Senec. Thyest. act. v. sc. 3. vs. 1029.  
'Utrumne sævis pabulum alitibus ja-  
cent?' Ad quem ritum Maro Æn. ix.  
'canibus data præda Latinis, Aliti-  
busque jaces.' Et Pierius Hieroglyph.  
l. xviii. ex Æn. x. 'Alitibus liquere  
feris.' Et Codrus ad Pompeii cada-  
ver, l. viii. apud Lucan. 'Ne fera,  
ne volucris, ne sævi Cæsaris ira Au-  
deat.' Flor. iv. 7. *Dempst.*

*Qui possidet orbem*] *Εἰπωρικὸς*. Qui  
tantas moles suo sepulcro destinave-  
rat, ut fama orbem terrarum exple-  
turum se crederet. Vel simpliciter,  
possidebat. Cujus votis vix satis  
erat possessio universi terrarum or-  
bis. *Barth.*

452 *Pulvere raro tegitur*] Pulvere  
tegi est hic sepeliri; licet apud Plin.  
vii. 46. sepultus sit, quoquo modo  
conditus, humatus, humo contactus,  
et cadaver terra conditum, est sepul-  
turæ mandatum; ex JC. *tit. de sump-  
tibus et religiosis funerum*: inde illa  
Palinuri precatio apud Virg. Æn. vi.  
'Et tu mihi terram Injice,' &c. ubi  
Serv. observat, 'pœnam existimatam,  
caruisse sepultura.' Vide eundem ad  
Æneid. vi. 'Præcipue pius Æneas.'  
Horat. Od. i. 28. 'injecto ter pulvere  
curras.' Statius, Sylv. v. 3. 'Exere  
semirutos subito de pulvere vultus.'  
agit de exequiis patris, idque non  
Romani, verum etiam Græci ritus.  
Valer. Max. v. 3. *Dempst.*

453 *Nunquam totiesque sepultus*]  
Nunquam, cum de Rufino ipso seu  
corpore integro quod animum ejus  
vocabulo audito subit, cogitas. To-  
ties, cum vides miserrimi corporis la-  
cera frustra hinc inde infeliciter se-  
misepulta. *Barth.*

455 *Amolitur onus*] Non *Emolitur*  
prior Leidensis: quomodo primus

quoque et tertius Vaticani pro diver-  
sa lectione. Lucan. v. 'Heu quan-  
tum fortuna humeris jam pondere  
fessis Amolitur onus.' *D. Heins.*

*Respirantibus astris*] Superiore hac  
parte cœli. Eam enim astrorum no-  
mine censent Poëticæ litteræ. Plato-  
nicum simul dogma exprimitur, ubi  
singulis astris sui adscribuntur dæmo-  
nes, suæ animæ, sub omnium patre  
qui mundi universi anima est. *Barth.*

457 *Intrantemque etiam*] *Τὸ etiam*  
mendi suspectum: mox pro *nigri ju-  
dicis* malim *Stygii*. *D. Heins.*

458 *Tunc animæ, quas ille fero sub  
jure peremit*] *Jus ferum* est imperium  
tyrannicum. Jus enim, regnum. Ani-  
mas autem peremisse dicit imitatione  
sacrarum literarum, quarum apertis-  
sima lumina in toto hoc auctore ap-  
parent, et a nobis in gratiam Lectoris  
peculiari sunt libello enarratæ.

459 *Judicis urnam*] Quia judicia  
collectis suffragiis in urnas ei operi  
destinatas per universam fere Græci-  
am exercebantur, inferis quoque talia  
asscripserunt Poëtæ. Virgil. lib. vi.  
Papinius: 'immensis urnam quatit  
Æacus umbris.' Et inde urna ipsum  
fatum, ipsam necessitatem moriendi  
significat. *Barth.*

461 *Dulcia raptu Mella trahit*] Non  
insidiis sed raptu manifesto. *Idem.*

462 *Spicula tendunt*] Instar militum.  
*Idem.*

464 *Rimosam patriam*] Ex Marone:  
'levi rimoso cubilia limo Unge fores  
circum.'

*Pumicis antra*] Gratissima sedes  
apibus. *Idem* Maro: 'sub terra fo-  
dere larem penitusque repertæ, Pu-  
micibusque cavis exesæque arboris  
antro.' *Barth.*

465 *Promoque favos*] Quod ob mo-  
lem casui videtur vicinum. *Idem.*

*Examine velant*] *Vellant* unus Flo-  
rent. *Lego vallant*. Statius, Thebaid.  
xii. 'Intus agunt natos et fœta cu-  
bilia vallant Unguibus, imbellesque



citant ad prælia pennas :’ pro *cinctæ* in aliis *cunctæ* ; nonnulli *cintæ*. D. Heins.

466 *Est locus, &c.*] De Phlegethonte mythologi disseruere : noster lib. I. de Raptu princip. at cultissime, l. II. de Raptu : ‘Flagrantibus hispida nimbis Barba riget, totoque fluunt incendia vultu.’ Senec. Thyeste, act. I. sc. I. ‘Alveo medius tuo Phlegethon relinquit, igneo cinctus freto.’ Serv. ad Æneid. VI. ‘Tartareus Phlegethon.’ Hunc *Pyriphlegethonta* appellat Tertull. Apol. c. 150. ad quod alludit eleganter Sidon. lib. III. Ep. 13. de parasiti oculis : ‘Stygæ vice paludis volvunt lacrymas per tenebras.’ Dempster.

467 *Cocytus*] *Cocytos* bene Mazarin. prim. Vatic. et quinque alii, *Cocyton* : sic et *scorpion*, *Tityon*, pro *scorpios*, *Tityos*, sæpe in antiquis libris. Paulo ante *Est lacus non Est locus* corrigendum censet Barthius : qua castigatiōne non est opus. D. Heins.

*Inamænus uterque Alveus*] Quod ipsa nomina arguunt. Barth.

469 *Turris per geminos flammis vicinior amnes Porrigitur*] Sciendum *Turrim* non unam molem solam, solumque in altum porrectam significare, verum munitionem latam, arcem, structuram plurium ædificiorum, castellum, modo altitudinis sit eminentioris, et quæ fortior ad permanendum. Sic omnes munitas moles turres vocat Lucretius, lib. V. ‘non lapides quoque vinci cernis ab ævo? Non altas turreis ruere, et putrescere saxa?’ Unde et confugium quodvis, tutumque receptaculum, *Turris*. Sane cum per geminos amnes moles ista *adamantina* porrigatur, quomodo ei vicinior sit qui flammis perpetuis fluit, nondum ædopol satis perspicio. Nisi tu vicinum hic cognatum velut, similem, proximum, non tam loco quam natura interpretare, et ita boni scriptores. Prudentius in Hamartigenia : ‘Et datur occultum per proxima quærere

verum.’ Hoc est, maxime similia, et naturæ non absimilis. Barth.

471 *Cocytia fundit Equora*] Prim. Vatic. et quatuor alii, *fundit*; bene : pro *fletu*, Lucens. et Gyrard. *flectu* : ut *littora plangere* Virg. neque aliter Pomponiana excerpta et a manu prima primus Vaticanus cum Oisiliano : sed frustra. Statius, Theb. VIII. ‘assistunt lacrymis atque igne tumentes Cocytos Phlegethonque :’ alluditur enim ad Cocyti nomen. D. Heins.

472 *Fletu concita plangit*] Cocyti alveus lacrymis fluere omnium Poëtarum fabulis notissimus. Hujus a quas *fletum* vocat Claudianus, quibus impulsa turris plangit etiam ipsa, hoc naturaliter sive Deorum fato quopiam coacta facere, nequid absonum mœstitiæ infernali ferret, si non, et ipsa plangeret. Unde quoque mihi videntur flebilem vocem dare, quæ turrim illam allatret velut. Barth.

473 *Huc post emeritam mortalia secula vitam Deveniunt*] Sapientium mortalium multi ante patefactam quoque veritatem sive ad coercendos et in officio tenendos homines, quod Politici illi aiunt, sive conscientia quadam rerum divinarum, statuerunt locum quemdam esse ubi conveniant animæ morte a corporibus solutæ, vel ad præmia benefactorum vel ad capiendas pœnas male administratæ vitæ suæ. Cæteri omnia hæc fabulas rebantur, rati cum Epicuro nil nisi terriculamenta esse et superstitionum cogitationum ludibria ; inter quos comprimis est Lucianus. *Idem*.

474 *Nulla manent*] Lucianus *νεκρικοῖς. ἰσοτιμία ἐν ἄδου καὶ ὁμοιοὶ ἅπαντες*. *Idem*.

475 *Vanoque exsutum nomine Regem*] Tamquam in scena personam quampiam induisset. Et sic sapientissimi scriptores de vita et ambitione potentiae superbiæque humanæ censuerunt ; ut celebre fuerit dictum Petronii Arbitri, ‘totum mundum facere histrioniam.’ In hanc autem senten-



tiam venit congrue ejusdem elegans Epigramma, quo ait: 'Grege agit in scena mimum, Pater ille vocatur, Filius hic, nomen divitis ille tenet. Mox ubi ridendas inclusit pagina parteis; Vera redit facies, assimilata perit.' Eadem enim ratio honorum et dignitatum humanarum est. Et sic fabula vitæ construitur. *Barth.*

476 *Quasitor Minos*] Ita appellant Poëtæ exactorem illum rigidum et justum, ad quem omnia a mortalibus commissa sisti, et ab eo examinari credebantur. Virgil. lib. vi. 'Quæsitore Minos urnam movet.'

*In alto solio*] Tale tribunal ascribebant Minoi. Minos autem ideo ad motus rebus post mortem, quod in vita justissimus fuit, et ipsius Jovis colloquio leges scripsisse creditus, non secus atque Egeriæ Numa. *Barth.*

*Quasitor in alto Minos*] *Quæstores parrici*, vel *parricidi*, ut vult Fest. lib. xv. dicebantur, 'penes quos cura erat criminis examinaudi:' iidem *Triumviri capitales* (de quorum institutione Decad. i. lib. i.) scribente Varrone, l. iv. de ling. Lat. sed et *quæstores* vel *quæsitores* simpliciter vult vocari præpositos et actores judiciorum. Isid. lib. xviii. c. 15. Senec. Herc. Fur. act. iii. sc. 2. et Serv. ad Æneid. vi. 'Quæsitor Minos urnam movet.' *Dempst.*

Qui quæsitor pro tribunali, alto editoque loco sedebat, iudices vero paulo inferius, humilioribus in subselliis. *Delrio.*

477 *Pertentat crimina Minos*] Minoem autem primum discernere bonos a malis ait, deinde alteri iudici eos destinari.

*Pertentat crimina Minos*] *Prætentat* quatuor scripti: hoc est, prius tentat, lib. i. in Eutrop. 'sævi prætentas Pallada campi,' cum membranis. Cons. Honor. iii. 'Diræaque tela solebat Prætentare feris, olim domitura gigantas:' et iv. 'tuus ante profundum Prætentet sonipes.' Stat.

Theb. ii. 'sedit sententia fratris Prætentare fidem:' ita scripti: prim. Vatican. *pertentat*, vel *permutat*. Barthius *præsentat* me invito: nec felicius paulo post *diribit sontes* pro *dirimit* reponi velit. *D. Heins.*

479 *Ad mala mox transmittit verbera fratris*] *Ad rigidi* Lucens. et Gyrald. omnino rectius: *ad sævi* quatuor alii: *ad duri sec.* Vatican. Thuan. *ad sævi mox mittit*. In prim. Vatican. *Ad mala mox...transmittit*. In Oiseliano, *Ad mala viderit transmittit*. Idem.

*Ad mala verbera*] Singularem energiam τὸ mala hoc loci habet, infert enim crudelitatem quandam nocentem, immanem, et astutam simul. Sic malæ Furia apud Horat. 'Ac non aute malis dementem actum furis, quam In matris jugulo ferum tepfecit acutum.' Et 'malæ Orci tenebræ' apud Catullum. *Barth.*

480 *Superni Curriculi*] Sapientum vita humana *curriculo* comparatur, sacris potissimum literis. Juvenalis, Satyr. ix. 'festinat enim decurrere velox Flosculus, exiguæ miseræque brevissima vitæ Portio.' Virgil. 'Vixi, et, quem dederat cursum fortuna, peregi.' *Idem.*

481 *Perspexerit actus*] Non *prospexerit* meliores libri, et cum iis Barthius. *D. Heins.*

482 *Ferarum*] *Μετ'εμψύχως* in belluas hominum, hodie quoque credita, et Pythagoræorum hæc in speciem tantum doctrina erat, sub ænigmatate velut docens quid mereatur vita voluptatibus fœdis atque belluinis dedita, ut clare videmus apud Hieroclem, cap. 52. aureorum Commentariorum in aurea Carmina. Et deflexio ab nobilitate animæ illa est quæ homines facit belluas. Arrianus Epicteti, lib. i. cap. 3. *Barth.*

483 *Vincla pati*] Corpora, quibus illigantur velut animæ et impediuntur ab actionibus puritati et rationi suæ convenientibus. Virgilius Culice: 'Minos Conscelerata pia secernit vin-

cula sede.' Arnobius eodem libro: 'quo facilius exsui corporalibus possit e vinculis.' Sic carcerem animæ vocant nobilissimi auctores corpus. Lucanus, lib. vi. 'Adspicit adstanti projecti corporis umbram Exanimes artus, invisaque claustra timentem, Carceris antiqui.' *Compages* elegantissime appellat Cicero de Senectute: 'Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur.'

*Truculentos ingerit*] Dogma Socraticorum et Platonis. Vide Phædonem, et ejus doctrinæ alios.

*Ursis*] Quia truculentissimum hoc animal, feris barbarisque moribus homines post vitam hanc in hujus formam vel corpus transire censebant.

484 *Prædonesque lupis*] Boëthius: 'avaritia fervet alienarum opum ereptor? similem lupo dixeris.' Et sic molliantur tradita illa Platonis, ut pro lupo homo rapax, pro sue immundus, pro leone ferus intelligatur.

*Fallaces vulpibus addit*] Velut conjugio quopiam. *Barth.*

*Vulpibus addit*] Quidam *abdit* corrigunt: scripti non juvant. *D. Heins.*

485 *At qui desidia semper*] *Somno* Put. et pro diversa lectione primus Vaticanus: forte, *desidia somni*. Sequens versus nihil Claudiani habet. Puto interpolatores hic grassatos: pro *pingues artus*, unus *Med. pigros*. *D. Heins.*

*Desidia semper*] Asino hunc æquare poterat, quem mirum omitti, cum a cæteris fere huic ferorum catalogo accenseatur. *Barth.*

488 *Arcanaque sœvit Prodere*] Hoc inter crimina summa constituerunt ii, qui vitam Politicam, et inprimis Monarchiam, constituere pœnis post mortem sancitis voluerunt. Quicquid enim vel Patriæ, vel Regio, nonnunquam et tyrannico, contraire Imperio videbis, id reperies in Philosophorum

et Poëtarum figmentis apud Inferos atrocissime punitum. Sic hoc loco proditio arcanorum æterno silentio punitur. Sic subdit summum scelus apud inferos esse reflexionem et venditionem Legum: et talia. Sapienter ergo præcipit Horatius, lib. i. Epist. 18. 'Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam, Commissumque tegetes et vino tortus et ira.' *Idem.*

490 *Æterna silentia vocem*] Pisces aiunt omnes mutos esse. Horatius: 'O mutis quoque piscibus, Donatura Cygni, si libeat, sonum.' *Idem.*

491 *Per varios annos, per mille figuras*] *Mille* autem *figuras* dixit, quod nunquam animam quiescere, sed hinc inde in et per animalia varia venire, sciverint Pythagoræi. Periodos illas Pythagoricas per *annos* intellige, quæ quoniam variæ et non unius spatii habebantur, varios annos eruditius dixit, qui non ad cursum Solis aut Siderum, sed sua propria proportione terminarentur. Et sic fatorum quidem Legem in Pythagoricis his transmissionibus certam esse, ipsas autem animas varie multipliciterque mutari scribit Philostratus, lib. viii. Apollon. cap. 3. transire in volucres, terrestres, et marinas animantes Ægyptii tradebant, post in hominem reverti, ut auctor Herodot. lib. ii. *Idem.*

*Per varios annos, per mille figuras*] Scribendum cum Lucensi et Gyrالد. *per varias annis ter mille figuras*, quod et Barthio in mentem venit: neque aliter primus Vaticanus a manu prima; nisi quod in eo *per pro ter*: tertius Vatic. *Varios animos per mille*: et emendatum, *varias animas*. Miror secundis curis Barthium de conjectura sua dubitasse. Ad Ægyptiorum Theologiam hæc refert in Euterpe Herodotus. Lovaniensis, *per varias, annos post mille, figuras*: etiam bene, et ex Virgilii sententia: 'ubi mille rotam volvere per annos, Lethæum ad fluvium Deus evocat.' *Mille lustra*

posuit Silius. *D. Heins.*

492 *Lethæo purgatos gurgite*] Virgil. lib. vi. Lethen autem ideo fabulis junxerunt, quia tale aliquid intervenire necesse erat, cum nemo unquam in vitam venerit memoriam eorum habens quæ ante ipsum facta fuerint. *Barth.*

495 *Veteresque reos*] Ut quisque appulerat, ordine temporis. *Idem.*

497 *Lustrat*] Diu in eo hæret, tot scelerum famosam umbram miratus. *Idem.*

*Ex imo concussa sede*] Indignatione nimia. *Idem.*

499 *Proluvies*] Obscæna, impura, abominabilis colluvies, et congestio. Virgil. de Harpyiis: 'Obscæni volucrum vultus, fædissima ventris Proluvies.' Hoc est, cloaca quæpiam, foricæve horrendæ. Alioqui *proluvies* ipsa alvi egestio. *Idem.*

500 *Quodque mihi summum scelus est*] Altera pars mythicæ Philosophiæ, nimirum non tam vulgum aut quemvis avarum improbumque hominem notans, quam et tyrannum, et Legum receptarum violatorem. Sane Legum auctoritatem servare hoc figmento voluerunt Poëtæ, ex persona vero Rhadamanthi apprime bene hoc loco; et paria sunt apud Maronem, lib. vi. 'Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem Imposuit, fixit leges pretio atque refixit: Ansi omneis immane nefas, ausoque potiti.' *Idem.*

*Improbe legum Venditor*] Leges vendere summum crimen: hinc inter inferni cruciatus *Æn.* vi. 'Fixit leges pretio atque refixit.' *Dempst.*

Facile enim illi, utpote Præfecto Prætorio, leges figere ac refigere non minus quam Triboniano. *Claver.*

501 *Arctoi simulator perfide Martis*] Non enim vere Arctous seu Septentrionalium populorum is Mars erat, sed Rufini, qui ad Imperium sibi parandum tot barbarorum millia universo fere Romano orbi infuderat.

Simulator est qui rei aliam a vera formam inducit. *Barth.*

503 *Plena lassatur portitor alno*] Proverbium quoddam de immensis stragibus. *Idem.*

504 *Quid demens manifesta negas*] *Quid deinceps* prim. Vatican. *D. Heins.*

*Pectus inustæ Deformant maculæ*] Platonis dogma. Animabus etiam defunctorum inhæsuras maculas, unde criminum ipsorum catalogus apud inferos possit recenseri. Revera autem per has maculas conscientiæ læsæ ineluibiles Notæ intelliguntur. *Barth.*

*En pectus inustæ Deformant maculæ*] Lucianus in Tyranno, eorum animis, qui magnis se facinoribus, dum vitam agerent, obstrinxerunt, maculas inustas esse docet: *ὄρασα ἔν τις ὑμῶν πονηρὰ ἐργάσεται παρὰ τὸν βίον, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐμφανῆ στίγματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιφέρει.* Brod. i. 4. ex Platon. Opinio ergo illa invaluit, criminum notas pectori impressas post obitum remanere; ut appareret, quomodo quisque se gessisset: pium sane placitum, et Christianæ religioni vicinum. *Dempst.*

505 *Vitiisque inolevit imago*] Malim *vitiisque*; scilicet tergo. Pro *in te ferre libet*, cave quicquam mutes cum Barthio; vulgatam enim mordicus tuentur scripti. *D. Heins.*

*Vitiisque inolevit imago*] Umbra ipsa mortui vitiorum tuorum imagines refert. *Inolevit*, hoc est, crebra consuetudine velut innascitur et cognata fit. *Barth.*

510 *Arescat decepta sitis*] *Accrescat* Rottendorphianus. *D. Heins.*

*Dapibusque relictis*] Illis quas tanto jam tempore pascitur. Mansurus autem, ne te unquam putes pari modo solvendum pœna. Tibi enim mansurus est vultur. *Barth.*

513 *Pars quota sint*] *Sunt* primus Vatican. aliique nonnulli ex melioribus. *D. Heins.*

515 *Aut inconcesso Tityos*] Non Ti-

*tyus scripti meliores, quomodo et III.* Cons. Honorii, vs. 158. *inconsulto* Gyrald. et Lucens. quomodo *inconsultus amor* apud Auson. nihil tamen mutato. Sic 'inconcessi Hymenæi' Virg. *Æneidos* primo, et Ovid. Met. x. 'inconcessisque puellæ Ignibus attonitæ.' Virgil. Ciri: 'Sin concessus amor noto te macerat igne.' *D. Heins.*

*Tityos deliquit]* Fabulam Tityi explicat: hic enim *ob incontinentiam amoris*, ut ait Horat. Od. III. 4. apud *Inferos vulturem*, ut cum Ennio loquar, 'fibris semper renascentibus,' pascebat: *Æn.* VI. 598. 'immortale jecur tondens:' et per novem jugera distendebatur. *Metam.* IV. Fab. 13. *Tibull.* lib. I. El. 3. *Homer. Odyss.* XI. idem quidem ait, sed duos vultures ponit: lege nostrum, I. II. de Raptu in fine, et Ovid. in *Ibin*, vs. 183. 'Jugeribusque novem qui summus distat ab imo, Visceraque assidue debita præbet avi.' Quæ omnia mystice a Platone in *Gorgia* explicantur, et a *Macrob.* I. I. in *Somn. Scipionis*, cap. 10. et *Pier. hieroglyph.* I. XVIII. Ego sane puto id fictum, quod vultur etiam ultra mare cadavera sentiat. *Isid.* XII. 7. *Mart.* 'cujus vulturis hoc erit cadaver.' *Adi Pontanum* in *Æn.* VI. qui multa congestit huc spectantia. *Dempst.*

517 *Quo tanta piacula quisquam]* Cui quatuor scripti: eleganter. *Ovid. Fast.* v. 'Longa referre mora est collata obliviam damnis:' ita enim vetus liber. *Vulgo, collecta: cui etiam pro diversa lectione primus Vaticanus.* *D. Heins.*

521 *Oculis jam parcite nostris]* Ex superstitione, sive et usu communi, loquitur, oculos inquinari spurcis et

inquinatis rebus objectis. *Ovid.* 'Cum spectant oculi læsos, læduntur et ipsi: Multaque corporibus transitione nocent.' *Suum autem Chaos* dixit inferos ipsis *Inferis inferiores*, nam nobis dum apud superos sumus, inferi *Chaos* appellantur. Vide ad I. I. de Raptu *Proserp.* vs. 27. *Lucan.* I. IX. 'Jam nunc te per inane *Chaos* per *Tartara*, conjux, Si sunt ulla, sequar.' *Omnis confusio eo nomine censetur Poëtis:* ut mundus, priusquam in ordinem suum omnibus membris veniret. Etiam pro tenebris nocturnis usurpant *Christiani Poëtæ.* Aliqui materiem illam omnium rerum fontem, quam semper fluentem appellat noster *Panegyrico Mallii*, hoc nomine censuerunt, quam Latini alioquin *silvam* vocarunt. *Barth.*

525 *Quo Ditis opaci]* *Qua* Gyrald. Lucens. et quinque alii: bene. Cum iisdem, *noctis opacæ* scribendum: nam *Ditis* jam præcesserat. *D. Heins.*

526 *Præcepsque ibi mersus anhelet]* Sic Lucens. alii *penitusque ibi:* sex *penitusque immersus:* placet; ut apud *Prudentium Apotheos.* 'Quo cum te *Christus* penitus nigrante profundo *Immersum* vocat.' *Petron.* 'Est locus exciso penitus demersus hiatu.' *Severus* in *Ætna:* 'Cernis et in silvis spatiosa cubilia retro Antraque demersas penitus fodisse latebras:' quomodo versus illi ex antiquis membranarum legendi. *Penitus immersus* pro diversa lectione primus *Vaticanus* et multi alii ex scriptis. *Sequenti versu Florentin. S. Marci, feriant et rotet:* quomodo et *Raphelengius;* vulgo *feriunt et rotat.* *Idem.*

## VI.

## DE TERTIO CONS. HONORII PRÆFAT.

1 *Parvos non aquilis*] Concinniorem futurum versum jam olim rati sumus, si legeretur: *Non fas est Aquilis parvos educere fœtus*. Quod ut verum est, ita contra omnes tamen libros nihil mutamus. *Barth.*

*Aquilis*] Non quidem Menelætis, vel Pygargis, vel Anatiariis, vel Olypelargis; sed Haliætis. *Delrio.*

*Fas est educere fœtus*] De solenni hoc Aquilarum sive fabula sive facinore perhibent testimonium scriptores varii. Silius Italicus, lib. x. 'Armiger haud aliter magni Jovis, anxia nido Quum dignos nutrit gestanda ad fulmina fœtus, Obversam spectans ora ad Phaëthontia prolem, Explorat dubios Phœbæa lampade natos.' Sic Lucan. lib. ix. 'Utque Jovis volucer calido cum protulit ovo Implumes natos, solis convertit ad ortus: Qui potuere pati radios, et lumine recto Sustinuere diem, cœli servantur in usus, Qui Phœbo cessere jacent.' Perspicaciam Aquilæ singularem celebrant Apuleius Floridis, Hyginus Poëtico Astronomico, alii infiniti.

*Educere*] Educare. Sic non semel Cicero. Terentius Adelphis: 'Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo.' *Barth.*

2 *Fidem*] In re inanima. *Idem.*

3 *Excusso saliit*] Non enim usu aut tempore opus habet ut salire discat.

*Excusso saliit cum germine proles*] *Tegmine* emendarat in ora codicis sui ὁ θανάσιος Scaliger: quod Gyraldi-

nus liber confirmat. noster de Crystallo: 'Clauditur immunis convexo tegmine rivus.' 'Corticem ovi' dixit Serenus Sammonicus, cap. 30. 'putamen' cap. 41. et 'fragmen juglandis' cap. 66. *saluit* etiam Lucensis, quomodo apud Ovid. Fast. v. 'Per flammam saluisse pecus, saluisse colonos.' quam illic veram esse lectionem testis Priscianus. Pro *excusso* perperam *excuso* Raphelengius. Si quis vulgatum τὸ *germine* tueri velit, ita licet interpretetur, quomodo noster Epistol. ad Serenam *germina* uniones vocat, et lib. i. de Rapt. cornua: 'Nec nova lunatæ curvavit *germina* frontis.' quare et forsitan corrigendum, 'excluso *germine*.' quod proprium hac in re verbum. *D. Heins.*

*Cum germine*] Statim ut prodeunt, ovo rupto. Lucanus, lib. ix. 'Jovis volucer, calido cum protulit ovo Implumes natos, Phæbi convertit ad ortus.' *Barth.*

4 *Hiulca*] Semiapertura, scissa. Catull. 'Dulce viatori lasso in sudore levamen, Cum gravis exustos æstus hiulcat agros.' *Idem.*

5 *Implumes convertit ad æthera nidos*] Duo libri *natos*, quod Claverio probatum: totidem *pullos*: nihil muta. Avienus similiter Fab. xx. 'Sed vox implumes turbavit credula nidos.' *Nidos* pro *pullis* etiam Virgilius dixit Georg. lib. iv. 'Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.' et Æn. xii. 'alta atria lustrat hirundo, Pabula parva legens nidisque loquacibus escas.' Et Dracontius illa imitatus:



'Sylva comis vestita viret, nidosque loquaces Exhibet : ' plura ad rem Barthius curis secundis. mox cave audias legentes *Naturam vires* contra fidem membranarum castigiorum. Virgillii locum observavit quoque Nonius Marcellus. Solinus : 'Ales est Ibis : ea serpentum pabulatur ova, gratissimamque ex his escam nidis suis defert.' Glossæ veteres, *Neosōds, nidus, pullus*. Naso Medicamine faciei : 'Adjice de querulo volucrum medicamina nido ; Ore fugant maculas ; Alcylenea vocant.' Seneca Hercule Furente : 'Pendet summo stridula ramo, Pennasque novo tradere soli Gestit querulos inter nidos Thracia pellex.' mox *Degenerem visum* Lucens. et alii aliquot. *D. Heins.*

*Implumes nidos*] *Nidi* sunt avium pulli, Poëtarum usu. Virgilius, *Ge. VI. de Apibus et Hirundinibus* : 'Omnia nam late vastant, ipsasque volantes Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.' *Barth.*

9 *Refugo*] At humani oculi luce directa et nimia læduntur ; neque ideo viri magni et musæo suo adfixi, sunt degeneres. *Claver.*

10 *Ira paterna*] Occidi a patre, scribit Aristoteles. *Barth.*

11 *Exploratores ignes*] Ab ignis natura exigente omnia. Sic *Exploratores foci* Martiali, lib. VIII. *Epig. 51.*

12 *Sustinuitque acie*] Res nota ex superius adscriptis auctorum verbis. Philosophorum autem prudentiores hoc exemplo non quælibet ingenia, aut quoslibet homines institutioni aut disciplinæ suæ admittebant, sed

quorum animos velut per corporum habitudines explorayerant.

*Acie nobiliore*] Contemtrice periculorum. Nobilitas animi et corporis in contemtu et superatione discriminum. Quo spectat illud vulgatum, 'Nobilitas sola est atque unica virtus.' *Barth.*

13 *Volucrumque potens*] Imperator aut Princeps. *Idem.*

14 *Gesturus summo*] Fulmen Jovi sceptrum dant Poëtæ, Scepro gestatricem Aquilam, ut vis superna et inevitabilis caveretur bonis moribus et factis, pœnam atque ultionem iis administrari ducibus, qui essent omnium acerrimi, si qui malis se vitiis submisissent. *Idem.*

15 *Pieriis tentatum sæpius antris*] In umbra Studiorum Musicorum, inque speculationibus Musicis, carmine clausis, ingeniique exercendi ergo recitatis : p̄nc vero in Lucem se Regiam audere prodire dicit, et ipsius Imperatoris auribus probare Musas suas. *Idem.*

16 *Magna Roma*] Sane cujus comparatione aliæ omnes civitates fuerint minuta oppida.

*Suo Deo*] Roma Cælum ; Cœli Deus, Imperator. *Barth.*

17 *Jam dominas aures*] *Aures* autem *Dominas* præsentiam et approbationem simul Honorii Principis autumat, cum ea parte Judicium præsens Poëticum sæpe scriptores designent. Persius de acris judicii Magistro : 'Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto.' *Acutæ aures, acre judicium. Idem.*



## VII.

## DE TERTIO CONSULATU HONORII.

*Consulatum* ingredientis moris erat laudari et admoneri Officii. *Barth.*

1 *Tertia*] Hæc Panegyris in tertium Honorii Imp. Consulatum recitata est a Claudiano coram ipso principe, in palatio Mediolanensi, anno Domini 396. Collegam vero habuit, sed priorem, Arcadium. *Claver.*

*Romulei*] Romani, in loco ubi dominatus Romulus. Majestatem suam summo quondam civili magistratui reddidisse Honorium jactat, quod eum in Arce ipsa, Urbe scilicet rerum principe, sumserit.

*Sumant exordia*] Annum inchoent, quod scite Plinius dixit *annum aperire*.

2 *Terque suas ducat*] Sic e libro Claverius: quomodo et Florentinus S. Marci. Vulgo *tuas*. *Ter* pro tertium. Forte tamen rectius Oxoniensis *Et triplices ducat: pompa* etiam pro *Roma* meliores. Cæterum primo Vaticano hic panegyricus manu recenti erat adscriptus. *D. Heins.*

*Terque suas ducat bellatrix pompa curules*] Militarem pompam dicit Imperatoris Consularibus auspiciis præsentem, et Principem Togato Magistratu conspicuum comitantem, quod privato nemini licuerit, in Cæsare autem spectaculum præbeat luculentissimum. Alludit eodem aliis libris, ubi Martem et Quirinum ducere fasces Augustos, eis que ornandis adesse autumat.

*Ducat*] Comitetur ex Palatio sive Aula in Curiam. De domiciliis enim suis producebantur in Senatus congregati Concilium novi Consules, stipante clientium amicorumque agmine.

*Curules*] Solium Consulare. *Barth.*

3 *Festior*] Jucundior, Sanctior. Omnia tempora tam generosi Consulis auspiciam felicitate secutura dicit.

*Annus*] Consulatus, cujus annua Potestas.

*Cinctus*] Vestitum omnem vox ista notat. Cum enim is veteribus longior prolixiorque foret, quam ut commode eo fluente incederetur, succingere eum usus jussit. Unde habitum omnem notat *Cinctus*.

*Gabinos*] Pacificos, Urbanos, quos Gabiis urbi illatos populus Romanus festos pacificosque servavit. Consul autem Romanus hoc habitu utebatur, cum magni aliquid facinoris conficiebat. Virgil. vii. 'Ipse Quirinali tra-bea, cinctuque Gabino.' Manil. lib. iv. Astron. 'rituque Gabino Mænia succinctus curvo describat aratro.' Gabini enim arantes quondam, cum ab hostibus forent ex improvise deprehensi, Togis eo habitu succinctis victoriam tenuerunt; itaque urbanis sacris festisque, eo cinctu, ut felici, postmodum sunt usi. *Barth.*

4 *Purpura*] Gentium consensu Regiæ potestatis insigne. Sic usurpatum etiam Consulibus Romanis. *Id.*

*Dives Hydaspeis augetur purpura gemmis*] Purpura Consularis, alioquin pretiosissima, pretiosioribus gemmis, Imperatorio nimirum habitu iis exornato, augetur pretio. Hydaspes Indiæ fluvius, dives a gemmis, nobilissimo Indiæ proventu. Seneca: 'Ruraque dives cingat Hydaspes.' *Idem.*

5 *Succedant armis trabæ*] Senatus conjunctionem cum Principe, et militem utrique servientem facit; raro exemplo temporum: cum plerique

principes nihil non militibus et debuerint et tribuerint. Ut rara res et principibus fere periculosa fuerit Senatuum dignitatis suæ laudare vel auctorem vel fautorem; ut ii contra laudati supra omnes qui Senatui pristinam auctoritatem, quantum in ipsis fuit, restituerunt.

*Succedant*] Post Rempublicam armis defensam, Senatoria et Consulari auctoritate regendam dicit, ut priscis æquet sum Honorium. *Barth.*

*Succedant*] Id aliter exprimit Sidonius, nec minus præclare: *post palmam palmata venit.* *Claver.*

*Tentoria lictor Ambiat*] Ut Consules prisci, expeditionem subeuntes, Consularibus utebantur insignibus etiam apud exercitum. *Barth.*

6 *Latia secures*] Consularis potestas. Velut decreto Patrum Consuli datus sit exercitus. *Idem.*

7 *Tuque, o, qui patrium*] Exclamatio aut inelamatio Poëtica, usitata cum ad insignem personam res et oratio deflectitur. Valer. Flacc. l. i. 'Tuque, o, pelagi cui major aperti Fama,' &c.

*Patrium orbem*] Imperium Romanum, quod, ambitione loquendi, Orbem terrarum Universum denotat. *Barth.*

8 *Eo cum fratre*] Alludit simul ambos Consules. Tertium enim Honorio in Occidente, quartum Consulatum in Oriente suo gessit Arcadius. *Idem.*

10 *Spes votumque poli*] Formula velut Acclamationis. Maro de Ascario ex Ciceronis, ut volunt, verbis: 'Magnæ spes altera Romæ.' Votum, desiderium. *Idem.*

*Spes votumque poli*] Huic loco plane convenientia legimus in Oratione Commodi: 'Nunc me vobis, fortissimi milites, Fortuna principem defuncto patre, non quidem electum sed in palatio natum atque educatum, dedit, ut qui nec in plebeis vagii cunabulis; simul enim mater me in lucem

edidit, veste imperiali amictus sum, eodemque momento me Sol hic principem atque hominem vidit.' *Claver.*

*Primo a limine vitæ*] Malo *primæ*, sic apud Martialis lib. iii. Ep. 5. *primæ in limine tectæ*, ita enim ex vestigiis Vaticani libri corrigebam olim: quod ad Senecam Cl. Gronovius jam occupavit. Vulgo *primi tecti*. *Tectam viam* intelligit. *D. Heins.*

*Primo a limine vitæ*] In contemptum præ Honorio Arcadii jactat illius nativitatem, patre jam Imperatore. Contra Arcadium commendat Synesius lib. de Regno. *Barth.*

13 *Privatos nescit fortuna*] Pulcre Georgius Pachymerius, lib. ii. Historiar. 'Eum principatum rectissime commendari ad quem spectata et probata virtute eveharis: quod is demum populo prosit, qui id exsequendum sibi putet, cujus gratia sit constitutus.' *Idem.*

14 *Et regnum cum luce dedit*] Eadem de eodem canit iv. Cons. 'Nascere æquæva cum majestate creatus, Nullaque privatæ passus contagia sortis. Omnibus acceptis ultro te Regia solum Protulit, et patrio felix adolescens in ostro,' &c. *Idem.*

15 *Exceptit Tyrio venerabile pignus in ostro*] Regius mos purpura Principali excipere infantes recens natos. Sic de eodem, iv. Cons. 'Membraque, vestitu nunquam temerata profano, In sacros cecidere sinus.' Hic, ut primum utero materno prodiit Honorius, purpura Imperatoria est exceptus. Neque notatione hic indignum porro Romanorum etiam pueros, qui delicatius educarentur, in purpura enutritos, quod arguendo parentum luxui notat Quintilianus. *Idem.*

16 *Lustravitque tuos*] Supra dixit in castris natum esse Honorium: *Lustratio* autem hæc circumductionem notat. Nam recens nato infanti ludos militares exhibitos, in orbem decurrentibus legionibus circa locum

nativitatis, autumat. Mos autem vetustissimus recens natos Heroum infantem armata militia circumdecurrente lustrare. Velut autem Honorio nostro hoc loci gloriæ datur felicitati que in castris Imperatoriis nativitatem habuisse, sic intra Domum Cæsaream, aut in Castrensi Prætorio natum esse, summe felix fortitudinis auspiciis, et ad res gerendas fatalis ducebatur destinatio. *Barth.*

*Aquilis*] Signa Romanorum intelligit.

17 *In mediis cunabula præbuit hastis*] *Præbita castris* forte scribendum: quanquam alteri scripturæ controversiam temere moveri nolim: in nonnullis codicibus insulse, *venabula præbuit escis*. *D. Heins.*

*In mediis cunabula præbuit hastis*] Ista autem, quæ de Honorio hic prædicat Claudianus, mirifica omnia verborum suavitate Valentiniani Laudibus accinit Themistius, Oratione xi. Dicit ergo Honorium Principem ad Virtutem sequendam Regiæ Nativitatis Felicitate esse compulsus, velut et a Natura Deoque ipso adactum. *Barth.*

18 *Ferox Germania*] Bellicosa, jugi dominationisque impatiens, Martia. *Idem.*

20 *Caucasus*] Ferarum gentium, Romanisque ignotarum, hospes mons.

*Numen confessa*] In puero modo nato. *Barth.*

21 *Meroë*] Meroë insula ambiente facta. *Idem.*

22 *Reptusti per scuta*] Sidonius Pagnyrico Anthemiano: 'At postquam primos infans exegerat annos Reptabat super arma Patris, quamquam arcta tenebat Lamina cervicem, gemina complexus ab ulna, Livida laxatis intrabat ad oscula cristis. Ludus erat puero raptas ex hoste sagittas Festiva tractare manu.'

*Regumque feroces Exuvia*] Recentes adhuc sanguine, taboque hostili adpersæ et horrentes. *Barth.*

*Regumque recentes*] Non bene vulgo *feroces*. nam *ferox* præcesserat. quatuor libri *jacentes*. veram lectionem vidit etiam Raphelengius, quam meliores scripti tuentur. *D. Heins.*

23 *Tibi ludus erant*] P<sup>ro</sup> ridiculo, nulli timori. Martialis: 'Ludus erat sacræ connubia fallere tædæ,' &c.

*Primusque solebas*] Ultro, tua sponte, nec ab eo jussus aut invitatus. Etiam hæc non sine invidia Arcadii dicta sunt. *Barth.*

24 *Torvum post prælia patrem*] Spirantem adhuc laborem bellicum, notasque, ut alibi loquitur, accensæ virtutis adhuc vultu præferentem. *Idem.*

25 *Signa triumphato quoties flexisset ab Istro*] *Torsisset* duo libri. non sequor, l. ii. in Rufin. 'Flectite signa duces.' *D. Heins.*

*Triumphato*] Notæ pugnæ et victoriæ pro Republica Theodosii. Inter cæteras ejus virtutes notabilis ea, quod triumphandi studio, cum cætera Trajano omnium laudatissimo principi par esset, contento hac parte summo fuerit superior.

*Ab Istro*] Scythia, Danubio. Quibus omnem immanium et invictarum Gentium molem scriptores circumloquuntur. *Barth.*

*Ab Istro*] Multa et præclara sunt Theodosii gesta contra Getas et Transistrianos, qui flumine trajecto Macedoniam invaserant. *Claver.*

28 *Frana Suëvi*] Hanc nationem merito bellicosissimis accenset, qui eo postea militaris gloriæ venerunt, ut in conflictibus sociarum gentium ipsis primus cederetur congressus. Abbas Hirsfeldensis in rebus Henrici iv. Imperatoris: 'Datum est negotium Rodolpho, Suevorum Duci, ut ipse cum suis prima acie confingeret, peculiari Suevorum privilegio, quibus ab Antiquis jam diebus Legi datum est, ut in omni expeditione Regis Theutonici ipsi exercitum præcedere, et primi prælium committere debeant.' *Barth.*

30 *Sustulit arridens*] Summam generosissimamque indolem in contemptu sanguinolentorum et fulgentium Armorum ponit. *Barth.*

31 *Galea nec triste timentem Fulgur*] Indole vere ingenti et patria. *Triste fulgur*, horrendum. Galearum autem veterum ea cultura, ut timore hostes tangerent. *Idem.*

*Triste timentem*] *Trementem* scripti duo. quod nervosius. dictum supra. *D. Heins.*

33 *Tum sic letus, &c.*] Hæc omnia ex Homero, II. 1. At Claudianus audacior minusque timidum facit Honorium, quam filium Hectoris.

*Stellantis Olympi*] *Æn.* VII. 'stellantis Regia cæli.' Omnem undique stellis micantibus splendentem intellige. *Barth.*

35 *Hyrcanas opes*] *Parthorum* et *Persarum* regna intelligit, confusa tum nominibus, unice parentia, sola infesta fere ad timorem Romanis rebus ad Orientem. *Idem.*

36 *Flamine crebro Turbidus*] Denso anhelitu, crebro spiramine tam contrariorum ventorum quam suo ipsius anhelitu. Quis ignorare potest tali facie ex præliis redire principes? *Idem.*

*Flamine crebro*] Vult indicare eo, suam crispulam cæsariem quasi ventorum contentione agitari: sequente Panegyri. idem Poëta se explicat: 'Ipse labor pulvisque decet confusaque motu Cæsaries.' *Claver.*

37 *Grato respersus pulvere belli*] Indice virtutis, rei que strenue gestæ, pulvis enim de campo militarem laborem docet. *Barth.*

39 *Mox ubi firmasti*] Ab Infantia ad pueritiam nunc proscendit, et quæ jam gradum figenti Principis filio discenda sint, sub exemplo proponit. *Idem.*

40 *Nec marcida luxu*] *Non secund.* Vatic. Palat. Florent. S. Marc. et unus Ambros. *D. Heins.*

*Non marcida luxu Otia*] Qualia

Primatum Optimatumque Romanorum sobolem corrumpere, omnibusque vitiis præparare, multis elegantissimisque verbis queritur Quintil. I. 2. Et Seneca alibi. *Barth.*

42 *Nova membra*] Viridia, vegeta, primæva ætate. Horatius: 'Dumque virent genua.' *Idem.*

*Instruxit membra labores*] Regia instructio talis esse debet, ut parentum ipsorum monitis et corhortationibus indolet egregia exempla et doctrinam morum conquirat, corporis autem exercitiis dedat sese aliis, qui ad roboranda et firmanda membra idoneas artes addoceant. 'Hos tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum, Hæc exempla dabat.' Sine quibus videlicet manca Heroici animi videatur instructio. *Idem.*

43 *Cruda*] Viridi velut et laborum patiente. *Idem.*

*Et cruda*] Theodosius sane optimus Campi doctor. Veget. 'Per quotidiana exercitia armorum doctrina demonstranda est, ut missile destinato ictu et magnis viribus jaciant, norint tractare scutum.' *Claver.*

44 *Non cedere nimbis*] Silius: 'vertice nudo Excipere insanos imbres; cælique ruinas Spectarunt Pœni,' &c.

45 *Transare sonoras*] De natandi peritia Principi necessaria, alibi multis. *Barth.*

*Tranare*] Ideo campus Martius vicinus Tiberi delectus, in quo juvenis post exercitium, sudorem pulveremque dilueret, ac lassitudinem natandi labore deponeret, auctore Vegetio. *Claver.*

46 *Adscensu vincere montes*] *Adscensum montis* Gyrard. Lucens. et unus Medic. nihil muto. Virgil. lib. II. *Æneid.* 'summi fastigia tecti Ascensu supero.' *D. Heins.*

47 *Planitiem cursu*] Celeritas in Heroibus laudatissima. Sic Achillem omnibus præfert Homerus. *Barth.*

*Cursu*] Ad cursum assuefieri milites debent, ut loca opportuna celeri-

ter occupent. Sic et ad saltandum exercendi, quo vel fossæ transiliantur. Veget.

*Saltu*] Silius Italicus, lib. VIII. 'Ipse inter medios venturæ ingentia laudis Signa dabat, vibrare sudem, transmittere saltu Murales fossas.'

48 *In clypeo*] Alibi Stilichonem laudat, clypeo fultum cervicem in silva dormivisse.

*Vigiles noctes*] Vigilantia inter summas Ducis Principisque Virtutes, strenuum animum nec in somnum supra necessarium remittens, ne occupata ingentibus cogitationibus mens, sordidiam ullo tempore admittat. *Barth.*

*Producere noctes*] Ita membranæ fere omnes, non *perducere*. Propert. lib. I. El. 3. 'O utinam tales producās improbe noctes.' sic scribendum. Statius, Theb. VIII. 'vario producunt sidera ludo, Ante domos.' *educere* idem Theb. II. 'Insomnem ludo certatim educere noctem, Suaserat.' aliis *ducere*. sic et 'cœnas in lucem producere' noster bello Gild. dixit. Sequenti versu pro *portare* verum est *potare*: et sic Mazarinianus, et unus Vatic. a manu secunda. Sidonius Panegyri. Authemii: 'Indicus Ausonia potetur casside Ganges.' Statius, Theb. III. 'Hostilem Ismenon galeis Dircenque bibamus.' Albionvanus de obitu Mæcenatis, 'Potasti galea ducæ jubante merum.' ut verissime in Venusinis lectionibus, quas luci aliquando daturus sum, δ μακάρτης Janus Rutgersius avunculus meus legendum censet. Vulgo *juvante*. 'Jubantem galeam' dixit, ut *comantem* Virgilius. *D. Heins.*

49 *In galea portare nives*] Potum sibi galea portare, strenui pugnatoris argumentum, non deficientis videlicet etiam extremis rerum angustiis. *Barth.*

50 *Glandes baleari spargere funda*] Balearium Insularum incolæ nobiles pugnare funda. Florus, II. 8. *Idem.*

51 *Nimium*] In Honorio nimium amorem militaris virtutis, audaciam-

que amis majorem compescit etiam Theodosius Pater. *Idem.*

*Nimium pugnae inflammaret amorem*] Malim *nimio amore flammaret*. Barthius ex suis codicibus. qui adeundus. *D. Heins.*

52 *Avi*] Theodosii.

*Adusta Libyæ*] Ultimas, vixque pervias solitudines Africæ pacatas adscribit avo Honorii. Res gestæ sunt apud Ammianum. Libya autem interior perpetuo calore et fervore quasi adusta. *Barth.*

53 *Impervia Thule*] Eousque omnia pacasse laudat Theodosium. De Scottis, Pictis, nominatim Ammianus, qui restitutis Britannis tam gloriosum reddisse ad Comitatum dicit Theodosium, ut Furio Camillo et Papinio Cursore victoriarum laudibus non fuerit minus insignis. *Thulen* pro ultimo orbe ponit Claudianus, ultra eam enim nihil certi compertique relatum habebant. *Idem.*

54 *Leves Mauros*] Fugax et instabile omne Maurorum Numidarumque genus, apud Livium, Polybium, Salustium. De Mauris Theodosio avo subactis noster in Bello Gildonico.

*Nec falso nomine Pictos*] Gens quippe hujus vocabuli solita corpus etiam fuco pingere. Pingebant autem corpora Picti variis animantium figuris. *Barth.*

55 *Edomuit*] Perdomuit.

*Scotumque vago*] Vagum populatorem ubique persecutum, donec edomaret, dicit Theodosium. *Barth.*

*Vago mucrone secutus*] Non *vagum* scripti meliores. *D. Heins.*

58 *Tethyos alternæ*] Utriusque Oceani. *Refluum Oceanum* vocat, quod in se redeat, orbem amplexus, nullo ipse termino. *Barth.*

*Refluas calcavit arenas*] *Refugas* prim. Vatican. et Farnes. *D. Heins.*

59 *Semina laudum*] Quæ teneris annis instillantur, similitudine frugum, inseri quodammodo dicuntur. *Idem.*

60 *Non ocius hausit Achilles*] Sum-



num Græciæ Heroëm exemplum Honorii rebus aliquoties componit.

*Ocius hausit*] Acumen et felicitatem ingenii mirificam commendat in Honorio. *Barth.*

61 *Semiferi*] Centauri.

*Cuspidis artes*] *Hastæ vibrationem.* Hastam pro armis omnibus dixit, quorum exercitiis Chiron imbuebat Achillem. *Barth.*

62 *Lyræ cantus*] His Poëtæ circumloquuntur omnem Musicam, omnesque aliquando artes Liberales.

*Medicas seu disceret herbas*] Chiron autem Centaurus Medicinæ consultissimus. *Barth.*

*Medicas seu disceret herbas*] In Ms. Dempsteri paulo aliter leg. *Medicas seu disceret artes.*

63 *Interea turbata fides*] Mira ingeniositate tumultum subito, subito aliorum et ad eum conversa raptaque oratio exprimit. Datam autem eo tumultu Principi ait materiam exserendæ virtuti. *Barth.*

64 *Bella tonant*] Pro tempestate ingenti, cui æquantur: iv. Consul. 'si bella tonant, prius agmina duris Exerce studiis, et sævo præstrue Marti.'

65 *Crimen Superum*] Indignæ rei familiaris Paganis scriptoribus execratio, Deorum pudorem, crimen, opprobrium, esse. Lucan. lib. viii. 'nunquam superum caritura pudore Fabula.' Phædrus, Fab. xxxix. 'Donec Fortunam criminis pudeat sui.' *Barth.*

*Longi proh dedecus ævi*] Ævi dedecus, extremum vituperium, ut et Seculi pudor, aliaque id genus non pauca. *Idem.*

66 *Barbarus Hesperias exsul*] Arbogasten dicit, qui Eugenium Magistrum, hominem de Schola, Rei Romanæ imponere voluit, paulo ante Tertium hunc Honorii Consulatum. Vide reliqua apud Barthium.

*Barbarus*] Et gente et moribus. Marcellinus: 'Arbogastes, vir barbarus, consilio, manu, potentia, audaciaque nimius.' *Barth.*

*Delph. et Var. Clus.*

67 *Dejecto*] Humili, nullius dignitatis homini Grammatico primum, post militi; licet a prudentia et doctrina eum summopere commendet Zosimus, fatetur tamen Eugenium hunc Scholam habuisse, et inde ad Imperium translatum, quod sub ejus nomine Arbogastes erat administraturus, donec et umbram istam commode submovisset. *Idem.*

68 *Princeps*] Theodosius, ad quem miserat super Arbogastis temeritate Valentinianus, adolescens ad summa factus, nisi perfidia suorum occidisset. *Idem.*

*Gentesque remotas*] Omnem exercitum omni cura collegisse, ut summo discrimine impendente, tradit Zosimus. *Idem.*

69 *Tumidus Euphrates*] Ingens: is enim annis inter maximos terrarum Orbis. *Idem.*

70 *Halys*] Vide Herodotum et Scholiasten Apollonii, lib. ii.

*Ditat Orontes*] Amœnissimarum Syriæ regionum cultor ac peragator. *Barth.*

71 *Thuriferos Arabes saltus*] Arabum divitiæ in silvis. Manil. lib. iv. 'Et molles Arabas, silvarum ditia regna.' *Idem.*

72 *Armenii Phasin*] Phasis nobilissimus Colchorum fluvius, Armenia oriundus.

*Niphaten*] Parthiæ sive Armeniæ fluvium, monte Niphate oriundum. *Barth.*

73 *Quæ tibi tunc Martis rabies*] Nonnum ætatis annum egisse Honorium, Theodosio in Eugenium movente, colligimus ex Fastis Idatii. Sunt qui Expeditioni tantæ socium aſcivisse puerum tantillum Theodosium scribant.

*Sequendi Ardor erat*] Flagrasse cupiditate belligerandi cum patre ait. *Barth.*

74 *Flagrabant pectora*] Ardentissimum desiderium ipsa flamma circumloquitur. *Idem.*

*Clud.*

40



75 *Campi*] Belli, conflictus. *Barth.*

76 *Truncisque immergere plantas*] Pr. Vatic. et Farnes. *inungere*. Palat. *inmingere*: an *intinguere*? D. Heins.

79 *Terga jubis*] *Barthius colla jubis* reponit ex Statii istis, Theb. ix. 'Ut leo, cui parvo mater Gætula cruentos Suggestit ipsa cibos, cum primum crescere sensu Colla jubis:' sed obstat membranarum auctoritas. *Idem.*

81 *Getulo*] Inde nobiles Leones.

*Stabulisque minari Æstuat*] Non minatur, sed æstuat. Notatio juveniliū affectuum, nihil certi aut solidi concludentium. Cogitationes enim primæ ætatis variæ sunt, instarque æstuum sibimetipsis contrariæ. *Barth.*

82 *Cæsi terga absorbere juveni*] *Tò terga* jam præcesserat: amplector igitur Gyrald. et Lucens. lectionem, *celsi tabo sordere juveni: sordere tabo* apposite etiam apud Siliū, lib. i. 'Crasso sordida tabo Confundit maculas tigris.' *Idem* lib. xi. 'veteri stat sordida tabo Hirtaque canities et durus sanguine crinis:' ita enim lego, nisi quis *Atraque canities* malit. Hactenus *utraque* legitur: quod de barba et capillo insulse interpretantur. Lib. xii. 'et adhuc sordentia tabo Spicula.' *Celsi* quoque pro *cæsi* unus Petav. et duo Vaticani, qui paulo ante etiam *Jam fugit imbelles epulas, non negat*. *Idem.*

83 *Ille vetat*] Comitē accedere expeditioni.

*Rerumque tibi*] Cæsarem fecit ante discessum Constantinopoli Honorium Theodosius.

*Habenas*] Gubernacula. *Barth.*

85 *Tantaque se pietas*] Pietatis nomine omnem virtutem circumloquitur, exemplo Maronis, cui Pius Æneas omnem Heroem absolvit.

*Rudibus pietas ostendit in annis*] Sic scripti omnes: præter prim. Vatic. et Farnes. in quibus, quomodo vulgati, *pietas rudibus ostentat*.

*Rudibus ostentat in annis*] Annos autem cura animoque senili prævenisse

Honorium. *Barth.*

87 *Imperium tibi, &c.*] Inde colligitur Honorium jam Augusti nomine insignitum fuisse, non tamen reapse dici potuit Imperator; sed patri optimo et satis indulgenti ita placitum est, ut se vivo, neque diu victuro, filii adhuc juvenuli diadema præsumerent, non etiam habenas imperii. *Claver.*

*Sero datum*] Nil peccat. Papinius: 'Sero memor thalami.' *Barth.*

89 *Tu falis*] Exquisitissima denuo adulatio. Cum enim per Naturam, et omnibus claram rerum fidem non liceret fingere, manu aut consilio perurum principem hostibus debellandis adfuisse, victoriamque patrasse, excogitarunt assentatorum natio sagacissima Fatum, Fortunam, Genium, ejus, quo duce, auspice, moderatore, victoria conficeretur; scilicet famulantibus ipsi universis, ad cujus felix futurum mox Imperium omnia Providentia componeret.

*Genitor manu*] Fortem manu Theodosium fuisse indicant Historiæ. *Barth.*

*Genitorque manu*] Ergo stricto ense in prælium ivit Theodosius, neque inglorius stetit post principia. Sane opus fuit, ut animo præsentem Martem belli sustineret: nam Arbogastes leonis instar multa hominum millia sanguine suo opplevit, ita ut ancipiti rerum facie Imperatoris agmina jam labascerent. *Claver.*

*Te propter et Alpes Invadit faciles*] *Invadi* cum primis editionibus et membranis legendum: miror non deprehensum ab interpretibus mendum. Sic Nupt. Honor. 'Flecti faciles iræ.' lib. ii. in Eutrop. 'Securas barbarus urbes Invadit facilesque capi.' Lucanus, lib. ii. 'Roma capi facilis.' Noster Cons. Manlii: 'rursus quæ digna petitu Largiri facilis.' Sic enim scribendum. Ovid. Amor. ii. El. 4. 'Hæc quia dulce canit, flectitque facillima vocem:' quomodo vetus li-

ber: neque aliter noster, Silius, Statius, alii passim. Vidit genuinam hic loci scripturam curis secundis Barthius. *D. Heins.*

*Te propter et Alpes Invadit faciles]* Sane pro miraculo fuit, tam cauto hosti, tot victoriarum compoti, Alpes præcepisse vel extorsisse, quod scribit Sozomenus, VII. 24. cum aliis, Theodosium. *Barth.*

90 *Cauto hosti]* Arbogastem dicit laude bellica et prudentia clarissimum. *Idem.*

91 *Munitis hæsisse locis]* Sequitur eos qui Arbogastem aditus Alpium obsedisse tradere malunt. Vide Sozomen. VII. 22. et 24. *Idem.*

92 *Rerulsis]* Tempestatis vim ait scopulos ipsos divulgasse, ut aditus pateret Theodosio. *Idem.*

93 *Aquilo de monte procellis]* Miraculosissimam rem nonnullorum scriptorum verbis proponam. Augustinus, lib. v. de Civ. Dei, cap. 26. 'Milites nobis, qui aderant, retulerunt extorta sibi esse de manibus quæcunque jaculabantur, cum a Theodosii partibus in adversarios vehemens ventus iret, et non solum quæcunque in eos jaciebantur concitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret.' Rufin. lib. XI. histor. Eccles. XXIII. *Idem.*

95 *Auctores]* Qui tela jecerant. *Idem.*

96 *Cui fundit ab antris Æolus armatas hyemes]* Augustinus, l. v. c. 26. de Civ. Dei. Orosius, Hist. VII. 35. Paulus Diacon. Hist. Miscell. l. XIII. et Abbas Urspergensis in Chronico, hæc omittunt, cum priora et sequentia agnoscant. Gyraldus tamen in codice suo notarat, Divum Thomam commento ad Augustinum, quod Mediolani in bibliotheca S. Marci extet, nihil a vulgatis Claudiani exemplaribus discrepare. Vetus quoque Orosii editio Augustana anni MCCCCLXXII. agnoscit, ut et Monachus Altissiodo-

rensis in Chronico. Codex tamen Orosianus qui penes me est cum excerptis sex aliorum omittunt. Offendit, credo, bonos Monachos Æoli mentio facta. Plura ad rem Barthius curis secundis. *D. Heins.*

97 *Armatas hyemes]* Telis hostium Theodosianorum, in ipsos eorum vibratores.

*Militat æther]* Sic Josuæ in Scriptura paret Sol: 'Omnia enim sunt Piorum hominum.' Victoria vero de cælo omnis. *Barth.*

99 *Frigidus annis]* Nomen proprium fluvii, ut Barthius bene observat. *D. Heins.*

100 *Turbaque cadentum Staret]* Hyperbole Poëtica Triplex, artificiosissime uni versui impacta. Hic enim sanguis cursum fluminis juvat, et quidem stantem cadaverum copia; qui alioquin nec poterat nullibi impeditum. *Barth.*

101 *Juvisset flumina sanguis]* *Pavisset* tres libri: quod elegantius. Noster VI. Cons. Honor. 'multisque suorum Diras pavit aquas:' sic enim vetus codex, non *aves*. ibidem: 'Pavit Iuleos invisio sanguine manes:' apud Silium, lib. IX. 'pastusque sonoro Ignis edax vento:' ut recte cum Coloniensi libro Modius: obgannit tamen interpres veterum elegantiarum cum ignarissimis ignarus. Ovid. Trist. IV. El. 4. 'ubi Taurica dira Cæde pharetrata pascitur ara Deæ:' quomodo vetus liber: optime. Valer. Flacc. lib. I. 'meritas tibi plurimus aras Pascet honos.' Noster 'honorum commercia pretio pascere' dixit l. v. in Stilich. vs. 115. ubi plura: sic et 'ali' et 'nutriri flumina' dicuntur 'imbre.' *meruisset flumina sanguis* Helmæstadiensis. Vulgata tamen scriptura in Claudiano potest ferri. Sic Sidonius Apollinaris, Carm. XXII. 'Arentes vitreis adjuvit fletibus undas.' *D. Heins.*

102 *At ferus inventor scelerum]* Ar-

bogastes, Comes Valentiniani, commotus in Principem suum ob frivolas primum causas, deinde quod libellum exactionis ei pro tribunali sedens dederat, ut multis denararat Zosimus. De feritate, scientia militaris rei, auctoritate, obitu Arbogastis, Orosius l. vii. 35. Sozomenus, vii. 26. *Barth.*

104 *Ultrices iras*] Scelerum suorum in semetipsum vindex, illa sua iracundia Barbarica, quæ causa fuit tot malorum. *Idem.*

105 *Tandem justa manus*] Cum in auctorem rejecit vindictam interfecti Principis, et tanti Imperii bello involuti. Innuit non occulte manu Arbogastis cecidisse Valentinianum. Hæc autem consensu veterum Sapientum summa constituitur Justitiæ, mala consilia et facinora capita auctorum petere. *Idem.*

106 *Quavis emeritum*] Sane divino consilio et clementia singulari esse actum, ut omnibus extraneis tumultibus sopitis, omni civili debellato, de composito velut obiret Theodosius, pacatum Orbem filiis juvenibus relinquens, nemo dubitaverit. Et non unus scriptor. Principes dari terris, et abinde in cælum reduci, Horatius ad Augustum: 'Serus in cælum redeas, diuque Lætus intersis populo Quirini.'

*Natura*] Ordo ille omnium rerum seriem tenens et ordinans. Hunc hoc nomine Diis suis omnibus præponunt, arbitrumque constituunt scriptores. Lucan. lib. 1. ad Neronem: 'Jurisque tui Natura relinquet, Quis Deus esse voles.'

107 *Astrorum panderet arces*] Adscensuro videlicet Theodosio. Illud nota non ineptum, creditas bene sapienterque vita functorum hominum animas in ipsamet sidera recipi, atque commutari. *Barth.*

108 *Nutaretque oneri*] Lucan. ad Neronem: 'Ætheris immensi partem

si presseris unam, Sentiet axis onus.' *Idem.*

109 *Cupido se reddere cælo*] *Credere* Delrii codex et e nostris novem. Virgil. *Æn.* lib. vi. 'Præpetibus pennis ausus se credere cælo?' plura de hoc verbo alibi. Vulgatam tamen scripturam tuetur erudite Barthius: sed quia reverti jam præcesserat, credere hoc loco amplector, ne bis idem dicatur. *D. Heins.*

*Si reddere cælo*] Reges enim atque Principes cælitus et ab Diis immortalibus regundis provinciis rebusque humanis donari demittique putabantur, uti et eodem, ab obitu, reduci. Manilius, lib. iv. de Divo Julio, recens tum amisso. 'Ille etiam cælo genitus, cæloque receptus.'

*Cupido cælo*] Diis Astrisque ambientibus tantum accedere Numen suo choro et collegio. Maro ad Augustum: 'ipsum tibi jam brachia contrahit ardens Scorpius, et cæli justa plus parte relinquit.' *Barth.*

110 *Præsenti*] Accivit enim in hoc Constantinopoli Honorium Theodosius, quo præsentem, visus convalescere, obiit volens. Sozom. vii. 28.

*Traderet orbem*] Solemni more ante excessum filiis Imperium tradidisse constat Theodosium. *Barth.*

*Traderet*] Traditio est, ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα, vel, ut Cujacius vult, Traditio est datio possessionis. Ergo Honorius, licet pridem Augusti nomen adeptus, rem ipsam non habuit; fuit in possessione rei, sed non possedit; non omnino, ne dicam omnino non, fuit imperator, nisi sola nominis umbra. *Claver.*

111 *Bistonis ab oris*] Constantinopoli evocatis, ad Imperium Occidentis suscipiendum.

*Alacer consurgis*] Instar sideris. Alibi: 'Sideris instar Emicuit Stilichonis apex.' *Barth.*

112 *Ausus transire*] Barbaros Romanis non satis fidos dicit, quorum

tamen bonam copiam in Occidentem duxerat Theodosius, pars etiam sua sponte fuerant transeuntem secuti, ut Socrates et Sozomenus scribunt. *Barth.*

113 *Rhodopeia saxa Orpheis*] Notæ Fabulæ Orpheum Thraciam coluisse. *Barth.*

115 *Pelion intras*] Promontorium totum Thessaliæ hoc nomine censetur. Nerei Chori nuptiæ Pelei et Thetidis, Poëtarum cantilenis celebratissimæ. *Idem.*

116 *Nereis illustre choris*] Imo *toris*, quomodo Gyrard. prior Leid. Florent. S. Marci et unus Ambros. Nuptias Pelei et Thetidis in monte Pelio celebratas tangit: nupsit et hic mater Chironis Philyre: unde *Φιλύρης νυμφεῖον* locus hic Callimacho dictus hymno in Delum. Simile mendum apud Val. Flaccum, lib. v. 'Præterea infernæ quæ nunc sacrata Dianæ Fêrt castos Medea toros.' inepte *choros* nunc legitur. Innuptam fuisse Medeam designat. *D. Heins.*

*Pulcer Enipeus*] Vide Scholiasten Apollonii, l. III. Pulcer, ob amœnitatem regionis, qua omnem terræ orbem præcellere Thessaliam Græca Antiquitas tradit, 'Enipeum e monte Othri Thessaliæ oriri' notat Vibius Sequester. *Barth.*

117 *Rursusque locutæ*] Fatidicæ apud Dodonam quercus in ore omnium Mythologorum.

*Locutæ*] Sane Dodonæum Oraculum circa tempora ista non prorsus obmutuerat. Theodoretus, l. III. 9. *Histor. Eccles. Barth.*

118 *Moverunt*] Quodam velut Enthusiasmo. *Idem.*

119 *Legitur*] Cursu prætervehitur. *Idem.*

120 *Phrygii Timavi*] Ab Antenore illuc appulso, et remanente. Timavus Fons Galliæ Aquileiæ, Vibio Sequestro, fluvius Venetiæ.

*Numerantur stagna*] Ob frequentiam insularum Timavi. Vide Plin.

III. 26. Vel septem fontes Timavi alludit, de quibus Strabo, l. v. *Barth.*

122 *Sacrata tuo*] Sacra omnia Imperatorum. Præcipue hujus, in quem immensus utique omnium Ordinum amor fuit, utpote in purpura natum, summæque exspectationis adolescentem, cujus divina omnia ubique facit Claudianus.

*Submissus adorat*] Morem omnium Imperio Romano subditorum, etiam fluviis, per eam ditionem transeuntibus adscribit, licet Semidei fuerint habiti, et cultu immortalium culti. *Adoratio* nota privatorum, nota universi populi, cum in conspectum prodiert ejus princeps. *Barth.*

125 *Sorores*] Heliades, quarum fabulæ pueris notæ. Ad Padum fluvium memoria hujus Phaëthontei casus atratos degere populos, aliaque fabulosa scripserat Timæus. *Idem.*

128 *Cum tu genitoris amico Exceptus gremio*] Confundere dicas tempora. Post victoriam enim Eugenianam Constantinopoli Mediolanum accitus est ab ægro jam parente Honorius, ut constat ex modo notatis. At Romam cum eodem Triumphans iniiit Maximo superato et Victore. Sequitur eos noster hic, qui post Eugenianam victoriam Romam ingressum Theodosium, ibique tradunt Imperatorem fecisse Honorium. *Idem.*

129 *Veherere per urbem*] Triumphans aut Triumphabundus. *Idem.*

130 *Communis laurea currus*] Notum currus Triumphales Laureis redimitos fuisse. Currus autem ipsi erant aurei. Philostratus in Dione. *Idem.*

131 *Quis non Luciferum*] Frequens Formæ splendidioris comparatio cum astris. Virgilius de Ascanio: 'Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda Extulit os sacrum cælo.' *Idem.*

132 *Junctum Bromio*] Bacchus inter formosissimas formas Deorum. Seneca Œdipo: 'Candida formosi venerabimur ora Lyæi.'

*Radiare*] Quod de formis formo-

sissimis dicitur. *Idem.*

133 *Floret cristatis*] Sic Isingr. Lucens. et tres alii: quidam *Fleret* corrupte, vel *Hæret*, vel *Fervet* cum vulgatis: veram lectionem vidit Scalliger, et illum secutus Raphelengius. Lib. I. in Stilich. 'Armifer et viridi floreret milite sulcus.' Val. Flacc. lib. I. 'Variis floret via discolor armis.' Ubi perperam Carrio *decolor* edendum curavit: noster alibi, 'Discolor incedit legio.' Idem Flaccus, lib. VII. 'armata florescant pube novales.'

*Fervet cristatis exercitus undique turmis*] Pulcerrima præfiguratio conorum cristarumque in capitibus galeatis fluctuantium. *Barth.*

134 *Quisque sua te voce canens*] Diversarum gentium milites ait uno ore conspiravisse in Laudes Honorii.

*Aëna Lux*] Fulgor æneorum Armorum. Virgilius: 'et luce coruscus aëna.' *Barth.*

135 *Seges Mavortia ferri*] Maro idem, lib. VII. 'ferro ancipiti decernunt, atraque longe Horrescit strictis seges ensibus, æraque fulgent,' &c. *Idem.*

136 *Ingeminat splendore diem*] Duplicata luce. *Idem.*

137 *Horrida contis*] A specie tremenda. Maro, lib. XII. 'strictisque seges mucronibus horret.' *Idem.*

138 *Picta draconum Colla levant*] Dracones veteribus signis componi apud Exercitum aut præponi soliti, quorum mentio in primis Imperatoribus nulla. Fuere autem simulacra Draconum perflatilia vento, textu laneo aut serico, purpura aliisque coloribus tinctorum, confecta, atque hastarum summitatibus affixa. Ammian. lib. XVI. Vegetius, lib. II. cap. 13. Ubi centuriis etiam singulis sua fuisse notat vexilla, quorum indicia in galeis portaverint Centuriones, ut a suis quisque militibus posset ubique agnoscere. *Idem.*

139 *Serpens*] Signa militaria innuit,

quæ tunc fuere triplicia, nempe Labarum, Aquilæ, Dracones, qui et Serpentes. *Claver.*

140 *Vivitque receptis*] Terrori simul et voluptati aptum spectaculum. *Barth.*

141 *Sibila*] Serpentum seu draconum propria.

142 *Ventum ad sedes*] Palatium Augustum. *Barth.*

*Ad sedes*] Nihil aliud intelligi puto quam palatium seu domum Cæsaream, ubi Imperator considebat.

*Cunctos discedere*] Facile credo primæ notæ primique gradus proceres Theodosio tum adfuisse, quos blanda inclinatione a se dimiserit: etsi enim jubet *discedere*; illud tamen non est semper *δεσποτικόν*, sed quasi precarium: nam et *κελεύω* Græcis *φιλικῶς* usurpari notavit manu sua Cujacius. *Claver.*

*Cunctos discedere tectis*] Libri sex, *tutas*: quatuor, *tutos*: tres, *cunctis*. Delrii liber *tuto*. Latet aliquid mendii.

143 *Generum*] Fratris Theodosii filia nupserat Stilichoni. Zosimus, lib. IV. *Barth.*

146 *Quem merui te non sudante triumphum*] Male alii, *suadente*. Isingrin. et nonnulli ex nostris, *quod trophæum*. ut in veteri inscript. 'Dum tibi, Roma, decus æternaque sudo trophæa, Ister pacatis lenior ibat aquis.' Pro *Sarmaticas alas* potior scriptorum pars *Dalmaticas*: sed frustra. Rem docet inter alios Ammianus, lib. XXIX. *D. Heins.*

*Te non sudante*] Sudorem pro omni bellica opera mille locis ponit Claudianus, ita et isto loco. *Barth.*

147 *Odrysiū pariter*] De Victoriis Theodosii in Thracia Theodoretus, lib. V. cap. 5. *Idem.*

150 *Rota sulcavimus Istrum*] De Danubio hoc idem sæpius in libris Tristium Ovidius. *Idem.*

152 *Solus*] Zosimus idem tradit lib. V. *Idem.*



154 *Noctemque beatam*] Longo voto petitam, qua Augustæ Familiæ accessit Stilicho, sane exitio postremum suæ. *Barth.*

155 *Per tædas quis ipsa tuo regina levavit Conjugio*] Flaccillam dicit, quam matrem suam agnoscit Honorius ipse in suis Nuptiis. Hanc ait Imperatricem pronubam in manus dedisse conjugem Regiæ familiæ Serenam Stilichoni, more prisco, qua filiarum Nuptiis solitæ tædas Geniales præferre Matres, qualis per adoptionem Serenæ erat Flaccilla. *Idem.*

*Regina*] Flaccilla Augusta uxor Theodosii, quam Græculi pæne omnes Placillam vocitant: eam vero quamvis amaret plurimum Theodosius, non tamen *Αδρυόβραβ ἐρωλῆσε*, nisi edito in lucem Arcadio. *Claver.*

156 *Sociaque nurum produxit ab aula*] *Producere*, Nuptiale verbum, eorum qui honoris gratia sponso sponasque ad Nuptialem domum thalamumve deducebant et comitabantur. *Socia aula*, deinceps in Consortium Imperatoriarum Curarum adscito Stilichone. *Barth.*

*Nurum produxit ab aula*] Sic veteres plerique, et Cl. Gronovius noster Elencho Antidiatribes Stianæ: vulgo *virum*: *nurum* pro nupta posuit aut simpliciter pro fœmina, ut poëtæ frequenter. Itaque controversiam isti scripturæ ab optimis membranarum assertæ movere non debuit curis secundis Barthius. Epithalamio Celerinæ, 'Aggreditur Cytherea nurum:' ubi perperam *virum* quoque legebatur. Sequenti versu pro *ditige*, Isingrin. et tres nostri *dirige*. *D. Heins.*

157 *Indue mente patrem*] Paternum affectum, Curam Patriam. *Barth.*

159 *Te custode*] Tutore Præstite. *Idem.*

160 *Undis prosiliat*] *Vinclis* cum Isingrini libro recte legendum vidit Raphelengius: quomodo et ex nostris Lucensis cum nno Mediceo. De gigantum vinclis passim poëtæ: noster Gigantomach. 'Solvite Titanas vin-

clis.' Statius, Theb. iv. 'solidoque intorta adamante gigantum Vincula.' Theb. viii. 'habeo jam quassa gigantum Vincula, et æthereum cupidos exire sub axem Titanas.' Cæus apud Val. Flaccum, lib. iii. 'Vincla Jovis fractoque trahens adamante catenas.' Noster Præf. in vi. Cons. Hon. 'Enceladus mihi carmen erat vinctusque Typhoëus.' Ita enim cum membranarum legendum. Lib. i. de Raptu, Enceladus 'saucia membra revinctus' dicitur. Virgilius Culice: 'Nam vinctus sedet immanis serpentibus Otos, Devictum mæstus procul aspiciens Ephialten.' Lucan. lib. vi. 'Vincti membra gigantes.' Pro vulgata tamen scriptura digladiatur Barthius. Mox *Tityos* et *Arcados* et *cadant*, non, *Tityus* et *Arcadis* et *cadent*, meliores. *D. Heins.*

162 *Opposito Stilichone*] Sane cecidissent et Barbarorum in Italia conatus, in ipsis principiis, si quidem consiliis hujus obtemperatum fuisset. *Barth.*

163 *Sicut erat*] Nulla re mutatus, nullo modo alteratus, ut qui vivus vidensque Dei quædam spirans fuerit effigies.

*Liquido signavit tramite nubes*] Subvolans per nubes in cælum, clara relicta semita, quam fecerat divini splendoris corpore. *Barth.*

164 *Ingreditur*] Dicas tibi conspicuum Theodosium aëra findere, ac cæli penetrare circulos. *Claver.*

*Limenque reliquit Arcados*] *Limenque* Lucens. et Aldus cum aliquot scriptis: recte. Sic apud Stat. Theb. iv. 'rabidi sub limine Cancri:' *relinquit* etiam non *reliquit* præstantiores. Barthius, qui aliter hunc locum distinguendum censet, minime est audiendus. Adeantur quæ ad Maronis sextum annotamus de *limine*. v. 255. *D. Heins.*

165 *Veneris clementes*] Lucanus, lib. i. 'Venerisque salubre Sidus habet.' *Barth.*

*Pervolat auras*] *Advolat* libri septem:



eleganter. Cons. Olybr. 'Dixerat, et velox jam nuncius advolat urbem.' Val. Flaccus, lib. IV. 'et trucidis ultro Advolat ora viri.' mox *qua zona*, non *quo*, iidem: probe. *D. Heins.*

166 *Flammanque nocentem Gradivi]* *Gradivum* tertius Vatic. Rottendorph. Florent. S. Marci, et secundus Medicens, ut sit appositio. *Idem.*

167 *Placidumque Jovem]* In quo quippe summa potestas, quæ inimica omni tumultui, iracundiæ, violentiæ.

169 *Machina laxatur cæli]* Ut spatium fiat novo sideri. Virgil. de Augusto: 'Locus Erigonen inter, chelasque sequentes, Panditur; ipse tibi jam brachia contrahit ardens Scorpium, et cæli justa plus parte relinquit.' *Barth.*

170 *Fores]* Summi illius globi, ubi conversatio cum Deo. *Idem.*

171 *Succinctus Orion]* Armatus, ad pugnam expeditus. Hunc enim Orioni habitum adscribunt Poëtæ. *Idem.*

172 *Pendentque vicissim]* Dubio sunt animo, inter spem metumque medio. *Idem.*

174 *Regione moveri]* *Morari* Gyrard. et quinque nostri, totidemque Vaticani: unus *teneri*. De stellis fixis agit: recte igitur *morari*. Paulo ante, *quibus ipse sodalis*, non *quibus esse nonnulli*: tres quatuorve *ille*. *D. Heins.*

*Qua regione morari]* Sedem figere, consistere tandem. *Barth.*

176 *Natali gurgite]* Hispanus enim natione Theodosius. Idatius Chronico: 'Theodosius, natione Hispanus, de Provincia Gallæcia. Civitate Cauca a Gratiano Augustus appellatur. Italica, divi Trajani natalibus clara, civitate oriundum scribit.' Marcellinus Comes. *Idem.*

*Gurgite lassum]* *Lapsum* Isingrin. et quatuor ex nostris: ut apud Virgil. 'tacito labentia sidera cælo,' et 'lapsa sub terras signa' Ovid. Postest et vulgata ferri. *D. Heins.*

178 *Fortunate parens]* Alibi ad Stilihonem, 'fortunatissime patrum.' *Barth.*

179 *Cum te proclivior urges]* Rectius puto *proclinior*: quanquam aliter membranæ. Adeantur quæ notamus ad Fastos Nasonianos, lib. III. vs. 793. *D. Heins.*

*Te proclivior urges]* Erudite dictum, ut ab Apuleio, Tertulliano, Manilio, aliis, ferre, portare, vehere se. *Barth.*

181 *Quocunque vagos]* Oriens Occidensque videbis omnia filiis tuis subjecta. Respexisse dicas verba Lucani, lib. VII. 'Omniaque errantes stellæ Romana viderent.' *Idem.*

*Flectas sub cardine cursus]* Non *flectis* scripti potiores: quidam *currus pro cursus*.

182 *Mente serena]* Tranquillitate summa. *Barth.*

183 *Junctas moderamine gentes]* *Victas* malo cum octo scriptis. *formant* pro *formant* deinde Florentinus S. Marci, et tert. Vatic. *D. Heins.*

185 *Stygiis innexa catenis]* *Immersa* sex veteres. Forte *immersa cavernis*. Vide notas ad vers. ult. lib. II. in Ruf. *Idem.*

186 *Demens ambitus auro]* Avaritia atque Ambitio Potentium non alio facile tempore tanta aut majora mala confecerunt, quam isto ipso Claudiani; quibus notandis sane singularis est scriptio Zosimi, velut in theatro spectanda talia exhibens. *Barth.*

189 *Unanimes fratres]* Summa felicitas, sacris etiam Literis contestata.

192 *Sicula Cyclops]* Ad divinitatem Heroicamque Principum virtutem demonstrandam æquat eos Homericis et Virgilianis Semideis. *Barth.*

196 *Lipare fumosa]* Officina Vulcani. *Idem.*

197 *Vobis Ionia]* Apparatum Consulare Ludorum Mediolani conficisse auctor Paullinus. Paria de Felicitate et splendore in Spectaculis, quibus maxime favor popularis conciliabatur, singulis fere extremis Paenonicis suis Consulibus accinit.

*Neptunus]* Præses Circi, et Equestrium decursationum, ut notarunt jam olim alii.

201 *Babylona*] Persarum et Parthorum regna.

*Rapi*] Vastari, spoliari. *Barth.*

202 *Non ficta fuga*] Quam simulabant alioquin ex more. Sic Parthi plerumque in ipso ardore certaminis praelia deserunt, ac paullo post pugnam ex fuga repetunt, et cum maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum est. *Idem.*

204 *Gemmatos Persida cultus*] Luxum in vestitu Persarum docuerunt dudum Collectanea Doctorum. *Idem.*

205 *Ite per extremum Tanain*] Ubi finis fluminis, in remotissima loca scilicet Barbariæ. *Idem.*

206 *Ite per ardentem Libyam*] *Malo ardentem.* Lucan. lib. i. 'dubiam super æquora Syrtim Arentemque feror Libyen.' sciò tamen et *ardentem Li-*

*byam* posse dici. *D. Heins.*

208 *Herculeum finem*] Ubi duæ columnæ Herculis.

*Bacchi metas*] Vide Valerium Flaccum, lib. i. *Barth.*

*Bacchi transcurrite metas*] Q. Curtius: Transierant jam Liberi patris terminos; quorum monumenta lapides erant crebris intervallis dispositi, arboresque proceræ, quarum stipites hedera contexerat. *Delrio.*

211 *Indus ebur*] Sidonius: fert *Indus ebur, Chaldæus amomum.* Daturas vero has provincias talia nomine vectigalium principibus ait Claudianus.

*Vellera Seres*] Omne sericum rude, neque textum, Velleribus Poëtæ notant, quod instar Velleris sericum arboribus depecti solitum apud Seras, ut mille eorum loci indicant. *Barth.*

## VIII.

### DE QUARTO CONSULATU HONORII.

ETIAM hic Panegyricus manu recentiori in primo Vaticano adscriptus. *D. Heins.*

1 *Auspiciis regalibus*] Dignis Imperatore. Alludit et hic et alibi morem stantis Reipublicæ Romanæ, magistratus enim majores auspiciato, consultis nimirum avibus, creabantur. Vide Gellium, l. XIII. c. 14. Majestate Regia Tempora aperiri, et summa cum festivitate novum annum incipere ait, cui pro felicissimis auspiciis sit Augusti nominis titulus. 'Auspicia annorum a Consulibus sumi solita,' auctor est Cassiodorus, lib. II. Epist. I. Regalia Auspicia, Fortunam, Felicitatem Principe Romano dignam notant. *Barth.*

*Auspiciis, &c.*] Hic Honorii Consu-

latus incidit in annum 398. collega ejus fuit Eutychanus, quem et præfectura Prætorii honestavit: sub idem tempus Gildo Mag. utriusque militiæ per Africam vere ineunte extinctus est, postquam Honorius duxisset Mariam Stilichonis filiam. *Claver.*

*Annus*] Tanta enim erat Consulatus dignitas, ut vel ipsi Impp. eam ambierint. *Idem.*

*Sese annus Induit*] Assimilatio a Serpente exuvias veteres ponente, novam pellem induente. Induit se, qui adsciscit formam aliam. Virgilius: 'cum se nux plurima silvis Induit in florem.' Acute sane dictum, annum se induere, qui in se ex se revolvitur. Dicas annum etiam se Re-

galibus Auspiciis involventem perhiberi. *Barth.*

2 *Nota aula*] Imperatoris Nomine et Regimine. Ergo *jactantior* annus cum Principis Consulis titulo inscribitur. Nota Aula, quia IV. Consulatus Honorii, annum agentis XIV. Qui primum bimus signaverat.

*Fruitur*] Innuit ingenti voto ante optasse.

3 *Nec passi*] Indignati. Limina memorat, [quia moris fasces affigi postibus eorum qui Magistratum inirent. Ovidius *Metamorph.* I. de Daphne: 'Postibus Augustis eadem fidissima custos Ante fores stabit.' In vestibulis porro Foci erant et Sacella veterum, qualiacunque etiam Deorum, etiam rudium adhuc et fere ligneorum, ut ait Tibullus, quæ luxuriam post Romanam in Tempa commutasse censorius Senecæ sermo notat: sane inde et vestibula ipsa nominari cæpta tradunt Grammatici. *Barth.*

4 *Reduces*] Velut exsulaverint hactenus. Omnia agit ut majestatem priscam Consulatus restitutam indicet.

*Augusto*] Summo Principe. *Barth.*

*Augusto Consule*] Qui primus Imperator et Consul fuerat: ex Luciano discere est: 'Hæc primum reperit ætas Qua sibi ne ferri jus ullum Cæsar abesset, Ausonias voluit gladiis miscere secures,' &c. *Claver.*

5 *Armorum proceres legumque potentes*] Leges ubique opponit armis, per eas Politicum administrandæ Justitiæ secundum jus scriptum et Rescripta Principum Consuetudinesque, statum, intelligens. Vides, ait, quanta sit dignitas reddita Togato Civilique magistratui, cum omnes Duces, quorum in manibus cum milite potestas est, Consulem novum stipent. *Barth.*

6 *More Gabino*] Vetustissimo, cum Consuli pareret miles. Cinctum etiam Gabinum, toties alibi nominatum, dicit; quo expedite pugnaturi se ex-

serebant. *Idem.*

7 *Discolor incedit legio*] Ducibus togatis, Patritio habitu sumto, militem partim sagato, partim togato. Militem niveo habitu indutum vexisse Honorium ad Consulatum capessendum tradit infra 570. *Incedere* gravitatem, majestatem, indicat. Virgilius de Junone: 'quæ divum incedo Regina.' *Idem.*

8 *Bellorum signis*] Draconibus et Aquilis. His addebatur Honorii ævo effigies.

*Vexilla Quirini*] Togatum Senatoriumque agmen, quod instituit Romulus. *Barth.*

9 *Lictori cedunt aquilæ*] Consuli Duces Militiæ. Cicero: 'Cedunt Arma Togæ.'

*Ridetque*] Positis minis, obtutuque castrensi.

*Togatus*] Suo semper alioquin habitu civili cultu hominibus irrisus. Popularitas autem et civilitas principum in eo laudatur, quod militem ad Urbem et in sedibus Imperii togatum esse voluerunt. *Barth.*

10 *Miles*] De custodibus etiam Imperatoris loquitur, cujus latera objecti circumfusique defendebant; vel ornamenti causa habebantur; aut utilitati, ut, si auxilium res posceret, haud procul acciri possent, ut Tacitus retulit. *Claver.*

*Mediis effulget Curia castris*] Curia est Senatus ubicunque conveniens. Lucanus v. 'Hospes in extremis audivit Curia tectis.'

11 *Palatino Senatu*] Imperatore totaque aula Senatuum cultu referentibus, inque comitatu habentibus. Notari potest SENATUS dici etiam loca conventui Senatorio destinata aut apta. *Barth.*

12 *Trabeam Bellona gerit*] In gratiam Honorii. *Idem.*

13 *Humeris vectura curules*] Militem per Bellonam intelligit, qui humeris tulit Imperatorem Consulem. Quod quidem summum obsequium, sum-

mumque officium.

*Sacras curules*] Consecratas insidente Principe. Consulatus ea tum adhuc dignitas, ut summos postea etiam fasces dicere ausus sit Rutilius. *Barth.*

14 *Laurigeras secures*] Rebus lætis et Imperatorum omnibus, Fasces Laureis cinctos dudum notarunt Collectanea doctorum. *Idem.*

*Laurigeras secures*] Cum Consules vel Imperatores, præclaram aliquam victoriam erant consecuti, tum eos lictores laureati, fasces laureatos gestantes, præcedebant. *Delrio.*

15 *Latia toga*] Insigni Romanæ Civitatis et Reip. 'Gens togata,' Maroni. *Barth.*

16 *Ferreus Currus*] Descriptus Papinio, lib. vii. Ipse Mars talis. *Idem.*

17 *Eridani per prata*] Non longe scilicet dissita, maxima pascua, digna pabulo divinorum Equorum. Adeo dilectus Poëtis hic fluvius, ut etiam in campos Elysios perfluere dicant, uti Maro, lib. vi. *Idem.*

19 *Ulpia progenies*] Patria et origine ad Trajanum relatum Theodosium notavi ad superiorem Panegyricum, vs. 176.

*Diademata*] Principes Romanos, quos instar vectigalis Hispaniam dedisse alibi ait. *Barth.*

20 *Ibera domus*] Theodosius gente Hispanus.

*Nec tantæ vilior unda*] Sic unus Medic. et Junianus, non tantam: nonnulli tandem: præterea Isingrini liber *aula*: quod perperam secutus Raphelengius: sequentia pro nobis stant: supra III. Consulatus. 'Te tuus Oceanus natali gurgite lassum Excipit, et notis Hispania proluit undis.' Infra hoc ipso libro, 'Hispania patrem Auriferis produxit aquis.' Et in Fesceninis, 'Cæsareum flumineo Stemma recurrit ortu.' Ut recte legunt viri docti. *D. Heins.*

*Vilior unda*] Antiquissimæ nobili-

tatis supræma repetitio a fluminibus. His omnibus ut Theodosium præferat noster, non, ut illi, flumini alicui addicit natum, sed ipsi Deorum genitori, Oceano. *Barth.*

21 *Cunabula fovit Oceanus*] Oceanum parentem Deorum dicit 'Ουρηκῶς, a quo omnium originem, etiam hominum, alii deducunt. *Idem.*

23 *Immense*] Commodum sane Epitheton Maris, quod non sine miraculo inspicias, cum infinitum esse, nec animo metam ejus te tangere posse considerabis. *Idem.*

24 *Hinc processit avus*] Theodosii Pater, Honorii avus: de cujus rebus gestis præcedente Panegyrico. Theodosium Seniolem dicere licet, respectu Imperatoris, quem Juniolem vocat nec dum Principem, Ammianus. *Idem.*

*Avus*] Theodosius, comes et Mag. equitum, vir omnium sua ætate fortissimus. De hoc multa superius. *Claver.*

25 *Africa*] Trans Rhenum primum Barbaros domuisse Seniolem Theodosium dicit, deinde in Africa, postmodum Britannia. *Barth.*

26 *Caledoniis*] Britanniam felicibus expeditionibus eundem Theodosium Comitem pacasse; et ex utroque bello, tam Africano quam Britannico, quorum hic noster testis, statuas meritum. *Idem.*

27 *Qui medios L. s. c. pertulit æstus*] Ita scripti omnes, ut mirer quid magnus Scaliger et Raphelengius medio maluerint amplecti. Lib. II. de Rapt. 'et medio brumam sibi vindicat æstu.' quæ vera lectio. Bello Gild. 'Solis medios objecerit æstus.' Epithal. Palladii, 'quid medio tecum modularis in æstu?' *D. Heins.*

*Medios Libyæ*] Summum calorem cæli summumque rigorem componit, ut omnia exantlasse dicat Heroem suum. *Barth.*

28 *Debellatorque Britanni Littoris*] Cautè et vere. Non enim intimorum

locorum ejus insulæ. *Barth.*

29 *Boreæ vastator et Austri*] Rebellium inibi Barbarorum. *Idem.*

30 *Rigor æternus*] Frigus perpetuum : inclementia cæli nulla, inquit, virtutem hujus Ducis impediēbat, quin iis locis cæderet hostes, quibus tuti aëre suo videbantur. *Idem.*

*Cæli quid frigora prosunt*] *Sidera* primæ editiones cum uno Vaticano et Farnesiano : quam lectionem veram probavit Gronovius noster l. III. 12. Observationum : unus Medic. tert. Vatic. et Rottendorph. *littora.* τὸ *sidera* ex Drepanio, Floro et Plinii Panegyrico recte etiam asseruit Barthius : noster denuo VI. Consul. Honorii, vs. 444. 'quo gentibus illis Sidere consueti favet inclementia cæli.' ubi vide quæ notamus. *D. Heins.*

31 *Ignotumque fretum*] Remotissima loca sic appellant scriptores. *Barth.*

*Saxone fuso*] Fortitudo et virtus cætera hujus nobilissimæ gentis fecere ut ab iis vel victis vel oppugnatis Imperatores vel in primis laudentur.

*Saxone fuso Orcades*] Palustri nimirum aut maritimo prælio. Saxones enim eo genere bellandi nobiles.

32 *Pictorum sanguine*] Notissima quæ de his tradunt Poëtæ, aliique veteres Scriptores. Latini *Pictos* vocant hos populos a corporibus coloribus variegatis, et quia ipsorum lingua appellatio non abluit. *Pehitos* enim appellatos apparet ex Witechindo. *Barth.*

33 *Scotorum cumulos*] Merito Scotorum stragem Hibernia deflevit, eum eadem gens fuerit utriusque regionis habitatrix.

*Glacialis Ierne*] De Hibernia, quam nunc dicimus, et appellarunt Antiqui, sermo. Eam Iernen noster vocat. *Barth.*

34 *Quis calor obsistit*] *Obsistat* vel

sine libris lego. vel *obstitit* : nam pr. Vatic. et Farnes. *obstituit*. Lucens. *quid calor* : quomodo et alii duodecim. *D. Heins.*

*Quis calor obsistat forti*] Silius Italicus, l. xv. Punicorum : 'virtus te sæva jubebit Per medias volitare acies, mediosque per ignes.' Curtius, l. VIII. 'Nihil tam alte Natura constituit, quo virtus non possit eniti.' Ovidius : 'Invia Virtuti nulla est via.' *Barth.*

35 *Novis manipulis*] Iis locis non visis.

*Atlanta*] Quem montem infinita vis ignotarum fere gentium adhabitavit semper. *Atlantem penetrasse* ducibus Romanis veterem gloriam fuisse notat Plinius, v. 1. *Barth.*

36 *Virgineum Tritona bibit*] Ob natam ex eo stagno, secundum fabulatores, Minervam semper virginem Deam, præsidemque et vindicem Virginitatis. Unde 'palude prognatam' appellavit Ennius : 'Corpore tartarino, prognata palude virago.' *Idem.*

37 *Gorgoneis*] Non *Gorgoneos*. Ita legendum olim conjeceram : confirmant tres scripti. *D. Heins.*

*Gorgoneis vidit thalamos*] Lutatius fabulam brevibus recenset, extrema Metamorphosi Quarta. *Barth.*

38 *Ditat fabula*] Aureis malis, ab auro fructibus. Fabulam vide apud Diodorum Siculum, lib. III. Ex his pomis fuisse id quo injecto Eris Deas de formæ præstantia in certamen miserit, cum doleret ad Nuptias Peleï et Thetidis non invitata, memorat Coluthus in Raptu Helenæ. *Idem.*

39 *Arx incensa Jubæ*] Regis Mauritanæ : Jubæ ergo Regiam certam urbem agnoscit Claudianus.

*Jubæ*] Per Jubam, accipio Firmum, Gildonis fratrem. *Delrio.*

*Rabies Maurusia*] Barbararum gentium feritas, quas immanes excivit funereus latro, uti Firmum appellat Ammianus. Maurosum gentes ad



omnes dissensionum motus perflabiles, vocat idem, lib. xxx. *Barth.*

*Rabies Maurusia*] Firmi scilicet, qui frater Gildonis, ei ad tyrannidem januam parum feliciter aperuit.

40 *Bocchi*] Ab hoc Rege diu nomen habuit Regnum, non minima Africæ pars. *Barth.*

42 *Subdidit Oceanum sceptris*] Pacem a Theodosio jam Principe Persas pro re magna petiisse concordia est scriptorum. *Idem.*

45 *Quæsitâ tropæis*] Virtute enim militari et Victoriarum nomine Imperium adeptus est Theodosius. Fortitudinem laudat Ammianus, l. xxix. 'Expeditæ virtutis Ducem vocans.' Parum autem caute in Theodosio Patre hæc Claudianus commendat, quæ filii Honorii rebus officiant, solis natalibus ad Imperium evecto, obque eam rem sæpius alibi laudato. *Idem.*

46 *Non ambitione potitus*] Alii, *potitur*: quod perperam secutus Rapphelengius: male etiam hæc distinguebantur. *D. Heins.*

*Non ambitione*] Hanc perniciosiorem Reip. avaritia censet Plutarchus in Præceptis Politicis, quippe audaciorem, cum acribus ingeniis insita sit. *Barth.*

*Ambitione*] Theodosius enim Imperator comitis filius, patre adempto, suæque ipsius saluti consulens, in Hispaniam se recipit, ubi *ἄναξος* ad privati modum se redigit. Sed Deo dante, Theodosius tandem a Gratiano accitus est; postquam Valens, ei infensus, non equidem fato, sed merita morte periit. Portavit jugum grave Theodosius a juventute, quando ei insidiabantur, qui patrem ejus triumphatorem occiderant. *Claver.*

47 *Digna legi virtus*] Ob solam virtutem adsumtum Summo Imperio tradit a Gratiano Theodosium, accedente Eligentis necessitate. *Barth.*

*Digna legi virtus*] Non dubito quin Ausonius, vir probus et illustris, qui tunc temporis consul erat cum Oly-

brio, suaserit discipulo suo, ut tantum virum sibi adsciceret; quare Theodosius ipsum, ni fallor, parentem vocavit, ejusque scripta cum affectu et admiratione perlegit. *Claver.*

*Ultro se purpura supplicis Obtulit*] Magna hæc commendatio. Pacatus de eodem Theodosio: 'Oblatum sponte Imperium deprecatus es.'

*Purpura supplicis Obtulit*] Hi demum merentur regnare, qui regnum non ambiverunt unquam, et contemnere potuerunt etiam oblatum. *Barth.*

48 *Meruit regnare rogatus*] Veram rem faciunt ista Pacati: 'Illud præ cæteris mirum, cum omnia faceres ut imperare deberes, nihil faciebas ut imperares. Argumento est dies ille, communis Boni auctor, quo tu, cum ad suscipiendam Rempublicam vocabaris, oblatum Imperium deprecatus es,' &c. *Idem.*

49 *Nam cum Barbaries penitus comota*] Consentiant in hoc omnes Historici et Chronologi, ut Barbaros amoliri posset, adscitum Gratiano Theodosium. *Idem.*

*Barbaries*] Habes horum barbarorum nomina apud Sidonium in Paneg. Majoriani, sed vereor ne corrupta. *Delrio.*

50 *Rhodopen*] In Thracia cæsi Barbari, primum facinus Hispania evocati Imperioque admoti Theodosii.

*Mixto turbine*] Non enim tantum una fuit, sed colluvies victarum et vincentium. *Barth.*

*Mixto turbine gentis*] Sic Lucens. et undecim alii: quomodo scribendum sensus postulat. vulgo *gentes*. *D. Heins.*

51 *Arctos*] Plaga populusque omnis Septentrionalis. *Barth.*

52 *Vomerent*] Insigni inconditaque copia. Maro: 'Mane salutantum totis vomit ædibus undam.' *Idem.*

53 *Cum Geticis ingens*] Puto *lugens*, quamvis libri non juvent: sic 'gementem Rhodopen' ante dixerat: 'mille gementis Italiæ clades,' Bello



Gild. Bello Get. 'Sustinuit toto mœrens (Enotria lustrò:' et alibi, 'fractis lugerent cornibus amnes:' atque ita passim. Statius, Theb. I. 'ignique datis cultoribus omnis Luget ager.' ita scripti. *D. Heins.*

*Mysia*] Cujus Dux erat limitis ante recessum in Hispaniam Theodosius, ibique strenue rem gesserat. Vise Zosimum. Mysia autem, magnam partem Phrygiæ et Thraciæ complexa, ingens merito dicitur. *Barth.*

54 *Flava agmina*] Arctos Occiduales gentes tales cæsarie celebrantur Romanis Græcisque scriptoribus. Gothos quidem omnes candidos corpore, flavos coma, testatur Procopius I. Vandal.

*Operirent*] Infusum Barbaris Romanum Imperium suscepisse pro gravi jugo Theodosium ait B. Ambrosius Orat. Funebri. *Barth.*

55 *Omnibus afflictis*] *Afflatis* Junianus liber, tanquam de fulminis ictu agat: superiori versu recte *operirent* scripti, non *reperirent*, quod aliis jam deprehensum: et mox *agrisque colonos* pro *agrosque colonis*. Bello Get. 'tectisque suis redduntur et agris Damnati fato populi.' Stat. Theb. XI. 'Redde arvis domibusque viros:' noster VI. Cons. Hon. 'nymphasque Choris jam redde sorores.' *D. Heins.*

*Omnibus afflictis*] Animum ex diutina clade demittentibus. Thracias toto jam anno, velut proprium suum solum, insederant illæ colluvies.

*Labentibus ictu*] Ceu fulmine. Cladem eam incomparabilem ab multis annis intelligit, qua Valens Imperator periit. Sic *Confodere*, exsternare, graviter affligere. *Barth.*

56 *Unus tot funera contra*] Paria, defuncto Theodosio, de Tutore ejus Liberorum Stilichone canit Bello Getico: 'Unus erat Stilicho qui desperantibus augur Sponderet meliora manu.' *Idem.*

57 *Exstinxitque faces*] Incendio et vastationi paratas.

*Agrosque colonis Reddidit*] Vastatos, exustos, barbaris insessos. *Barth.*

58 *Lethi de faucibus*] Ipsa præsentissima morte, vastatione, pernicie. Fauces inferorum in multis Scripturæ locis. *Idem.*

59 *Romani nominis umbra*] Vel minima vestigia priscae Gloriæ. Epigrammatis: 'Nominis umbra manet veteris.' *Idem.*

60 *Ruitura subisset Pondera*] Imperium Romanum. *Idem.*

61 *Turbatamque ratem*] Nihil in re Nautica fere est, quod non ad Rempublicam ejusque res Scriptorum dicta detorqueant. Sic Pomponius Atticus gubernacula Rerum Civilium, Magistratum functiones, aliaque omnia negotia civilia marinis fluctibus comparabat.

*Certaque levasset*] Non aberrante. *Barth.*

62 *Naufragium commune*] Infortunium summum, ultimum: quod Naufragio comparatur multis Scriptorum locis. Cicero, initio I. Rhetor. 'Non injuria, cum ad gubernacula Reipublicæ temerarii atque audaces homines accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant.'

*Manu*] Opere ipso, virtute. Bello Getico: 'Solutus erat Stilicho qui desperantibus augur Sponderet meliora manu.'

*Ordine rupto*] Elementorum, omniumque rerum. *Barth.*

63 *Traherent Phaëthonta*] Non ille eas moderabatur, sed quadrigæ rapiabant egregium aurigam. *Idem.*

64 *Sæviretque dies*] Sol, Solis calor. *Idem.*

65 *Solito cum murmure torvis*] Non torvis meliores libri cum Raphaelengio. Imitatus in magnete, 'Sola feris occurrit equis, torvos jugales' lib. I. de Rapt. et 'torvos hydros' alibi dixit. *D. Heins.*

*Solito cum murmure torvis*] Nam Imperiositate quadam singulari opus, vel ipsi Soli fuisse ad compescendos e-

quos, vel Ovidius testis, qui verbera et stimulos ultra modum ex dolore sævientes non obliteravit. *Barth.*

68 *Concentusque poli*] Harmoniam mundi læserat vesania Phaëthontis. Eam restituit Jupiter, pulso puero. De Harmonia cælesti nota commenta, verisimilia quidem, Pythagoræorum et Platonicorum. *Idem.*

*Currusque recepit Imperium*] Ita cum Isingrino Raphelengius: probant vetustiores nostri: vulgo, *rursusque*. Vidit et veram scripturam curis secundis Barthius. Mox deinde *traditus* et *servatus*, non *traditur* et *servatur*: iidem. Mox *irrupere* non *erupere* prim. Med. sec. Vatic. et Palat. ut alibi: 'Non si perfidia nacti memorabile tempus Irrupere Getæ.' *D. Heins.*

69 *Traditur illi Servaturque Oriens*] Uno velut tempore acceptus et vindicatus Saluti Quietique: *illi* ad Theodosium spectat. Occidentem autem neque tradere potuit Gratianus Theodosio, neque iste ex facili pacatum suscipere; tanta moles bellorum undique, duobus præcipue ducibus, ingruerat. Solum Orientem regendum Theodosio Gratianum dedisse scribunt auctores non pauci. Id et ipsum huc facit. *Barth.*

70 *At non pars altera rerum Tradita*] Occidens minime traditus, ut qui in potestate non erat Gratiani. *Tradere* hoc loco levem translationem denotat, nullo accipientis labore, re scilicet solo duorum hominum consensu peracta. *Idem.*

*Pars altera*] Occidens.

71 *Bis possessa*] Duobus tyrannis eversis, eque manu eorum vindicata Republica.

*Manu*] Vi armata. *Manus* enim, potestatem, effectumque rei denotat.

73 *Hunc sæva Britannia fudit*] Diversa de hoc homine judicia. Maximus, vir quidem strenuus et probus, atque Augusto dignus, nisi contra Sacramenti fidem per tyrannidem emersisset, in Britannia invitus prope-

modum ab exercitu imperator creatus. Subdolum hominem, pacis involucre Bellum tegentem, indicat B. Ambrosius, Epist. LVI. Ex cujus eadem et sermone hominis inibi, ingenium ejus noscere possis.

*Sæva Britannia*] Immanior utique Romanis moribus. *Barth.*

*Sæva Britannia*] Nescio quo fato, aut qua ratione hujus ævi scriptores et alii Britannicæ adscribant natalem non modo Constantini, qui Bithynus fuit, sed et Maximi tyranni. Sane Maximum fudit Britannia, quum inde exercitum educeret, non etiam genuit: neque alia de causa dixit Ausonius *Rutupinum lutronem*. Vides quid peccet lector minus intelligens, et quantum præjudicet bonis auctoribus atque historiæ ipsi vel unica vox male accepta. Fuit ergo Hispanus ut liquido constat ex oratione Drepanii Proconsulis, qui hominem satis noverat: sic enim ad Theodosium: 'An sustinere te coram, et solum oculorum tuorum ferre conjectum, ille quondam domus tuæ negligentissimus vernula,' &c. Is vero cum dominorum benignitate ad quosdam gradus militiæ pervenisset, splendore adscititio se in tantum exeruit, ut Gallias e Britannia ingressus, Theodosii affinem se diceret, quo esset nostratibus acceptior. *Claverius.*

74 *Germanus exul*] Arbogastes Francus, ejus notissimæ res et superius partim recensitæ sunt. *Germanum* vocat, quod toti mundo tunc contestatissimum Francos non nisi Germanos, Germanis oriundos, populos fuisse. *Barth.*

*Germanus*] Arbogastes.

*Famulum*] Eugenium: vide Paul. Orosium, lib. ult. *Delrio.*

*Famulum*] Clientem vocat versibus modo positus. Vide Socratem, lib. v. 24. *Barth.*

75 *Domini*] Gratianum et Valentinianum ejus fratrem optimos Imp. intellige. Sane Gratianus nefarie ab

Andragathio, in lectica specie Fl. Maximæ Constantiæ Aug. latenti, occisus est.

*Uterque*] Maximus et Eugenius: hic vero Arbogastis, ille Andragathii manu usus est in parricidio. Sed uterque sceleris minister sibi vitam ademit. *Claver.*

*Respersus uterque*] Pari crimine juvenes Imperatores exstinxere, Gratianum Maximus, Valentinianum Eugenius. Hic Arbogastis cliens, et sub eo Imperator; ille domus Theodosianæ verna. *Barth.*

76 *Insonis jugulo*] Jugulo cædem intellige, sanguinem. Sedulius, l. iv. 'cum præsidis ante tribunal Staret, ut ad jugulum ductus mitissimus agnus.' De Gratiani innocentia Ausonius Panegyrico; de Valentiniani Ambrosius Sermone ejus Funebri.

*Novitas audere priori*] Maximum Fortunæ novitate, hoc est, successum incredibili celeritate, Eugenium illius exemplum mitigasse dicit, ad quem transissent scilicet tot exercitus, tot civitates cum opulentis provinciis defecissent. Possis novitatem etiam generis vilitatem capere, cujus ergo Pacatus mirifice traducit Maximum; et armigerum lixam fuisse testatur. *Barth.*

77 *Tantumque dabant exempla sequenti*] *Sequentem* scripti ferè omnes. *d. e. sequentem.* Lucensis et septem alii, *cautumque d. e. sequentem:* optime. Vulgata lectio sensum non habet. Supra initio hujus libri: 'Cauto nec profuit hosti Munitis hæsisse locis.' Ita et curis secundis divinavit Barthius: quanquam *cautumque* apud illum legitur typographi errore, ut opinor. *D. Heins.*

*Tantumque dabant exempla sequenti*] Hoc est, tantum consilii et audaciæ dabat Eugenio Parricidæ Maximi exemplum, quantum rei novitas dederat ipsi Maximo. *Novitas* Maximo data, est inusitatus terror, quo percussæ Gratiani legiones ad

eum transfugerunt, ex angulo quodam ad Europæ Imperium progressum. Tota periodo Eugenii laudat providentiam, Maximi audaciæ et virtutem bellicam, quæ duo junctim in Tyrannis tantis devicisse Theodosium, summam ejus laudum facit. *Barth.*

78 *Hic querere tuta Providus*] Eugenii doctrinam commendat Zozimus, quique Philosophus fuerit. *Idem.*

80 *Intra claustra reductus*] Non inter, Lucens. et aliquot alii. *D. Heins.*

*Inter claustra reductus*] Quæ mera felicitate, mero favore divino pervasit Theodosius. Ego vero suspicor Arbogastem, minus cognita Principis strenuitate, ultro eum admittendum censuisse, ut videlicet suo commodo loca meliora insidens, ejus exercitum pessumdaret. *Barth.*

81 *Morte pares*] Negant nonnulli Christianorum de Eugenio, qui dum supplicat Theodosio, a milite obruncatum scribunt. De Maximo etiam non nemo aliter. *Idem.*

82 *Dedecus*] A summo Imperio in infimam servitutem, quod morte ipsa atrocius notant Hieronymi verba.

*Mistis telis*] In acie, conflictu militari. Telo enim Carnificis ceciderunt. *Barth.*

83 *Amissa specie, raptis insignibus*] Pacati verba rem ob oculos ponunt, in Maximi sane miseranda clade.

*Raptis insignibus*] Purpura Augustali, quæ adeo sancta erat, ut priorum principum gestarent posteriores. Sic Constantino quondam apta, indutum auspiciis Imperii Theodosium ex magis priscis scribit Michaël Glycas.

*Insignibus*] Imperii. Certis notis, quibus ab hominibus homines distinguantur. Dignitatem monstrantia indicia, hoc nomine censentur. Florus, lib. i. 'Insignibus, quibus regni dignitas eminet.' *Barth.*

84 *In vultus rediere suos*] Alter in Grammatici, ut vides in Socrate, lib. v. 24. Alter in vernæ, armigeri, lixæ,

uti testantur indubii testes Ansonius et Pacatus. *Vultus* habitum, statum, personam omnem notat.

*Manibusque revinctis*] More noxiorum hominum ad supplicium raptorum. Virgil. *Æn.* II. 'Ecce manus juvenem interea post terga revinctum.' Barth.

85 *Gladiis*] Militari more. Gladius autem honestior erat securi: vide quæ notat doctissimus Petrus Faber, l. I. Semestr. c. 4.

*Submittunt colla*] Non ignari nimirum meriti ultimi supplicii, itaque necessitati voluntatem submittentem. Barth.

86 *Vitam veniamque rogant*] De Eugenio non unus Scriptorum. De Maximo nescio; multum enim iste illo virtute potior. Et sunt qui istum a militibus cæsum, nec in potestatem Theodosii venisse dicant, ut Sozom. VII. 14.

*Danna pudoris*] Amissum omnem pudorem, rem ultra omne exemplum pudendam dicit. Innot autem hæc verba culpantque fœmineum utriusque animum, quod non ceciderint ferro quacunque ratione potito. Barth.

87 *Nutu movere cohortes*] Vide Notas ad Rutilium, lib. I. vs. 271. *Idem.*

88 *Dubius sese libraverat orbis*] Dubia enim res erat, Theodosius an alter horum vinceret, Imperiumque susciperet. In eos dubius, sese libraverat. Pendebat jam terrarum orbis, dubius in quos concederet. Singularem felicitatem Theodosii tacite commendat, quæ sane insignis fuit, tantas copias, tam prorsus peritos ductores singulos singulis præliis superasse. *Idem.*

90 *Dannat voce reos*] Exprobratis sceleribus. De Maximo Zosimus. De Eugenio Theodoretus, v. 24. *Idem.*

*Quos Marte tyrannos*] Ita scripti. male qui Raphaelengius. perperam etiam distinguunt vulgo. *D. Heins.*

91 *Amborum periere duces*] Sic constanter veteres libri. et recte. *Andra-*

*Delph. et Var. Clas.*

*gathium Maximi ducem intelligit, et Eugenii Arbogastem, de quorum morte Marcellinus in Chronico aliique eadem narrant: nulla hic difficultas. Virum igitur maximum Ambo rei periere duces emendasse, idque secutum Raphaelengium miror. τὸ reos jam præcesserat superiori versu, ut vel ob hoc unum ferri non possit ea conjectura. Idem.*

92 *Decidit in fluctus*] Andragathius mari Ionio obnavigans, Maximi clade accepta, Gratiani interemti vindicem metuens, desiliit in mare.

*Illum suus abstulit ensis*] Arbogastes biduo post Eugenii cladem sese ipsum interemit.

*Abstulit*] Interfecit. Maro, lib. VI. de Infantibus: 'ab ubere raptos Abstulit atra dies, et funere mersit acerbis.' Barth.

93 *Solatia*] Ultio, morientium solatium, et sic etiam mortuorum.

*Cæsis Fratribus*] *Consanguineis*, non Germanis, Ammianus, fine lib. XXX. Valentiniani enim mater Justina, Magnentii quondam Principis vidua, tot tantarumque turbarum contra Catholicos pro Arianis auctrix. Gratianum ex alia sustulerat ante Imperium Valentinianus Senior, ut vides apud Socratem, II. 9. Barth.

94 *Ullor tribuit*] Reapse illis, non sibi. Quod enim Gratiano volente roganteque acceperat, eo contentus Theodosius, morte ejus vindicata, reliquum Imperii reddidit Valentiniano, cum Maximum et Victorem devicisset. Cum Eugenio offerente pacem, facile poterat quietus regnare idem. *Idem.*

95 *Labitur*] Proruit, evertitur.

*Mitigat umbras*] Ex superstitione gentili loquitur, manes amicorum placari cæsis ad tumulum aut memoriam hostibus, nota exempla Homeri et Maronis. Barth.

96 *Juvenumque duorum*] De Valentiniani adolescentis ætate dictum est supra. Gratianus interfectus est an-

*Claud.*

4 P

num agens xxiv. aut xxv. Ricomère et Clearcho Coss. *Barth.*

*Juvenum duorum*] At Cassiodorus ait, Arcad. et Rufino Coss. Valentinianum juniorem, tædio vitæ apud Viennam laqueo periisse. idemque alii Historici tradunt. Zosimus vero asseverat ab impio Arbogaste interfectum. *Claver.*

97 *Purpureos Manes*] Augustos. Claudian. vi. Cons. Hon. 'Purpureo fotum gremio.' *Barth.*

98 *Confirmavere triumpho*] Non *triumpho* scripti: probe. Fuit cum legendum putarem *justitia confirmatrice triumpho*, ut cum sequentibus hæc cohæreant. Barthius, *justitiæ confirmatore triumpho*. D. Heins.

99 *Præsentes docuere Deos*] Loquitur de more paganorum; cum res ad votum fluerent, agnoscentium Deos; secus, dubitantium, aut prorsus negantium.

*Hinc secula discant*] Omnem dicit Posteritatem, Æternitatem. *Barth.*

100 *Indomitum nihil esse pio*] Dicit, *virum pium nihil morari, nihil illi obstare, quin officium suum ubique exerceat, adsit, faveatque bonis, eosque tueatur; improbos persequatur et puniat. Quod officium boni principis exsecutus hic narratur Theodosius.*

*Tutumve nocenti*] Ex Antithosi. Ut nihil non tutum est justo, pioque; ita injusto impioque omnia intuta, omnia infesta. Plato, lib. ii. de Republica: 'difficile esse,' ait, 'malum diu latere, quin pœnis ultricibus eruatur et vindicetur in eo scelus, circumferentesuam sibi pœnam malitia.' *Barth.*

101 *Nuncius ipse sui*] Sane non denunciavit bellum vel Maximo vel Eugenio Theodosius, sed, legatis ambigua responsa dans, Maximo etiam in speciem Imperio, prolatis apud Antiochiam Imaginibus, participato, intulit: non tamen nesciis. Lege Zosimum.

*Nuncius ipse sui*] Celeritatem summam summæve proximam virtutem

esse in Imperatore, tam scita veterum Sapientium, quam exempla Ducum summorum arguunt. Vise ad res Alexandri et Cæsaris. *Barth.*

103 *Clausos montes*] Singularem Felicitate sane Theodosius claustra illa penetravit, ut speciali Numinis ope ductus perhibeatur.

*Reliquit*] Nullo labore transgressus. A curuli certamine nata locutio. Horatius Arte Poëtica: 'Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est.' *Barth.*

104 *Exstruite immanes scopulos*] Memorabilis invectio in tyrannos.

*Scopulos*] Munitiones vel Alpibus pares. Turres omnia præsidia notare, multis alibi notamus. *Barth.*

105 *Cingite vos fluviis*] Scopulos ergo modo pro saxeis muris dixit. Fossis ingentibus veterum munitiones cinctas docet vel Hierosolymorum exemplum.

*Fluviis*] Ingens tutela afflictorum, hostibus flumina posse objicere instar maximarum nempe morarum.

*Opponite silvas*] Id quid obfuerit docent res Romanæ in Germania. *Barth.*

107 *Permixtis sociate jugis*] Lucensis, *permitto*. Helmæstadiensis *permites*: unus Petav. *permites*: tres *permixtos*: sex *pernices*: codices Schotti, *pernicem*: Palat. *pernici*: opinor *Pirenes* legendum. Barthius *Apenninæque Niphaten* volebat, satis ingeniose: sed Caucasum quoque *nivalem* in Fescenninis noster dixit. et 'scopulos Hæmi nivales' lib. ii. in Rufin. Deinde cum Garganum, Alpes, Apenninum tres Italiæ montes jungat, aut Italiæ proximos, Niphates jure optimo nimis longe quæsitus videri possit, quod is Armeniæ mons sit. Quapropter vir idem doctissimus curis secundis eandem conjecturam amplexus est de *Pirenes jugis*, quam ego hactenus sequor: cum tamen nec ille meam, nec ejus ego sententiam super hoc loco exploratam habere-



mus. Quo fit, ut in sententia, quam prioribus curis aperueram, persistam: nam et Pirenei montes Italiæ vicini. *Pernices* certe in duobus quoque Suisianis invenisse se testatur Andreas Schottus Nodis Ciceronianis libro II. cap. 5. pro *nivalem* Oiselianus a manu prima *nivales*. D. Heins.

109 *Non dabitur murum sceleri*] *Tectum, præsidium, securitatem*. Ovidius, lib. XIII. *Metamorph.* 'quo Graium murus Achilles Procubuit.'

*Qui vindicat*] Deus Ultor, Dea Vindex Nemesis. Barth.

*Qui vindicat, ibit*] *Vindictæ* Lucens. et duo alii: hæret et hic aqua. D. Heins.

110 *Omnia subsident meliori pervia causæ*] Divinus versus, divina sententia. Videtur Claudianus alludere verba Theodosii ipsius, vulgo tum forte jactata, de Imperatorum felicitate non in armis, non in copiis, non in præsentia animorum sita, sed justitia causæ, favore Dei, pietate Principum. Barth.

111 *Nec tamen oblitus civem*] Civiliū bellorum victoriam moderate gessisse, nec iræ in victos indulsisse dicit Theodosium. Et de admiranda ejusdem Clementia B. Ambrosius Oratione funebri.

*Civem*] Etiam in summo fastigio communis Patriæ memoriam non ponendam hortatur. Infra hoc libro: 'Tu civem Patremque geras. Cedentibus Atrox Partibus infremuit.' Victor non secundum iram motus civilium bellorum ultus est. Infra: 'Diis proximus ille est Quem ratio non ira movet, quæ fata rependens Consilio punire potest.' Barth.

112 *Partibus*] Civilibus præcipue bellis *Partes* dicuntur adversæ factiones, adversa agmina.

*Non insultare jacenti*] Et divine illud: 'ignoscere pulcrum Jam misero, pænæque genus, vidisse precantem.' Barth.

113 *Mitis precibus*] Preces autem

justas intellige, nam impia a piis petere insipientia sit, Plautino dicitur.

*Pietatis abundans*] Clementiam dicit Misericordiam, Deorum cultui junctam. De Pietate Theodosii ea memorat Ambrosius, ut meliora majoraque ne excogitari quidem possint. Epistola LIX. de Cæde Thessalonicensi. Barth.

114 *Pænæ parcus*] Ut exsecratus fuerit nomina tyrannorum post victorias civiles omnia vastantium: notat Victorinus, eum non crudeliorem sed mitiorem aucta potentia factum asseverans.

*Paci non intulit iram*] Eodem odiorum et armorum termino. Barth.

115 *Odiis idem qui terminus armis*] Sic de eodem lib. II. in Rufin. 'animique recentia ponunt Vulnera, non odit victus, victorve supersit.' Contra tyranni vecordia sua eo usque auferuntur, ut ignoscere nec possint, si quorum odio semel absurdæ crudelitatis animi inarserunt. Idem.

116 *Profuit hoc vincente capi*] Sane vero. Neminem enim odio partium adflixit, ut ipso victore nemo victus compareret, velut diserte ait Pacatus.

*Vincente capi*] Mutato in meliorem priore statu. Barth.

117 *Aspera laturæ*] Imo *Prospera* cum prima editione, priori Leid. Priæano scribendum, et Thuaneo, id est, prosperam fortunam allaturæ: sensus hoc requirit. Infra: 'Si tibi Parthorum solium fortuna tulisset.' pro attulisset: quomodo Isingrin. liber. Et mox, 'olim domitura gigantes Et pacem latura polo,' pro allatura: atque ita sæpe noster. Quandoque et *ferre* pro auferre ponit: ut lib. I. de Rapt. 'Sic nobis noxia vires Cum cælo fortuna talit?' Bene igitur *Prospera laturæ*, nam ante dixerat, 'Profuit hoc vincente capi,' quod ex illo Ovidii Epist. Briseid. videtur hausisse: 'Utile dicebas ipse fuisse capi.' Rutilius Itinerar. lib. I. 'Fe-



cisti patriam diversis gentibus unam; Profuit invitis teque domante capi.' Sic scribo. Vulgo: 'invictis te dominante capi.' *D. Heins.*

*Commendavere catenæ]* *Laturæ*, si sine hoc vindice fuisset. Qui extremo supplicio destinabantur, eos fœdum in modum catenis onerari circa ea tempora solitos, exemplis pluribus docet Ammianus. Sententia etiam sit, ex merito captos summo et cruciabili supplicio fuisse addicendos. Eos vindicasse Theodosium, et profuisse ipsis tormenta vinculorum, miserante propterea Principe. *Barth.*

118 *Magnarum largitor opum]* Ingenti Regiaque Liberalitate. Nam apprime bene scivisse Theodosium, quid Regium esset, quid Judicem deceret. Notum Diocletiani scitum, 'Liberalitatem primam esse Principis virtutem debere.'

*Largitor honorum]* Pluribus Honoris conferre voluisse Theodosium quam paterentur eorum stationes, affirmat in ejus Laudibus Pacatus. De alio Heroë alibi noster: 'Munificus laudis, sed non et prodigus auri.'

119 *In melius]* *In meliorem*, ut vulgo loquimur, *statum*. Maro contra: 'In pejus ruere, et retro sublapsa referri Res Danaum.'

*Convertere fata]* Regum voces sunt *Leges*. Ut itaque Dei vox cœlitus fata mutat; sic Regum Imperia in terris, qui sunt Deorum vicarii, fata mutant mortalium. Pacatus Panegyrico: 'Quin ego, si fas pinique, si fas aestimare mortalibus cœlestia, nullam majorem esse crediderim felicitatem, quam fecisse felicem, et intercessisse inopiæ et Fortunam vicisse, et dedisse hominibus novum Fatum.' *Barth.*

120 *Validum devoto milite robur]* In benevolentia Militum solidum Imperatoris robur. *Idem.*

121 *Natis mansura fides]* Mansit sane: licet non in vulgaribus periculis.

*Hoc nobilis ortu Nasceris]* Nobilitatem Honorii ubique commendat, quod Principe jam rerum patre sit genitus, in invidiam Arcadianarum partium. *Barth.*

122 *Æquæva cum majestate]* Honorius, simul natus, simul esse Imperatorio fastigio adgnatus, innatusque; nec dilatus honos, biennis enim nondum, et Consul fuit et Cæsar, ut in Fastis videre est. *Majestas*, summa dignitas, vox cum splendore suo nulli alii linguæ sese submittebat. *Idem.*

123 *Contagia sortis]* Manifestum est, quod modo tactum, in invidiam Arcadianarum partium hæc dici, quarum Ducibus cum infensor esset Stilicho, nostri unicus Patronus, sic etiam ei gratificari voluit. Vox *Contagia* ignobiliorem facit Arcadium. *Idem.*

124 *Te solum]* Excluso Arcadio, quem tamen hoc nomine commendat Synesius.

*Regia]* Aulam dicit alibi, Familiam Imperatoriam. *Barth.*

125 *Patrio adolescens in ostro]* Non adoptativo. *Idem.*

126 *Temerata]* Ut fuerit, cum non fueris Augustus: velut Arcadius. *Idem.*

127 *In sacros cedere sinus]* Sacra omnia Principum, Omnia ad nauseam usque inculcata Constitutionibus posteriorum Principum. Sinus sacri, susceptio Augustorum Parentum. Recens enim natus infans tollebatur, et parentum sinui sive genibus imponebatur. *Idem.*

*Hispania]* Theodosius natione Hispanus. *Idem.*

128 *Auriferis eduxit aquis]* Ad flumina Heroum stirpes referri notatum nobis supra. Virgilius: 'Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygiæ peperit Simoëntis ad undam?' *Idem.*

129 *Bosphorus]* Constantinopoli natus Honorius, ut notum. *Idem.*

*De limine surgit origo]* *Malo, limite,*

quod Petavianus unus confirmat: sic *Orientalis limes, Africanus, Rhæticus, Illyricianus, Scythicus, Thracicus*, et similia apud posterioris ævi historicos. *Gallum litem* noster infra vs. 459. dixit. Lucan. 'Gallica certus Limes, ab Ausoniis disternat arva colonis.' Prior Moreti *littora*. quam lectionem confirmant quæ supra vs. 20. diximus. *D. Heins.*

130 *Nutrix Aurora*] Oriens. Utrumque axem allaborasse Honorio autumat, ut mundi dominum produceret. *Barth.*

131 *Geminus axis*] Ultima loca intelligi vult, ex persuasione prisca, qui imperitissimi rerum, in Hispanico Oceano quotidie interire Solem autumabant. *Idem.*

132 *Sustentat gloria Thebas*] Illic natis ambobus, si placet Diis, Numinibus, quos universus orbis pro talibus colebat, doctis tamen viris natos homines agnoscentibus. Et nulla non civitas Deos dedit. *Idem.*

133 *Hæsit Apollineo*] Delon Insulam erraticam, nullis fixam radicibus, ante fluitasse, fixam tellure obhæsisse, ut alias omnes, natis inibi Apolline et Diana, fabula non incelebris Poëtarum cantilenis.

*Delos Latonia*] Latonæ partu consecrata, eique postinde dedicata. Virgil. 'Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.' Accepit et nomen a partu illo, cum ante aperta fluctibus vagaretur. *Barth.*

134 *Cretaque se jactat*] Exscripsisse hæc videtur, et in numeros redegit ex Pacati Panegyrico: 'Cedat,' inquit de Theodosii patria Hispania, 'his terris terra Cretensis, parvi Jovis gloriata cunis, et Geminis Delos reptata Numinibus, et alumno Hercule nobiles Thebæ. Fidem constare nescimus auditis, Deum dedit Hispania quem videmus.' Jovem in Creta natum infiniti scriptores testantur.

*Reptata*] Calcata dicere non po-

test, ob infantium teneritudinem. *Barth.*

136 *Quæ dedit hoc numen*] Peperit, in lucem edidit. *Idem.*

137 *Inhospita Cynthi*] Deserta, non nimis populosa. *Idem.*

138 *Læsere cubili*] *Læsura* secund. Vatic. et Palat. pro *Acclinis auro*, quod in melioribus scriptis est, non *Acclivis*. Barthius *Acclini* malit. *D. Heins.*

139 *Acclinis auro*] Irridet et vituperat Latonæ puerperæ pompam, ea enim palmam amplexa peperit illa famigeratissima Numina.

*Circumflua gemmis*] Abundans maxime: ut insula mari circumflua. Sic *circumfluens* abundantem notat Catullo. *Barth.*

*Circumflua gemmis*] Flaccilla hic designatur, quæ Honorium, jam Augusta, peperit: unde insignior natalis ejus quam Arcadii: quare antea dixit: 'Omnibus acceptis,' id est, a patre et matre juxta nobilitatus es; nihilque tibi defuit ad summam gloriam et perfectum originis decus. *Claver.*

140 *Ululata verendis*] Ad solennem circum parturientes clamorem allusum, quo putabant propitiari Lucinam, fiebatque aperto capite, lotis manibus: Papinius, Thebaid. III. 'nulloque ululata dolore Respexit Lucina domum.' Matres præsentis vota concipiebant pro puerpera, quæ et ipsa pars fuit ululatum. Ululare alioquin luctuosum credunt et ominosum. *Barth.*

*Ululata*] Hæc de fausta acclamatione.

142 *Voces avium*] Captationes Auguriorum et Auspiciozum, solennes magnarum rerum exordiis.

*Quanti volatus*] Numerum indicat magnum, ad quam felicitatem futurorum temporum æstimabant, victo minore.

143 *Discursus*] Incerti vagique cursus. Tibullus: 'Et vaga non certa discurrunt undique pompa,' &c.

*Tibi corniger Hammon*] Notissimum

Oraculum. De quo tamen securius mentiri potuit, quam de altero, utpote remotissimo. *Barth.*

144 *Rupere silentia*] Apertum mendacium; et hæc curabat scilicet Theodosius, eversor Fanorum et Idolorum de majori terrarum Orbis parte: tacebant autem tum omnino Delphi, et quidem a nato Christo. *Idem.*

145 *Te Persæ cecinere Magi*] Persarum Lingua Magnus est, qui Latia Antistes aut Sacerdos.

*Etruscus augur*] Hujus gentis Augures Aruspicesque, Vaticinatoresque alios, præ cæteris fide dignos habebant Romani, quippe qui ex Hetruria superstitionum Leges, Ceremonias, carmina, plurima transtulerint, quæ pleræque de Libris Hetruscis petitiæ, etiam fulgurum curæ, idque genus alia. *Barth.*

146 *Inspectis Babylonius horruit astris*] Chaldæus sive Genethliacus, cum thema nativitatæ tuæ inspiceret, totus intremuit, omnem illam Barbariem te auspice Romano Imperio successuram videns. *Idem.*

147 *Cumanaque*] Cumanæ Sibyllæ Oraculum. Prudentius: 'Mortua jam mutæ lugent oracula Cumæ.' *Idem.*

148 *Intonuit*] Et hoc ad divinum sonum. Sidonius: 'Intonuit solita noster Apollo Iyra.'

*Rupes*] Præsente enim Apolline etiam rupes vaticinabantur.

*Rabidæ Sibyllæ*] Furentes enim a Dæmoniis inspiratæ edebant oracula sua eæ mulieres.

*Delubra*] Fana, specus, aut antra. Vide Macrob. III. 4. *Barth.*

149 *Nec te progenitum*] Ut Jovem in Creta insula, ne a patre recens natus devoraretur. Aratus, Avienus. *Lustrasse* dicit Claudianus, quia ἐλόπιον illum Chorum Corybantes circum puerum Jovem ductitarunt, ex omni latere caventes ne qua sonus aures nativori senis allaberetur. Qui enim lustrabant quippiam, in circu-

lum ambiebant. *Idem.*

150 *Exercitus undique*] Commendatio Principis inter arma nati. *Idem.*

151 *Ambitus signis*] Non ambitur Oxon. ut cum sequentibus hæc cohæreant: *sentit* etiam pro *sensit* bene Lucens. et prior Leid. *D. Heins.*

*Augustior infans*] Humano major, in depressionem Arcadii. *Barth.*

152 *Sentit adorantes galeus*] Adoratio Romani Principis nota. *Idem.*

154 *Inter cunabula Consul Provecheris*] Consul provecheris, in Consulem. Honorius autem natus est Ricomere et Clearcho Consulibus. Tertio ætatis anno Honorius Fastos tenuit, Evodio, viro strenuo, collega. *Idem.*

155 *Signans posito modo nomine fastos*] *Signas* Lucens. et duo Vatican. idem Lucensis *fastus*. Cons. Manlii initio, 'nec fastibus ullis Erigitur:' ita scripti, ut et Epist. ad Probinum: 'Incipiensque tuis a fastibus omnia cæpi.' Lib. I. in Eutropium: 'Inter Arinthei fastus:' sic et Lucanus. Horatius, lib. III. Od. 17. 'Per memores genus omne fastus:' et lib. IV. Od. 14. 'Per titulos memoresque fastus.' Quomodo utrumque locum Petavianus codex exhibet: atque ita suo quoque tempore in nonnullis membranis exaratum fuisse testatur Priscianus. Ovid. initio Fast. 'Quæque ferunt illi pictos signantia fastus,' ex auctoritate veterrimi libri Vaticani. Silius, lib. II. 'Ausonios atavo ducebat consule fastus,' non *fasces* duo scripti. Plura ad Nasonem Fast. lib. I. vs. 11. *D. Heins.*

*Posito modo nomine*] Poëtice. Nomina enim pueris nono, octavo Romanis puellis imponebantur. Festus: 'Lustrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus, quia his lustrantur, atque iis nomina imponuntur.' *Barth.*

156 *Donaturque tibi*] Manifesta Poëtica temporum retorsio. Ut jam modo notata indicant. *Idem.*

157 *Quirinali amictu*] Consulari tra-

bea Togaque Romani summi olim magistratus pacati indice. *Barth.*

159 *Immortalique Deorum*] *Dearum* Lucens. et septem alij: bene. *D. Heins.*

160 *Gremio*] Cura et Educatione matris patrisque Augusti. *Barth.*

161 *Mænaios arcus*] A crebris in Arcadia Deæ venationibus. *Idem.*

162 *Suspendit puerile decus*] Ausonius similiter, 'Corrupt totum qui puerile decus:' frustra *secus* a viro maximo rescribitur. Mox *jam nunc pro jam tum* Lucens. *D. Heins.*

164 *Blandos angues*] Non aliter tibi atque ipsi Deæ alludentes, ob amorem in te Numinis. De Capillis Gorgonis, Ægide, &c. omnia notissima.

*Interritus*] Paria III. Consulatu: 'coruscanti clypeo te sæpe volentem Sustulit, intrepidum ferri.'

166 *Festinaque voti*] Spei, in quam natus erat Honorius, Imperii nimirum. Felicitas Liberatorum votum parentum. Locutio Græcanica. Hoc libro 395. 'Tunc ego, securus fati.' Negotiosus operum, apud Sidonium, lib. VIII. Epist. 8. *Barth.*

167 *Præsumtum diadema*] Ante legitimam ætatem gestari cœptum. *Idem.*

*Præsumtum*] Elegans et propria dictio de eo, qui haud dubie Imperii successor sit futurus. 'Pravæ aliorum spes cohibentur,' ait Tacitus, 'si successor non in incerto; ac minori discrimine princeps sumitur, quam quæritur.' *Claver.*

*Levibus ulnis*] Teretibus, formosis. *Barth.*

*Levibus ulnis*] *Lenibus* plurimi veteres, nihilo deterius. *D. Heins.*

169 *Mutatus Principe Casar*] Cæsar eo ævo filius principis cumprimum natus. Alioquin notum Cæsares prius, deinde Augustos factos habitosque. *Barth.*

*Principe Casar*] Honorius ante nobilis puer, aut princeps juventutis, postmodo factus est nobilissimus Cæ-

sar, dein Augustus; qua in re æquatus est fratri Arcadio. Patre jam jam ituro contra Eugenium, ac gemellis consortibus in Oriente relictis; si quid ei humanitus contigisset. *Claver.*

170 *Protinus æquaris fratri*] *Æquari* primus Medicæus et Palatinus. Concinne: amat has locutiones noster. Similes nævos in Statio non semel deprehendi: ut Theb. III. vs. 564. 'nos debile vulgus Scrutamur superiores.' Veteres libri *scrutati* pro *scrutari*: mox *Hortari* non *Hortati* scripti novem. *D. Heins.*

*Nec certius unquam*] Prodigia sive Indicia cælestia felicitatem Honorio spondentia describere orditur, more Nationum, nihil sine horum observatione ordientium. *Certius*, constantius, indubitabilius. Hortatos dicit Deos, quod repetitis ostentis rem promoverint, quæ summa est causa rei aggredundæ. *Barth.*

171 *Præsentior æther*] *Certior*. Vide supra. *Idem.*

172 *Involverat atra*] Sic Lucens. Gyrald. et plerique cæteri. Vulgo *atris*. Alii *astri*, *astra*, *austri*, *astris*. Hyemem pro tempestate dixit. *D. Heins.*

173 *Hyems*] Tempesta nubila.

*Notus collegerat imbres*] Horatius: 'Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus, neque parturit imbres Perpetuos.' *Barth.*

174 *Solita miles te voce levasset*] Cum te Augustum proclamatum salutasset. Non enim de alia levatione videtur loqui Claudianus, quam qua in Augustum elevatus est Honorius, nam ea usurpatio solennis istius verbi. Potest tamen a consuetudine quadam *levandi* in solium, clypeum, aut per manus, locutio orta esse, eamque innuere; quam multis jam pridem notarunt eruditi. *Solitam* vocem, acclamationes dicit, quæ in militari vulgo, classicis et fragore armorum blandiore conficiebat. *Idem.*

*Levasset*] Quæ ad solennitatis hujus explicationem pertinent, pete ex P. Pithæi JC. Advers. subsec. II. 6. Locus non videtur omnino sanus: nam quid est *militem voce levare Imperatorem?* nisi forte sit faustis acclamationibus prosequi; sed illud non satis totum ritum explicat; itaque censeo rescribendum: 'Sed mox cum solito miles te more levasset,' &c. *Dempst.*

175 *Nubila dissolvit Phæbus*] A claritudine diei sumit omen illustris juvenidique futuri principatus. *Barth.*

177 *Adversam patitur Chalcedona*] Tam claram repente Lucem ortam dicit, cum Augustum honorem caperet Honorius, ut nullo negotio Constantinopoli trans Bosphorum cerni potuerit Bithyniæ oppidum Chalcedon. Non longe autem dissita hæc Byzantio civitas. *Idem.*

179 *Thrace*] Thracia. Montosam regionem nebulosam, quare miraculi instar fuit totam nitidam conspectam.

*Renident*] Rejiciunt quodammodo captum splendorem, ingeruntque oculis repercussum.

180 *Palus radios Mæotica vibrat*] Lucensis et Mediceus unus *Mæotia*. Lib. II. in Eutrop. *Non freta longinquis Mæotia piscibus explent:* sic legendum. Scripti plerique *Mæotida* utroque loco: quod *σολοικίξει*, ac proinde ferri non potest. *Mæotide ripa* noster recte dixit Bello Gild. et *ara Mæotide* Juvenalis. et *hyeme Mæotide* Ovid. *Mæotides paludes* Oros. et *Mæotidas undas* Lucan. lib. III. 'Quaque fretum torrens Mæotidas egerit undas.' Sic bene vetusti codices. Cæterum pro *Mæoticus* in optimis non hujus tantum scriptoris sed aliorum etiam poëtarum exemplaribus *Mæotius* plerumque legitur, et quidem probe. Ita apud Virgil. in optimo libro Mediceo, Georg. III. *Mæotia unda*. et Æn. VI. *Mæotia tellus*. *Mæotia tellus* apud nostrum VI. Cons. Hon. et *Mæotia* Cons. Olybrii absolute, ut scribendum puto. Lucanus, lib. II.

*palus Mæotia:* ubi *Mæotida* perperam nonnulli scripti: atque ita exaratum etiam id nomen in optimo Curtii Medicei codice animadverti. *D. Heins.*

181 *Nec Boreas nimbos aut*] Non utroque loco Junian. non male. *Idem.*

*Nec Boreas nimbos*] Neque nimium Solem bibisse aquam pluviis faciendis ait, neque ventos turbasse liquidam diei serenitatem. *Barth.*

182 *Imperii lux*] Natalis imperii, Spartiano: Imperii ver, Sidonio.

*Præcæsus obibat Cuncta*] Reviviscens velut sideribus. Ita enim Sidonius: 'præcæsus tellus Aurea converso promisit secula fœtus.' *Barth.*

185 *Stella die*] Notandum Stellam in die visam pro bono fortunatoque omine nostro accipi jactarique: cum alioquin contra habeatur, turbato videlicet ordine, et majori Lumine contra Naturam minori cedente.

*Dubitanda nihil*] Certo conspiciendam se oculis ingerens. *Dubitandum* dicitur cui viso fidere tamen non possis.

*Crine retuso*] Crines, clari eminentesque siderum radii. *Barth.*

*Crine retuso*] Hanc veram esse lectionem monuimus Cons. Olybr. non audiendi igitur scripti libri et Delrius, qui sollicitant. *D. Heins.*

186 *Quantus numeratur nocte Bootes*] Unam stellam Honorianam; hanc toti astro Bootæ comparat. *Numeratur* autem dixit ob multitudinem stellarum in eo Astro. Alias *numerare*, ut suum *ἀριθμῆν* Græcis, æstimare, vel et venerari quandoque. Ita 'numerosus Hortus' Columellæ, dignus diligente opera et scriptione. *Barth.*

189 *Sive parens Augusta fuit*] Haud dubie de Placilla sive Flaccilla, Honorii matre, loquitur, quæ obierat jam dum Theodosio bellum contra Maximum parante, ut Zosimus alii-que clare testantur, quod post bellum confectum Imperator factus est deum Honorius. *Idem.*

190 *Divi sidus avi, seu te prop. as.]*



Hæc Luc. et Gyrald. libro debentur. Vulgo *Divus avus seu te claris propellantibus astris*. pro *claris* Helmæstadiensis *rata*. Pricæanus, *clarus*. Oxon. *natum*, vel *jamjam*. quatuor *cælo*. Patavin. *nitidis*. alius, *puero*. Rottendorph. *cunctis*. quæ varietas locum corruptum satis indicabat. in Oiselianno *rd claris* omisum. *D. Heins*.

*Claris properantibus astris*] Futurum in consortio quondam ipsorum sidus dicit ambiisse spectare astra, clarum ut quodque fuerit, Honorium. *Barth*.

191 *Patiens cælum commune remisit*] Sua luce paullisper inhibita, et permissis lucere gentilitiis Honorio astris. *rd commune* ad eundem pertinet. *Idem*.

192 *Apparet*] Collatione nimirum Heronum veterum.

*Ventura potestas Claruit Ascanio*] Nota fabula de Marone, *Æneid.* II. 'Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex,' &c. Et reapse hoc genus portenti claritudinem gloriamque inferre creditum traditumque. Vide L. Florum, I. 6. *Barth*.

194 *Innocuus*] Illæsus. *Idem*.

*Flagraret apex*] Sic Augusto Romam adventante Solis orbis super caput ejus curvatus rotundatusque in colorem arcus conspectus est. Sidon. 'Sic loquitur natura Deos, eunctantibus Iuli Lambabant teneros incendia blanda capillos.' *Claver*.

*Phrygioque volutus Vertice*] *Fluidoque* prim. Vatican. et Farnesianus. sed nil mutandum. *D. Heins*.

195 *Fatalis candor*] Ob candorem diadematis, quem æmulabatur eo lucidior, candidiorque flamma, quo purior, et cælesti similior. *Barth*.

197 *Idæis antris*] Montem Cretæ dicit Idam. Scholiastes Callimachi: Eo absconditum, inibique celatum Jovem, crebra fabula. Minutius Felix iisdem locis sua etiam ætate Antrum illud Joviale ostensum memorat; ut et sepulcrum summi illius Deumque

hominumque Moderatoris, quod quidem celebrem apud scriptores mentionem servat.

*Primævus Jupitèr*] Florenti ætate, prima adolescentia. *Barth*.

198 *Arce poli*] Arx summus apex rei cujusque, caput, principium. *Idem*.

199 *Natura tradente*] Hujus enim auctoritas Numinibus imperat. *Idem*.

200 *Vernabant vultus*] Primo flore juventæ. Prudentius pari sensu de Theodosii filii: 'dominos, vernantes flore Juventæ.' *Idem*.

201 *Moturæ convexa comæ*] *Jubæ* Putean. et Patav. quomodo Martial. lib. I. Epigr. 88. de Encolpo puero: 'Dumque decent fusæ lactea colla jubæ.' *D. Heins*.

*Moturæ convexa comæ*] Quarum motarum auctoritati, Olympum, Cælum, Maria, Terras, alligavit Homeri Prudentia. Ovidius de eodem: 'Terribilem capitis concussit terque quarterque Cæsariem, cum qua, terram, mare, sidera, movit.' *Barth*.

202 *Fulmenque rudi torquere lacerto*] Discebant enim sua Opera Dii in pueritia, antequam in ætate exercerent. *Idem*.

203 *Lætior augurio*] *Auguriis* unus Medic. puto *augurii*. sic sæpe noster. infra, 'lætusque laborum Discedam, vobis utrumque regentibus axem.' Vide hoc loco Barthium. *D. Heins*.

*Augurio*] Stellæ, et subito omnia inclarantis diei. Constantinopolim rediisse dicit cum utroque filiorum Theodosium ab Junioris inauguratiōne, quam celebrat, eodem loco, quo ante annos aliquot Arcadium augusta dignitate extulerat, septimo ab urbe milliari. *Barth*.

204 *Jam paribus*] Utroque videlicet Augusto.

*Fultus consorte*] Liberi fulcra parentum. *Barth*.

205 *Pio curru*] Supra notatum de felicitate hac Theodosii Principis. *Idem*.

206 *Gemini*] Castor et Pollux, ge-



mina Numina. *Barth.*

207 *Utroque relucent Frater*] Fraternalis species. *Idem.*

208 *Similis chlamys effluit auro*] *Simili* legendum jam monuit Cl. Gro-novius *Observat.* lib. II. c. 7. et curis secundis *Barthius.* qui alteram conjecturam addit, *simili aura.* Lucens. et sex alii ex nostris confirmant *rd simili auro.* pro *relucent septem relucent.* probe. *D. Heins.*

*Similis chlamys effluit*] Ut ventum innuat tollentem amictus, quod formosis corporibus magnum decoris augmentum. Sed de similitudine habitus hic et vestimentorum, sermo. *Barth.*

209 *Stellati pariter crines*] Fabulam Poëtarum alludit singulis Castorum Fratrum singulas stellas in capite vel fronte assignantes. *Idem.*

*Juvat ipse Tonantem Error*] Dum alterum pro altero censet. *Idem.*

211 *Eurolas*] *Θεὸς ἐπιχόριος.* Flumen Laconiae, ad quod educati gemini. *Idem.*

212 *Domus*] Aula; nam summi splendoris capax etiam illa vox. Maro: 'Panditur interea domus Omnipotentis Olympi.'

*Talia tecum*] Nulla doctrina, nulla sapientia, nulla vis ingenii, pro dignitate has seq. paginas aut enarrarint aut exceperint. Nos strictim sententias nonnullas tangamus, non ut deducamus, sed ut sensum expediamus similibus aliquibus adjectis. *Barth.*

213 *Fertur*] Tanquam sermo celebritatem habeat, in populum editus.

*Ditione*] Imperio, moderatione. *Barth.*

214 *Parthorum*] Parthicum, quod tum Persicum, et Romanum Imperium, duo maxima rerum humanarum.

*Solium*] Thronum, Regiam dignitatem.

*Parthorum solium*] Thronus Regius, tanta nunc quoque apud Christianos nonnullos Principes auctoritate, ut sine veneratione non conspiciatur. *Barth.*

*Fortuna dedisset*] Quinque libri natura, et sic ex suis Andr. Schottus in *Observationibus.* noster infra: 'nostro nec debes regna favori Quæ tibi jam natura dedit.' improbat tamen *Barthius.* *tulisset* etiam liber *Isingrini.* diximus supra v. 117. nihil tamen temere mutem. mox *Assyrio ore* non *Arsacio* duo scripti. *D. Heins.*

215 *Procul venerandus*] Ingentem amplitudinem Persici Regni intellige. Tacite etiam cultum hoc genus 'Regum, procul adorandum. *Barth.*

216 *Arsacio*] Omnes Parthorum Reges Arsacii aut Arsacidæ, ut ab Alexandro Ægyptiorum Ptolomæi.

*Consurgeret*] Alludit quod modo indicavi, rectum tiam nemini gestari licitum præter Regem. *Barth.*

217 *Luxuque fluentem Deside*] More Regum Orientis, usque ad infamiam a Romanis deliciis diffluentium, licet et isti eorum mores facile adsciverint, de quibus nullæ non recinunt Historiæ. *Idem.*

218 *Nobilitas posset te sola tueri*] Summa sermonis est Romano homini Principique nobilitatem sine virtute nulli gloriæ esse. Sic infra, 'virtute decet, non sanguine, niti.' *Idem.*

219 *Alter*] Alia prorsus *Tibullus:* 'Alter dictet opus magni mirabile mundi.'

*Alter Romanæ*] Cæteri enim Principes Regesque Barbaris et velut belluis imperitant: Romani non solum homines, sed et liberos homines, moderantur. Hoc est, quod sapientissime ingerit hic Imperator filio. *Barth.*

220 *Virtute decet non sanguine niti*] Lege, instar omnium, totam Octavam Satyram *Juvenalis.*

*Sanguine*] Genere, Stemmate. *Bart.*

221 *Major et utilior fato*] Non ulterius facto libri fere omnes, et recte. Fatum cum fortuna frequenter poëtæ confundunt. ut apud *Lucan.* lib. x. 'Ad scelus ingentis fati sumus.' quæ vera ibi lectio. Cæterum *Lucensis* huic versui præfigit tres sequentes,

quorum initium *Hanc tamen haud quisquam* non incommode. mox distinguendum cum libris *Proderit obscuro?* id est, homini ignoto. *Claverius obscurum remigem* facete interpretatur, sole adustum. sed decepit illum locus interpolatus. Verum vidit Barthius. *D. Heins.*

*Major et utilior fato conjuncta potenti]* De illustri enim Nobilitate, præpotente hominum *Fortuna* cum virtute jungenda, Romanum hominem Principemque instituens, loquitur *Claudianus*. Sermo hic omnis est, qui mores summum inter homines locum deceant. Ait igitur virtutem exserendam ipso usu, omnium bono publico et communi, cum toti generi humano prodesse possit ob potentiam et opes. Acute tribus verbis *Lucanus*, lib. iv. 'perit obruta virtus: tenebris nimirum et paupertate: tum demum enim est virtus, cum accedente potestate, viget, et usui communi sese impendit. *Barth.*

*Fato]* Delrio legit *facto*, hoc sensu: excellentior scilicet est, et plus habet ænolumenti principum virtus quam plebeiorum; quia cum omnium oculis illi sint expositi, illa quoque tum facilius elucescit. *Delrio.*

*222 Vile latens virtus]* Destituta fato, accisis pennis humilis. Latentium magnarum rerum nulla gloria. *Jesu Sirach*, c. 20. notum dictum: 'Thesaurus invisus, et sapientia abscondita, quæ utilitas in iis?'

*Vile]* *Negotium* scilicet. *Maro*: 'Dulce sopor fessis in gramine.'

*Submersa tenebris]* Ignobilitate, obscuritate. *Barth.*

*223 Proderit]* Nativa illa et ingenta Heroicis natalibus semina virtutis exerenda usu ait, cum alioquin nulla sint, quæ nemini prosint. Ludent qui alia hic comminiscuntur. Virtutem nil vile decere, ait *Prudentius* in *Symmachum*, qui et statuas omnes ea gratia, et quicquid periturum mortales colunt, longe illius dig-

nitatem inferius esse canit. *Idem.*

*224 Lyra, quæ reticet]* Occultæ Musicæ nullus honos.

*Qui non tenditur arcus]* Simile ab armis, quæ, nisi usurpentur, nullius sunt pretii vel effectus. *Barth.*

*225 Agnoverit ante Semet]* Animam, corpus, affectus, potestatem. In hoc omnem sapientiam reconditam esse vetustissima docet eruditio: ut homo pro se quisque rerum externarum ludibriis vanitatibusque despretis, incumbat sibi, quidque sibi, regendo debeat, quid ex se Deo, se cognoscendo condiscat: in eo enim esse summam vitæ recte decurrendæ. *Idem.*

*226 Incertos animi pacaverit æstus]* *Pacaverit* recte idem *Barthius*. quod tamen retractavit perperam curis secundis. confirmant *Putean.* et *Pavavinus*. infra: 'Hos igitur potuit si quis sedare tumultus.' *Cicero Tusc. Quæst. libr. v.* 'Ut maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla ne quidem minima aura fluctus commovente, sic animi quietus et pacatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moveri queat.' ubi perperam *placatus* etiam vulgo legitur. *incestos* etiam *Isingrinus* et nonnulli ex nostris, quod *Delrio* placet, non mihi. *Lucan.* lib. viii. 'incertos pectoris æstus' dixit. et *Val. Flaccus*, lib. v. 'Præcipue Æsoniden varios incerta per æstus Mens rapit unanimum curis.' *D. Heins.*

*Incertos]* Inconstantes, semper duobios.

*Animi]* Ab inquisitione cognoscendi sui ad animum componendum homo vocatur; quem nisi, tot diversis affectibus obnoxium, componat, nequaquam feliciter vivet: Qui autem possit, nisi totum semet ante agnoverit?

*Animi æstus]* Affectuum perturbationes. *Barth.*

*Animi æstus]* Comparatio crebra optimis scriptoribus affectuum cum æstibus, fluctibus, tempestatibus:

cum sint κινήσεις ψυχῆς παρὰ φύσιν, ut vocantur in Stobæi Ethicis Collectaneis, quo loco plenam explicationem eorum offendes.

*Placaverit*] Oblatrantur velut obnitentesque. *Barth.*

227 *Ambagibus itur*] Cognoscenda enim rerum natura, scrutanda numina Deorum, animæ ratio inquirenda, ut quid universi ordini, Dei voluntati, humanitati communi, suæque menti, quisque debeat, possit statui. Inde felicitatis agnitio animum sua tranquillitate componet intus, docebitque extra prodesse rei communi, 'humana qua parte locatus sit in re.' *Idem.*

228 *Disce orbi*] Dempsterus leg. *Discordis quod quisque, &c.* Variis partibus, morti obnoxii et immortalibus, compositus.

*Disce orbi, quod quisque sibi*] Primus sic legendum vidit Antonius Quærengus, teste Vincentio Contareno in Variis Lectionibus, ut Gronovius noster *Observ.* lib. II. 121. jam monuit: nec aliter prior *Leid.* et quinque alii. Vulgo *Orbis.* unde miræ conjecturæ natæ. Quæ privatus sibi, ea Orbi discit Imperator. Faciunt hæc ista Hadriani apud Spartianum, 'Facile ista dicis tu, qui patrimonii tui, non reipublicæ hæredem quæris.' *Barthius* amplectitur *Francisci Zizæi* conjecturam corrigentis, *Discordis quod quisque sibi.* nolim factum. In *Helmæstadiensis*, *Disce orbem quod quisque sibi.* *D. Heins.*

229 *Ætheriis miscens terrena*] Cælestibus terrestria, elementaria æternis.

*Ætheriis*] Divinæ nempe particulam auræ. Animam humanam ex eodem cum Diis dæmonibusque craterem haustam sciseebant Philosophi.

*Terrena*] Lutum. Hesiodus materiam hominis pulverem aqua mixtum agnoscit.

*Prometheus*] Platonica Philosophia *Prometheum* providentiam autumat, mundi gubernatricem, unde vita et

spiritus mortalibus. *Barth.*

230 *Sinceram patrio*] Non *patri*, cum *Isingrino Raphelengius.* recte, neque aliter *Pricæanus* ex nostris a manu secunda. Sic 'patriique expirat *Averni Halitus*' apud *Valer. Flacc.* IV. *D. Heins.*

*Sinceram mentem*] Animam rationalem, cælestem, divinitatis competentem, quam ætherei ignis vocabulo *Poëtæ* censent, cum ipsum Deum intelligentem ignem *Theologia vetus* faciat. Vide *Cassiodorum*, c. 10. de *Anima.* *Barth.*

*Mentem*] Animum rationis participem.

*Furatus*] Fabellam *Poëtici* coloribus fucata narrat *Fulgentius*, *Mytholog.* II. 9. *Barth.*

231 *Claustris, indignantem*] Carcere velut, ut nobilis ab ignobilibus membris in vita contineatur. Quæ doctrina sapientum est. *Maro* lib. VI. 'Igneus est ollis vigor, et cælestis origo Seminibus, quantum non noxia corpora tardant *Terrenique* hebetant artus,' &c. *Idem.*

233 *Adjunxit geminas*] *Virgilius* tres animas *Herilo* tribuit, ut indicaret hominis illius perfectionem. *Claver.*

*Geminas*] Illa quæ sentit, et illa quæ vegetat. *Delrio.*

*Lapsæ*] Obeuntes, in nihilum redactæ. *Barth.*

234 *Bustoque superstes Evolat*] *Lucan.* lib. IX. de *Pompeio*: 'Prosiluit busto, semesaque membra relinquens, Degeneremque rogam, sequitur convexa *Tonantis.*'

235 *Capitis fundavit in arce*] *Caput* principium humani corporis. In capite sapientiæ est organum, quod et cerebrum dicitur, unde et caput honorabilius omni est corpore. *Minutius Felix*, *Octavio*: 'Oculi in summo, velut in specula, constituti, et omnes cæteri sensus quasi in arce dispositi.' *Barth.*

236 *Mandatricem operum*] *Rationa-*

lem animam, τὸ ἡγεμονικὸν, Ducem, Aurigam, Imperatricem hominis, Platonici aliique Philosophi ubique definiunt, Aurigam aliquando velut curru cuiusdam equisve imponentes.

*Labori*] Quo vita humana constat. Vita enim labor perpetuus. *Barth.*

*Prospecturamque labori*] *Prospectricemque laborum* Moreti prior, Junian. quart. Vatican. et Pet. unus. placet. quintus Vatican. *spectatricemque laborum.* D. Heins.

238 *Digna statione*] Ut pareant scilicet, loco ipso admonente. Statio, sedes ordinaria, atque assignata, cuique peculiariter. Manilius de Astris, l. iv. 'Impleruntque suos, certa statione, labores.' *Barth.*

239 *Opifex*] Prometheum sive providentiam dixit. *Idem.*

241 *Iram sanguinei regio sub pectore cordis Protegit*] Sanguineum cor, quia fons sanguinis.

*Iram*] Ejus sedes in pectoris intimo, corde. Petronius Arbiter: 'in Pectoribus ira consistit.'

*Sub pectore*] Pectus, domicilium, habitatio cordis. *Barth.*

242 *Protegit imbutam flammis*] *Inbustam* prior Leid. puto *ambustam.* paulo ante *committere* pro *confundere* Mediceus unus et Palat. dictum alibi. D. Heins.

*Avidanque nocendi*] Huc enim properat animus commotus. *Barth.*

243 *Rabie succensa tumescit*] Pectoris illa regio inflammatur iracundia, effervescit quasi, et ebullit, venis ipsis toto corpore incensis. Ovidius, iii. Artis: 'Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ, Lumina Gorgoneo sævius angue micant.' *Idem.*

*Rabie succensa*] Ira enim furor est; imo furore atrocior. Cato apud Stobæum. τὸν ὀργιζόμενον νόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνον διαφέρειν.

*Tumescit*] Extra se effertur, quod pulere fermento suo præfiguravit Plantus. *Barth.*

244 *Contrahitur tepefacta metu*] Pri-

mæ edd. cum Isingrini libro et septem ex nostris *stupefacta.* Unus Med. *tumefacta.* Reg. et Oxon. *tabefacta* pro *labefacta.* Pricæ. *tremefacta.* mox *ferenti,* non *fluenti,* bene scripti omnes. *Verteret* etiam pro *Duceret* prior Moreti non male. recte autem *Contrahitur.* sic apud Marcianum Capellam, lib. vi. 'Nam cum æstate torremur, illic frigore contrahuntur.' et mox, 'quarum una vicinantis plaustris algore crustatur, altera transaustri halitus desertione contrahitur.' et deinde, 'Latitudo autem terræ a Meridiano situ in Septentrionis caput plurimum minor est: nam utrinque intemperati aëris nimietate contrahitur.' D. Heins.

*Contrahitur tepefacta metu*] Uti effert in calores nimios et præcipites ira, ita metus contrahit animum, ut veluti frigore quopiam percussus, non possit officio suo fungi: junctis his, commoderatisque, fit æquabilitas.

*Contrahitur*] Frigore velut.

*Contrahitur*] Arefit quasi, et corrugatur. Arnobius, l. vii. 'Contrahitur tristitia, quod solvitur voluptate.'

*Tepefacta*] Ex fervore relanguagescens.

*Cumque omnia secum Duceret*] Efrænis iracundia, fluctibus comparata ab Dionysio Alexandrino. Claudianus tempestatem facit, torrentemve, omnia rapientem secum, suoque impetu pessumdantem. *Barth.*

246 *Invenit pulmonis opem*] Cordi refrigerando, calorique cohibendo. *Idem.*

247 *Præbuit*] Exhibuit, ministravit. *Idem.*

248 *Sibi cuncta petens, nil collatura cupido*] Omnem uno nomine cupiditatem intelligit, avaritiæ intentum oculum habens, quam alibi scelerum matrem vocat. *Idem.*

249 *In jecur*] Jecur sedes cupidinum.

*Tractus imos*] Relegata in locum indigniorem.

*Compulsa*] Non enim sponte. Notat impudentiam cupidinis humani. *Barth.*

250 *Bellua*] Duo in homine animantia statuunt Philosophi, in speciem tamen, et rei, puto, liquidius docendæ. Vide doctissimum Commentarium Is. Casauboni ad Persii Satyram Quintam: 'Vitia belluæ sunt, vitiosi homines belluis æquati.' *Barth.*

251 *Expleri pascique nequit*] *Velit* scripti fere omnes. *immanis* etiam et *cum* pro *immanes* et *dum*, veteres quidam. Locus corruptus. Puto scribendum, *Ac velut immanis reseratum bellua rictum Expleri pascique velit*. Elegans Græcismus occasionem loco corrumpendo dedit. Cicero, 'animi ægritudinem, tetram et immanem belluam' appellavit, Tusc. Quæst. lib. v. *D. Heins.*

*Pascique*] Ut desistat a cupiditate plurium. Eleganter docteque *pasci*, non *saturari*, dixit, cum nunquam pascatur cupiditas, quippe voluptas in pastu; quam illa nescit, soli ingurgitationi et deglutioni intenta. Nulla hic animi compositio quæ sequitur passionem, sed perpetua sitis et fames. *Barth.*

*Verbere*] Tormento, flagellis. Omnia tormenta verbera sunt priscis, quod in tormentis maxime uterentur flagellatione. *Idem.*

252 *Stimulis amorum*] Molliores hoc facit verberibus avaritiæ. Sic κέρτρον ἔρωτος infinitis locis in Nonno. *Flagrare* dicit, ob ignem innaturalem quodammodo, nimium, inconditum. Amoris autem res igni præcipue comparantur, ut omnia ejus arma ignita esse ait Moschus. *Idem.*

253 *Nunc gaudet*] Nimium gaudium, animi ingens turbatio.

*Mæsta dolet*] Non temere junxit dolori mæstitiam, cum et dolor sit qui non sit tristis, isque minime deterius afficiat. *Barth.*

254 *Pollentius*] Vivacius, nervosius,

fortius.

*Hydra*] Nota fabula, ad vitia autem non sine improbo labore domanda refertur. *Barth.*

255 *Potuit si quis sedare tumultus*] *Poterit* tres codices. *D. Heins.*

*Tumultus*] Affectuum contrarian-tium. *Barth.*

256 *Inconcuſsa dabit*] Tranquillitatem intimæ mentis sibi præbiturum dicit, qui tumultibus his eam asserere poterit. Puram mentem, nec exultationi nec mærori obnoxiam, summam beatitudinis humanæ faciunt omnes Philosophi.

*Sacraria*] Velut in sacrario Diis acceptissimus vivas. Cum Deorum enim benevolentia vivere, et ad Dei voluntatem se agere, Deo se credere, tam Platonica quam Pythagorica sapientia summam felicitatem facit et præcipit. *Barth.*

257 *Late dominere per Indos*] Qui moribus gravis est, nec ad veram virtutem animo composito, quamlibet opibus polleret, is animo magno esse, felixque vitam ducere videatur; non est tamen illo infelicius quicquam, cum absurdis intra se vitiis pareat. *Idem.*

258 *Te Medus*] Latissima Imperia adjicit Romanæ potentiæ, ut declaret nullam omnino vim aut potestatem huic scito esse exemptam.

*Mollis Arabs*] Amplitudo Provinciarum Arabicarum neminem latet. *Mollis gens* tota, celebri convitio.

*Seres*] Solinus, c. 53. 'Seres ipsi quidem mites, et inter se quietissimi, alios vero reliquorum mortalium cætus adeo refugiunt, ut cæterarum gentium commercia abnuant.'

*Adorent*] More omnium nationum regibus parentium, etiam Israëlitarum, ut multis locis docet Scriptura. *Barth.*

259 *Si metuis*] Pavorem animi abhorret sapientia. Metum instantium cum cupidine absentium inter ea ponunt sapientes, quibus non decet cor-



dati hominis ratione compositam mentem quati aut convelli.

*Si prava cupis]* Ita scripti plerique. insulse *parva* hactenus legitur: pro *servitii, si vitii* unus Med. et *Imperii* pro *Interioris* Lovan. *D. Heins.*

*Prava cupis]* Honestarum enim rerum desideria requiruntur, non vètantur aut abiguntur.

*Duceris ira]* Raperis, traheris. *Barth.*

260 *Servitii patiere jugum]* Consensu sapientum constat eum liberum minime esse, qui animo et affectu obnoxius sit vitiiis et cupiditatibus. Cæsarius, Homil. 25. 'Plane magnus vitæ fructus est seculum potuisse despiciere, et Deo servire cœpisse. Evasisse vitiorum infelicissimum dominatum, et fugisse gulæ atque luxuriæ fœdissimam servitutem.'

*Iniquas leges]* Iniquitas enim quicquid contra veras leges agit. *Barth.*

261 *Interioris leges]* In homine interiore. Anima nimirum; cui dominorum instar vitia vecorditer impèrant.

*Tunc omnia jure tenebis]* Cum animum nimirum tuum sibi regem dederis, tum omnia erunt tua. *Barth.*

262 *Cum poteris rex esse tui]* Stobæus, Serm. XLIV. *κακιστον εἶναι ἀρχοντα τὸν ἀρχεῖν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον.* Horatius, lib. II. Od. 2. 'Latius regnes avidum domando Spiritum, quam si Libyam remotis Gadibus jungas, et uterque Pœnus Serviat uni.' Hinc ait Salomon, Proverb. XVI. 'Melior est sapiens viro forti; et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.'

*Proclivior usus In pejora datur]* Eo inclinante hominemque rapiente natura, quæ, cum accesserit, ex fortuna licentia et impunitas vitiorum, vix ulla ope retinetur, quin in pejus procumbat. *Barth.*

263 *Suadetque licentia luxum]* Multi, qui de regno præcepta dederunt, quique Reges laudaverunt, nec ul-

lam virtutem magis merito laudant atque ingerunt, quam moderationem. *Barth.*

264 *Effrena]* Ab indomitis animalibus. 'Frena, leges.' Juvenalis, Sat. VIII. 'pone iræ frena modumque, Pone et avaritiæ,' &c.

*Vivere caste Asperius]* Major ergo laus temperantiæ in summa fortuna, cui omnia licent. *Barth.*

265 *Tum durius iræ Consulimus]* Tum virtus et labor est abstinere usu cupiditatum, cum est in promptu earum expeditio. Inprimis, utpote noxia plurimis, his coërcenda ira, in quorum nutu vertitur salus mortalium. *Barth.*

266 *Consulimus]* *Consulitur* meliores. *D. Heins.*

*Comprime motus]* Animum ipsum. Horatius: 'animum rege, qui, nisi paret, Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce catena.' *Barth.*

267 *Nec tibi quid liceat]* Summa et absoluta potestas jus habere se credit in libidine, nihilque Imperanti non licere quod libeat. Auctor Octaviæ: 'Id facere laus est, quod decet, non quod licet.' *Idem.*

*Nec tibi quod liceat]* Leges Principi nemo scripsit, ait Plinius: non tamen ei licet quod libet; ac minimum decet libere, cui nimium licet. *Clav.*

268 *Respectus honesti]* Decori. Persius, Sat. II. 'Compositum jus fasque animi, sanctosque recessus Mentis, et excoctum generoso pectus honesto.' *Idem.*

269 *Crebro sermone]* Iterata admonitione, ut nunquam animo excidat. *Idem.*

270 *Medio telluris in ore]* Ubi omnibus sis conspicuus.

*Telluris in orbe]* *In ore* Lucens. et sex alii: optime. Silius, lib. III. 'At puer obsessæ generatus in ore Sagunthi,' cum vetusto libro. Ovid. Epist. Ariad. 'Cum steteris urbis celsus in ore tuæ:' quomodo scripti meliores, non *turbæ celsus honore.* IV. Trist. 'Il-



lum qui populi semper in ore fuit.' El. 2. 'Curru victore fereris Purpureus populi rite per ora tui.' Et alibi: 'In populi quicquam si tamen ore meum est.' Noster de Apono sic 'populi ora pervolare' dixit: 'Hunc qui tot populi pervolat ora locum.' Ita enim versus inquinatissimus scribendus: ubi plura. *D. Heins.*

271 *Cunctis tua gentibus esse Facta palam*] Ob altitudinem fati, in quo constituti sunt. Euripides: τὰ τῶν βασιλέων ἀμαρτήματα πάντες ἴσασι. Plinius, Panegyrico: 'Habet hoc privum magna Fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur. Principum vero non modo domus, sed ipsa cubicula, intimosque recessus recludit, omniaque arcana noscenda Famæ proponit atque explicat.' *Barth.*

272 *Nec posse dari*] Quia minima etiam principum peccata continuo in ore sint omnium. *Idem.*

273 *Lux altissima fati*] Splendor dignitatis. *Idem.*

275 *Abstrusus explorat fama recessus*] Recessus, loca remota, abdita. Verum autem, famam propalare omnia clarorum hominum negotia. *Idem.*

*Abstrusus explorat fama recessus*] Non *obstrusus*, vel *implorat*, libri meliores. sic 'in abstrusa rerum ratione morari,' Cons. Manlii: *explorat* jam occupatum a Raphelengio. *D. Heins.*

276 *Sis pius in primis*] De pietate in Deum, an de clementia loquatur, ambigi video. Utriusque nomine quantum exemplum Honorio præberit monitor Theodosius, Epistolæ et Sermones Beati Ambrosii indicant. *Pius* hoc loco non Religiosum, sed mitem, benignum, clementem, designat, ut alibi his libris notatum.

*Sis pius, &c.*] Huc pertinet illud Senecæ sub persona Augusti: 'pietate et justitia principes, dii fiunt.' *Clav.*

*Cum vincamur in omni Munere*] Cum Deorum immortalium ea, inquit, sit potestas, ea majestas, ut, quamlibet summa ope aduitamur eorum virtuti

esse similes, relinquamur tamen nullis non muneribus, quibus afficiunt illi mortalia et conservant. Una sola nos illis Clementia exæquat, ut pariter atque illi cælitus; sic nos in terris, vicem eorum gerentes, prodesse hac virtute valeamus generi humano. *Barth.*

277 *Sola Deos æquat clementia nobis*] Comparatio Dei et hominis, qua ducta videatur de fontibus sacrarum Literarum, quibus Judices Regesque Dii appellantur, Exod. xxii. Ps. lxxx. Marcus Antoninus Imp. Epist. ad Faustinam: 'Non enim quicquam est quod Imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quam Clementia. Hæc Cæsarem Deum fecit, hæc Augustum consecravit, hæc patrem tuum inprimis Pii nomine ornavit.' *Idem.*

278 *Neu dubie suspectus agas*] Nihil æque dedecet Heroicum et cælestem animum principis quam vel calumniis credere, vel indulgere suspicionibus. Sprevere etiam apertam maledicentiam summi Principes. De Cæsare Sueton. de Augusto Senec. ii. de Ira, c. 23.

*Falsus amicus*] Nulli vere amicus, simulator amoris. *Fictum* dicit Capitolinus Marco: 'Dederunt ei vitio quod et fictus fuisset, nec tam simplex quam videretur, aut quam vel pius vel verus fuisset.' *Barth.*

279 *Rumorumve avidus*] Quotidie videmus hoc genus tumultuari semper, semper esse anxium animi.

280 *Horrebit strepitus*] Anxius, timidus. Hujus enim ingenii hominem nota. *Barth.*

281 *Non sic excubiæ*] Amor subditorum, summum Principi præsidium. Synesius de Regno: εὐνοια μόνη καὶ μάλιστα βασιλέως ἐστὶ ἰσχυρὸν φυλακτήριον.

*Excubiæ*] Satellitia et excubias Romanorum Principum dicit solennes. Satellitum hoc genus usum Romæ invexit Tarquinius Superbus, tyran-

nidis veræ signum et præsidium.  
Barth.

*Non circumstantia pila*] Nervosius quam nec scripti potiores magno numero. *D. Heins.*

283 *Alterna fides*] Ut ametur enim aliquis, amet ipse amatuos necesse est. Seneca, Epist. IX. 'Quæris quomodo Amicum cito facturus sis? Hecaton ait: Ego tibi monstrabo Amatorium, sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficæ carmine. Si vis amari, ama.'

*Simplex gratia*] Candidus affectus. *Simplex*, infucatum, candidum, sincerumque valet. *Barth.*

284 *Quod se pulcherrimus ipse*] Sic libri veteres, non *qui*. unde legeudum jam olim vidi, et confirmat unus Mediceus. pro ipse idem liber ille, ut et Putean. et prior Moreti. venuste. infra 'velut ille carinæ Longævus rector.' VI. Cons. Hon. 'sic ille minacem Trajecit Tiberim Cocles.' Bello Get. 'sic ille relinquens Jejunos antro catulos leo.' rursus VI. Consul. Honor. 'Cui simplex calet ille pudor.' ita enim scripti quidam, non *ore*. Valer. Flaccus, lib. V. 'Ac velut ille gregis cessit cui regia taurus.' Plura apud poëtas exempla occurrunt passim. Servius ad Æn. lib. X. 'Antiqui Ille vel magnitudini vel nobilitati assignabant.' Apuleius initio Milesiorum: 'Originis maternæ nostræ fundamenta a Plutarcho illo inclyto prodita gloriam nobis faciunt.' *D. Heins.*

285 *Mundus amore liget*] Supernorum, omniumque universi corporis membrorum admiranda concordia, ad subditorum amorem Principem cohortatur. Ut constent enim minora majoribus, concentu et conspiratione omnium opus erit.

*Amore liget*] Vinculo velut quopiam. Boëth. lib. II. de Cons. Carm. 8. *Barth.*

*Nec vi connexa per arum*] Sed amore. Vide Platonem Timæo, ejus-  
*Delph. et Var. Clas.*

que interpretes. *Idem.*

286 *Qui*] Qui, quomodo. Quomodo, ait, Sol, rapidissimus ignis, natura sua potens exurere omnia et tabefacere, si propius admoveret se, perditurus omnia, non id agat tamen, sed medio limite incedens nutriat potius subdita quam adurat. *Idem.*

288 *Terras ambitque vehitque*] Mundum nostrum circumfuso aëre attineri, et in se librato pondere ferri, tradunt consensu Physici. *Idem.*

290 *Qui terret, plus ipse timet*] Verissimum autem τοὺς διαπραττομένους βίη ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι, quod ait Lysias. Ennius: 'Quem metuunt oderunt. Quem odit quisque, perisse cupit.' *Idem.*

292 *Septique venenis*] Accurate attendenda hæc verba. Gladii enim in hostes tyrannis parati, venena in semetipsos, ut videlicet meritis se illico pænis eripere possint, ubi fortuna adversa ingruerit. *Idem.*

293 *Ancipites habeant arces*] *Arcus* correctum perperam a Barthio. *Arces* enim proprie tyrannorum, nihil magis obvium apud veteres scriptores, noster ipse Præfatione libri secundi in Eutropium: 'Mollis fæminea detruditur arce tyrannus.' ubi perperam idem Barthius τὸ *arte*, quod in mendosis exstat codicibus, est amplexus. *ancipites* pro *præcipites*. apud Nasonem Met. XII. 'ab ancipiti delapsus acumine montis.' Martialis, libro VII. Ep. 92. 'Narnia, sulphureo quam gurgite candidus amnis Circuit, ancipiti vix adeunda jugo.' noster VI. Honorii Ang. Consulatu: 'hoc ille locatus Ancipiti longum socias tardumque putavit Expectare manus.' *D. Heins.*

*Trepidique minentur*] Nihil enim non metuunt, quod minari possunt *Barth.*

294 *Tu civem*] Pars ut sis velut subditorum tuorum. De ipso Theodosio Victorinus: 'Clemens animus, misericors, communis, solo habitu dif-

*Claud.*

4 Q

ferre se cæteris putans. Amare ci-  
ves vel privato contubernio cognitos.'

*Patremque*] Uno verbo omnia dixit;  
et quid possit amplius? *ὅτι ἔρχων  
ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει παρὸς ἀγαθῷ.*

*Consule cunctis Nec tibi*] In hoc vel  
maxime sita boni Principis demon-  
stratio, ut ei fastigio admotus, con-  
tentis suis, aut postpositis, curam  
potiorem publicarum rerum agat.  
*Imperator enim non ideo eligitur, ut sibi  
soli provideat, sed ut cæteri, qui sub Im-  
perio ejus sunt, melius vitam traducant.*  
Vide et notas viri doctissimi Leo-  
nardi Coquæi ad Augustinum de Ci-  
vit. Dei, iv. 3. *Barth.*

296 *In commune jubes si quid, ... Pri-  
mus jussa subi*] Celeberrimum præcep-  
tum. De avo Honorii, Ammianus, lib.  
xxviii. 'Nihil vel gregariis impera-  
bat, cujus non ipse primitias alacri  
capesseret mente.' Sidonius: 'tum  
cætera paret Turba libens, servit pro-  
priis quia legibus auctor.' *Barth.*

*Censesve tenendum*] *Tuendum* Ge-  
vartianus et unus Ambros. mox  
bene *ferre negat*, non *retat*, cum scrip-  
tis melioribus Raphelengius. dictum  
ad lib. ii. in Stilich. vs. 37. *D. Heins.*

297 *Observantior*] Pacatus: 'Ex-  
asperat homines imperata correctio;  
blandissime jubetur exemplo.' *Delrio.*

301 *Regentis*] Regis. Symmachus,  
lib. ii. Epist. 13. 'Augustius est re-  
genti sibi quam subditis modum po-  
nere.' *Barth.*

303 *Nec fastidire minores*] Comita-  
tem dicit, virtutem præcipuam. Sic  
in Stilichonis Laudibus, lib. ii. 'nec  
quos promoveris alto Turgidus allo-  
queris fastu.' *Idem.*

304 *Præscriptos homini*] Quam in-  
saniam insanierunt plerique summi  
fortunatique principes. *Idem.*

305 *Inquinat egregios*] Superbiæ vi-  
tuperium pariter alibi multis exsequi-  
mur. Hic corruptrix contaminatrix-  
que virtutum audit. Superbia enim  
est ruina omnium virtutum, humilitas  
earundem fundamentum. *Idem.*

*Superbia*] Majores nostri, ait Paca-  
tus, graviorem putaverunt servitute  
contentum: ac Tarquinium imma-  
nem crudelitate vocaverunt *Super-  
bum*, quasi sufficeret convitium. 'At  
contemptor animus,' ait Tacitus, 'et  
superbia commune nobilitatis malum.'  
*Clarer.*

306 *Non tibi tradidimus*] Inter mo-  
nitus Principi necesarios, is quoque  
est, ut meminerit liberis se imperare,  
non servis.

*Dociles servire*] Adsuetos Regum  
Imperiis. *Barth.*

307 *Armenia*] Parthos dicit, num-  
quam non sub Regibus notos, etiam  
alienis olim subditos, ut et isto ævo.  
*Idem.*

308 *Tenuit quam fœmina*] Semira-  
mis nota. Ignavia gentis a fœmineo  
Imperio. *Idem.*

309 *Diu rexere*] Difficilius parent,  
qui imperarunt ipsi, et remedia liber-  
tatis cum dominatione consentientis  
tarde suscipiuntur, ut autumat Taci-  
tus. *Idem.*

310 *Jura tulere Cæsaris*] Subblandi-  
tur Principi. Etsi enim jure occu-  
patum Imperium tenuerit, non tamen  
tolerarunt eum Romani. Sane neque  
ipse primus aut vere conturbavit Sta-  
tum priorem, sed invasit jam perditum.  
*Idem.*

311 *Annales veterum delicta loquun-  
tur*] Quos Theodosius studiose legit,  
et damnavit maleficorum facinora,  
alludente Claudiano. *Idem.*

312 *Hærebunt macula*] In omnem  
æternitatem infamia, literis nimirum  
conditæ. *Idem.*

313 *Cæsareæ portenta domus*] Stirps  
Cæsaris insignita criminibus. Au-  
gustus ante Imperium vecordissimus  
tyrannorum, post id liberorum diri-  
tate et infamia seipsum pene odio  
habuit.

*Dira Neronis Funera*] Infinitas di-  
cit cædes, parricidia, et quid non?  
*Barth.*

314 *Rupes Caprearum tetra*] In

quam correpsit, ultimo vitæ tempore totum se libidini daturus, Tiberius, resolutus in malum otium, ut occultior iret in luxus, secundum Tacitum. Ansonius : ' Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro, Quæ prodit vitiis, credit operta locis.' *Barth.*

*Rupes Caprearum*] Tiberius princeps magnus, sed nimium tristis ac severus fuit, ac *Caprearum clausus in antro*; nec se crebro videndum exhibuit. ratio hæc forte, quod subditorum indoles facit, ut major e longinquo sit reverentia: denique continuus aspectus, auctore Livio, minus verendos magnos homines facit. *Claver.*

316 *Gloria Trajani*] In gratiam Theodosii, quem a Trajano genus duxisse dictum, notant nonnulli temporum historici. Notatur aut alluditur simul ut laudetur immensum gloriæ studium in Trajano, sane omnia summa merito. Gloria Trajani tanta, ut summæ instar talis speraretur in maximis Principibus.

*Tigride victo*] Sextus Rufus: ' Provincias fecit Armeniam, Mesopotamiam, et Assyriam, quæ post et apud Tigridem atque Euphratem sita, irriguis tribus annibus, instar Ægypti, sæcundatur.' Vide Eutropium et Xiphilinum. *Barth.*

317 *Fuerat provincia Parthi*] *Fuerint* scripti fere omnes: optime, nisi fuerunt præferendum censes, media syllaba correpta: nam in nonnullis fuerant: fuerint Barthius quoque curis secundis amplexus est. Pro-pertius, lib. III. El. 4. simili modo: ' Seres et Ansonii venient provincia virgis. Assuescent Latio Partha trophæa Jovi.' Ita omnino scribendum: cum vulgo legatur *Sera sed Ausoniis veniet*. Parthos et Seras etiam conjunxit Martialis: ' Parthorum proceres ducesque Serum, Possum ostendere Cæsarem: venite.' *D. Heins.*

318 *Fractis Capitolia Dacis*] Sic

constanter libri. Vulgo *stratis*. VI. Cons. Hon. ' Dacia bellipotens cum fregerat Ulpus arma.' Auctor Epicedii in Drusum: ' Fregerunt ambo Punica bella duces.' lib. I. in Eutrop. ' fracto secura Britannia Picto: ' atque ita passim. pro *tonant*, Lucensis et multi alii, *canant*: *canunt* Helmæstæd. Junian. *juvant*. alter Leid. *sonant*. frustra. III. Cons. Hon. ' Civilia rursus Bella tonant.' diximus ad Cons. Olybr. vs. 208. *tumere* dixit Naso Epistola Didus: ' Bella tument; hel-lis peregrina et fœmina tentor: ' sed tamen cum in nonnullis præstantioris notæ codicibus legatur *canant*, fortasse scribendum est, *si bella vocant*: quomodo apud Statium, libro v. Sylvarum Propemptico Crispini, ' hunc ipse, vocantibus armis, Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno: ' ubi perperam legebatur hactenus *vacantibus armis*. *D. Heins.*

319 *Mitis erat*] Eutrop. lib. VIII. ' Trajanus Remp. ita administravit, ut omnibus principibus merito præferatur. Inusitatæ civilitatis et fortitudinis fuit,' &c.

*Nec desine*] Studium intentum notat. Infra: ' nec desinat unquam Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.' *Barth.*

320 *Bella tonant*] Imminent. Fragorem enim procul minantium dicit, eo percepto exercendum militem.

*Prius agmina*] Exercitatio militaris, Romanis sanctissima, causa proxima Orbis domiti. Onosander, c. 10.

*Duris studiis*] Non enim exercebantur aliter quam si pugnarent in hostem. *Barth.*

321 *Præstrue*] Præstruit rei aliquid, qui in usum ejus exercet. Estque proprium velut militiæ.

*Marti*] Verarum enim pugnarum simulacra erant et imagines. *Barth.*

322 *Non brumæ requies*] Ne desuetudo damnum faciat, etiam hieme ait militem exercendum.

*Hibernacula segnes*] Hibernaculis militem in torporem et luxum delap-

sum exempla sunt multis in scriptoribus. Non ita veteres, quorum sub pellibus habitationes alia omnia ferebant. *Barth.*

323 *Enervent*] In nervis virile robur, unde id demere, enervare. Avienus: 'Ut Venus enervat vires, sic copia Bacchi.'

*Ponenda salubri Castra loco*] Vide Vegetium, I. 22. De Ratione tota Onosander, c. 8. *Barth.*

324 *Vigil custodia vallo*] De Vigiliis ubertim notarunt docti, qui militiam veterem illustrarunt. *Idem.*

325 *Disce, ubi densari cuneus*] *Cuneos* recte Raphaelengius et Livincius. Scripti plerique *ubi densus erit cuneus*. Unde *densari cuneos* conjeci olim: quod Lucensis liber confirmat: de eo verbo multa ad Lucretium Giphanius, et nos ad Nasonem: nec aliter pro *densare* scriptum fere offendas in antiquissimis Virgillii, Ovidii, Statii, Lucani, Sillii, Prudentii, aliorum codicibus. Anmianus, libr. XVI. 'Quos cum jam prope densantes semet in cuneos nostrorum conspexere ductores, steterunt vestigiis fixis.' *D. Heins.*

*Disce, ubi*] Momenta nunc aciei instruendæ temporumque Imperator prudentissimus militiæ. Maxima enim opportunitatis ratio etiam in bellicis successibus.

*Densari cuneos*] In arcum contrahi. Vide Ælianus, Tacticon cap. 32. *Barth.*

*Densari*] 'Æquali legitimoque spatio,' ait Vegetius, 'miles distet a milite; neque ultra quam expedit, conglobetur agmen aut laxetur.'

*Cornua tendi*] Aciem explicari. *Barth.*

327 *Quæ fraudi accommoda vallis*] Scripti plerique *commoda*: sed perperam. Virgil. 'Est curvo anfractu vallis: accommoda fraudi, Armorumque dolis.' Statius, Theb. x. 'Nox fœcunda operum, pulchræque accommoda fraudi.' Theb. vi. 'Inde dolum juvenis fraudique accommoda

sensit Tempora.' Alcimus Avitus, lib. II. 'Opportuna dolis clausæque accommoda fraudi.' Utuntur ea voce Statius et noster non raro. *D. Heins.*

*Fraudi quæ commoda vallis*] Insidias dicit, quæ sunt copiæ accommodis locis occultatæ. *Barth.*

328 *Quæ via difficilis*] *Qua* in nonnullis, etiam in primo Vaticano. *D. Heins.*

*Fidit si mœnibus hostis*] Lege Æneam, et Leonis cap. 15. *Barth.*

329 *Murali pulsu*] Qui murum concutiat et labefactet. *Idem.*

330 *Saxa rotet præceps aries*] *Aries* non rotat saxa: bene ergo scripti quindecim, *Saxa rota: præceps aries*: nisi mavis fortasse, *Saxa terat præceps aries*: ut muros saxeos innuat. et mox pro *protractaque*, Raphaelengius *prætentaque*. Isingrinus *projectaque* cum duobus aliis: quidam *prætectaque*. Florent. S. Marci *portentaque*, pro *protentaque*, ut *protentum contum VI*. Cons. Honorii dixit: nihil mutandum videtur: agit de testudine arietaria: eam exeruisse modo caput, modo oculuisse, ac proinde testudinem dictam ab ejus animalis similitudine, ex Tacticis scriptoribus patet. Vide et Barthium curis secundis pro vulgata scriptura pugnare. *D. Heins.*

*Saxa rotet præceps aries*] Ingenti, velutque desuper immisso pondere. *Præceps*, quia magno impetu, et multorum hominum viribus impulsus, velut non revocabilis. *Barth.*

331 *Ruat emersura juvenus*] Cuniculis sub terra effossis, ut obsessorum in mediis hostium munitionibus pateat improvisus. Lege Æneæ Tacticum, non sine præstantissimo Scholiasta. *Idem.*

332 *Si longa moretur Obsidio*] Cavendum ait, ne tracta obsidione labascet vigor obsidentium, ipsique securi sint damnorum ab obsessis inferendorum. Vegetius, IV. 28. *Idem.*

333 *Secura*] Cave ne per segnitiam aut scordem securitatem animum re-



mittas et incautius agas. Securitas nimium quantum nocua est militari fortitudini. Etiam Fortunæ. Velleius, lib. II. in clade Variana: 'Neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret. Et frequentissimum initium esse calamitatis, securitatem.'

*Remittas*] Ab arcu, cujus remissi jacet usus. Salustius de Mario: 'nihil apud se remissum, apud hostes tutum pati.' *Barth.*

334 *Multis damnosa fuerunt Gaudia*] Exsultatio inconsultæ securitatis. Curtius, lib. VI. 'Parva sæpe scintilla contenta magnum excitavit incendium. Nil tuto in hoste despicitur: quem spreveris, valentiorum negligentia facies.' *Idem.*

335 *Somnoque soluti*] Non observatis legibus et more militiæ, deinde in torporem crapula feriisque soluti, somnolenti appetitu luxuriæ et marcelli effecti. *Idem.*

336 *Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ*] Prudentia nimirum jungenda potentiæ et felicitati, ut scitum Apollonio Tyanæo, Epist. XX. Nec facile illa alibi magis quam in talibus elucet.

*Sæpius incautæ*] Velleius: 'Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet.' *Barth.*

337 *Neu tibi regificis*] Temperantiam jam Prudentiæ militari jungit, mandatam omni laudabili in principe. *Idem.*

338 *Deliciis*] Abstinenciam deliciarum commendat pro summa virtute in Stilichone, aliisque Heroibus suis cæteris.

*Imbelles ad signa manipulos*] Ne apparatus aulicum militibus misceas, ne pocillatoribus, aliisque mensarum asseclis, manipulos farciās. *Barth.*

*Ad signa ministros*] Rectius prior Moreti cum uno Med. manipulos: neque aliter excerpta Pomponii Læti. *D. Heins.*

339 *Neu flantibus austris, neu pluviis cedas*] Argumentum hoc animi bella-

cis et invicti habent in Ducibus optimis Scriptores. Hirtius de Bello Africano: 'Labiens in equo, capite nudo, versari in prima acie.' Spartianus Adriano: 'Frigora et tempestates tam patienter tulit, ut caput nunquam tegetet.' *Barth.*

340 *Defensura*] Prohibitura. *Idem.*

341 *Umbracula*] Auro texta tapetia seu vela, quibus obtentis calens dies avertebatur. *Idem.*

342 *Inventis utare cibis*] Abstinenciam Theodosii laudant et B. Ambrosius, Victorinus. Laudatur in Heroibus aliis cibi parcitas.

*Solabere partes Æquali sudore tuas*] Nunquam promptior ad Martis munia miles, quam exemplo Imperatoris conspecto. *Barth.*

345 *Sumta ne pudeat quercum stravisisse*] De Cæsare Lucanus: 'Implicitas magno Cæsar torpore cohortes Ut vidit, raptam primus vibrare bipennem Ausus, et aëream ferro præcidere quercum.' *Idem.*

347 *Fluvios tu protere curru*] *Cursu* legendum cum Delrii codice, uno Mediceo, Excerptis Pomponianis, et Vaticanis duobus: probat etiam curis secundis Barthius. Cursum natatui opponit. *Hærentes* etiam pro *Horrentes*, scripti paucissimis exceptis: quod recte Raphelengius secutus. Scriptor de laud. Hercul. 'solidis hærent flumina lymphis.' *D. Heins.*

348 *Natatu*] Natandi peritia quam requisita principibus doceat vel Suetonius, qui inter rudimenta refert. Angusti cap. 64. Athenienses nare docebant pueros cum primis literis. *Barth.*

349 *Nunc eques*] Laus Imperatoris, confortatio militis, præire ipsum, et pericula aggredi principem. Silius Italicus, lib. XV. 'alacer præcedere ductor.' *Idem.*

350 *Pedes assistus pediti*] Ne qua in re prærogativam habeas, aut potiorum commilitonibus locum in campō. *Promptius ibunt Te socio*] Commili-



tone, quo titulo jactare se solent Imperatores demerendo militi. Sic vicissim milites amantissimos duces commilitonum nomine honorabant. Curtius, lib. III. de Alexandro mortis propinquo: 'Illum florem juventæ, illam vim animi, eundem Regem et Commilitonem divelli a se et abripi.' Sic commendantur Principes tam suo quam militum officio fungentes. *Barth.*

351 *Gratusque feretur*] Nescio cur geretur malit cum scriptis quibusdam Raphelengius: mox pro *subit* idem *subis*: probe, et confirmant libri nostri. *D. Heins.*

*Gratusque feretur Sub te teste labor*] Minutius Felix, Octavio: 'Quis non miles sub oculis Imperatoris audacius periculum provocet?' Infinita loca sunt, ubi conspectus præsens Imperator animos militares erexit. *Barth.*

352 *Sub te teste*] Testis is qui rem videt. Nemo enim certior. *Idem.*

353 *Faveant modo numina*] Formula priscae religionis. Vix enim quicumque fiebat aut dicebatur, nisi contestato favore Deorum. *Idem.*

354 *Fratricum tibi*] Iniqua combinatio. *Idem.*

355 *Commissaque regna*] Eodem die, quo sermones hi conferuntur. *Idem.*

358 *Duc tecum comitem*] Sunt qui adsumtum dicant contra Eugenium. *Idem.*

*Nostra spicula*] Exemplo Ascanii Maroniani, Remulum occidentis. *Idem.*

360 *Prædonis*] Arbogastis. *Idem.*

361 *Romam servare*] Enixe laborat majestatem pristinam veteri Romæ servare. Finis Belli Getici: 'Discite vesanæ Romam non temnere gentes.'

*Clienti*] Eugenium dicit, Palatinum militem nuper et Grammaticum. *Barth.*

362 *Usque adeone puer*] Generosa indignatio. Maro: 'Usque adeone mori miserum?'

*Polluta potestas*] Res sacrosancta a

Barbaris vilibusque hominibus. *Barth.*

363 *Cognati cruoris*] Valentiniani Junioris. Cujus soror nupta erat Theodosio. *Idem.*

364 *Per strages equitare libet*] De eodem Honorio III. Cons. 'quanto flagrabant pectora voto Optatas audire tubas, campique cruenta Tempestate frui, truncisque immergere plantas?'

*Da protenus arma*] Heroica indoles. Alibi: 'ulstroque manus mucrone cruento Ducitur.' *Barth.*

366 *Æqualis mihi Pyrrhus erat*] Ætas Pyrrhi facile colligitur.

*Pergama solus Verteret*] Arx Trojæ, Urbis vicem sumta. *Barth.*

367 *Non degeneraret Achilli*] Ipse id de se jactat Æneid. II. *Idem.*

368 *Castris hæerere*] Adolescentis ardorem in sermone exprimit rerum inconsultum. *Idem.*

369 *Delibat dulcia nati*] Ex Æn. XII. ubi Æneas: 'Ascanium fuis circum complectitur ulnis, Summaque per galeam delibans oscula, fatur: Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem, Fortunam ex aliis.' Sanguine junctos osculari lex erat quædam Romanis. *Idem.*

370 *Laudanda petisti*] Summopere bona. Laudandus enim, omnium virtutum titulum habet. *Idem.*

372 *Nondum decimas*] Divitiæ sunt in Chronologis qua ætate fuerit Theodosio excedente Honorius, ista autem paullo ante eum excessum dicta finguntur. Decem annos ut multum noster statuit, assensu Zonaræ, Casiodori, &c. *Idem.*

*Decimas aristas*] Honorius vix dum erat decennis, quum Theodosius expeditionem paravit in Eugenium. *Claver.*

373 *Vestigia*] Certa indicia. *Barth.*

374 *Pellæus*] Alexander, a Pella, Macedonia oppido. Juvenalis, Sat. x. 'Unus Pellæo juveni non sufficit Orbis.' *Idem.*

375 *Qui domui Porum*] Domitorem Pori Pellæum dicit, ut tantum, tam

remotum Regem summa fortitudine domitum indicaret. *Barth.*

377 *Patris virtute relinqui]* Patria rectius legas. *D. Heins.*

378 *Fas sit promittere patri]* Avertit omen jactantiæ gentili aversione ultricis numinis. *Barth.*

379 *Nostro nec debes regna favori]* Majoribus auspiciis divinisque niteris: prognatus, divinitusque instructus ad Imperium. *Idem.*

382 *Nascentem venerantur apes]* Elegans et apta comparatio Principi Numine Deorum Imperio destinato. Etiam B. Martyr Cyprianus male magistratibus legitimis parentes ad apum conspectum amandat, ut ab his fidem discant. Epist. LXIX. cap. 5. *Idem.*

383 *Jura petunt]* Imperium. *Idem.*  
*Traduntque favos]* Traditque Palatin. an tradique? *D. Heins.*

384 *Vindicat]* Ab improbis invasoribus. *Barth.*

385 *Prælia differ In juvenem]* Ita Raphelengius ex Scaligeri τὸν πᾶν conjectura: bene: et confirmant aliquot scripti. Vulgo differt: et *In Venerem* quidam. Val. Flacc. IV. 'In quem alium Alciden, in quænam tempora differens Caucasium, rex magne, senem?' Noster libro II. laud. Stilich. 'In quem distulimus melioris sæcla metalli, Consul adest.' Ita codices aliquot præstantioris notæ: non *En cui distulimus*. Plura videantur ad laudem Serenæ, v. 1. *D. Heins.*

387 *Locum]* De Bellicositate Theodosii pleni omnes libri.

*Impacatus Araxes]* Ob nunquam plene domitos Parthos. *Barth.*

388 *Nilus ubique Vester]* Omnes regiones quas præfuit. *Idem.*

389 *Quicquid sol imbuit ortu]* Lego vel obluantibus libris ambit ab ortu: lib. II. in Stilich. 'tantumque reservat Depositum terris, quantum sol igneus ambit.' Pro *emisso* etiam *emerso* malim. Adeantur quæ ad Fastos Nasonianos notamus libr. III.

*Imbuit]* Calefacit, adolet. *Barth.*

390 *Pateant Alpes]* Insessæ Eugenijs tum. Ait Occidentis Imperium se Honorio traditurum, ubi primum hoste eas partes devicto liberaverit. Vide Orosium, I. VII. c. 35. *Idem.*

391 *Partesque receptas]* Imperium, ut dixi, veteris Romæ. Quod et ante excessum Honorio adsignavit Theodosius. *Idem.*

392 *Animosa Gallia]* Galliam pro Occidentis Imperio ponit, quod in ea exercitus tutandis provinciis a gentibus Transrhenanis collocati. Sic Gallos alibi pro omni milite Occidentis usurpavit: 'Gallos causa non robore vinci.' Livius, lib. VII. 'Gallus ferox, et ingenii avidi ad pugnam.' *Idem.*

*Gallia leges]* Mirum est hoc in loco tanti fieri Galliam Cisalpinam, ut nomen Italiæ obscuret: sane Theodosius amavit præcipue Mediolanum ac Romæ prætulit: nescio an propter D. Ambrosium Episcopum, cujus præsentia delectabatur. *Claver.*

394 *Securus fati, latusque laborum]* Doctissime his duobus felicitatem est complexus. *Securus fati* Sapientis Constantiæ. *Latus laborum effecisse quæ voluerit*, bona conscientia connisum. *Barth.*

395 *Vobis utrumque regentibus axem]* In concordia fratrum ponit felicitatem Imperii. *Idem.*

396 *Interea Musis]* Hesiodi princeps scitum est a Musarum Principe Calliope instituendos Reges, eloquentiæque et prudentiæ Nectare imbuendos, si qui rite officio suo fungi velint: quod eo pertinet, ut omnia veterum gestorum monumenta perfecta habeat; ei enim Musæ horum patrocini-um rescribitur ab antiquitate: idque scitum pulcre, ut solet, enarrat Themistius, Oratione XI. quem legendum suadeo. Cicero in Hortensio: 'Unde facilius, quam ex Annalium monumentis, aut res bellicæ, aut om-

nis Reipublicæ disciplina agnoscitur? Unde ad agendum aut discendum copia depromi major gravissimorum explorum, quasi incorruptorum testimoniorum, potest? *Barth.*

*Animus dum mollior instet*] *Instes* Raphaelengius. probe. unus Medicus, et sec. Vatican. *insta.* quod tantumdem. Aldus et tres scripti *instat.* D. Heins.

397 *Nec desinat unquam*] Basilius Imp. c. 56. 'Ne unquam cesses evolere Historias veterum. Ibi enim reperies sine labore, quæ magno alii congressere: atque inde bonorum virtutes, improborum vitia, cognosces; et vitæ humanæ varias mutationes rerumque in ea conversiones,' &c. *Barth.*

398 *Tecum Graia loqui*] In qua amplissima lingua omnis penus antiquitatis humanæ est. Habes Græcæ eruditionis commendationem apud Thaumaturgum Paneg. Origenis. *Idem.*

399 *Assuesce*] Præceptis monitisque priorum evolvendis in rem præsentem veniens. *Idem.*

400 *Latium retro*] Ad exempla Romanis ante Imperantium. Sidonius ad Anthemium: 'Præterea quicquid Latialibus indere libris Prisca ætas studuit, totum percurrere suëtus.'

*Retro*] In superiora tempora. Orosius, lib. III. 'annis retro repetitis.'

*Confer in ævum*] Pari locutione Minutius Octavio: 'Ut ipse mihi quodammodo viderer in præterita redire, non ea, quæ jam transacta et decursa sunt, recordatione revocare.' *Barth.*

401 *Brutum*] Huic vere quæsitæ Libertas, ignota ante Romæ. Brutorum nomen vindices libertatis designat. Lucanus, l. X. 'ite feroces Cæsaris in jugulum: superi tot vota Catonum Brutorumque tibi tribuent.' *Idem.*

403 *Triste rigor nimius*] Negotium videlicet. Notatum supra. Omnino autem nimia severitas vitio summo

proxima. *Idem.*

*Triste rigor, &c.*] 'Nocet priscus rigor et nimia severitas, cui jam pares non sumus,' inquit Tacitus.

*Torquati despue mores*] Historia nota. Minutius Felix: 'Tempora ut busta despiciunt, Deos despuunt.' Fulgentius, l. I. Mythol. c. 14. 'Eligere enim utile, caducum despue, cæleste ingenium est.' Est autem omnium extremi contemptus Desputatio. *Barth.*

404 *Decios venerare*] Patrem et Filium. *Idem.*

405 *Vel solus*] Semotis omnibus auxiliis et subsidiis, fortitudinem in se suam repositam autumans, non minus ita magnanimus, quam si millibus mille stiparetur.

*Ponte soluto*] Nota Historia. Illud notabile, pontem illum, nullo adscito usu ferri, solis fuisse tabulis ligneis compaginatam, et in memoriam virtutis Coclitis, talem servatum ad summa usque Reip. tempora. *Barth.*

406 *Mucii te flamma*] Nota narratio, quæ tamen ambigæ omnino fidei est, nam de manus exustione nihil Dionysius, optimus antiquitatis Romanæ auctor. *Idem.*

407 *Quid mora perfringat*] Sic cum primis editionib. Isingrini Codex et scripti multi. alii, *profringat, perstringat, prostringat.* vulgo *proficiat.* D. Heins.

*Quid mora perfringat, Fabius*] Qui cunctando Annibalis impetum victoriarum fregit, et rem ita Romanam restituit. Ennius: 'Unus homo nobis cunctando restituit rem.' *Barth.*

408 *Camillus*] Laudes hujus summæ apud omnes qui meminerunt. *Mentem* consultam et iræ impenetrabilem habet apud Silium, l. VII. quibus omnia complexus perhibetur. *Alter urbis Conditor, Eutropio, &c.* *Idem.*

409 *Meritis*] Virtuti. *Idem.*

410 *Prorogat*] Æternat, perpetuat. Hoc enim est extendere. Horatius: 'Vivet extento Proculcius ævo No-

tus in fratres animi paterni.' Virgilius: 'Famam extendere factis Hoc virtutis opus.' *Barth.*

411 *Successus superant adversa Catonis*] *Victoria* Fortunæ Catoni adscripta multis a Lucano, Seneca. *Idem.*

412 *Discitur in quantum*] *Hinc quantum* eleganti repetitione libri fere omnes. *D. Heins.*

413 *Pauper erat Curius*] *Nec volebat* quidem dives esse.

*Armis*] *Non auro aut opulentia, non fraudibus aut vafricitie.* Sic apud Ennium ille: 'Ferro non auro vitam cernamus utrique, Non cauponantes bellum, sed belligerantes.' *Barth.*

414 *Pauper Fabricius*] *Sidonius:* 'rigidum sic, Pyrrhe, videbas Fabricium, ingestas animo cum divite fugit Pauper opes.' *Non solum autem aurum regium sprevit Fabricius, sed et oblatam Regni a Rege partem.* *Idem.*

415 *Serranus aratra*] *Notæ res.* *Manilius:* 'Serranos Curiosque dedit, fascesque per arva Tradidit, eque suo Dictator venit aratro.' *Idem.*

416 *Fascesque salignis*] *Saligni postes, de materia rurestri.*

418 *Trabeato colono*] *Post gestos nimirum magistratus redierunt ad rusticationes insignes illi Heroës.* *Barth.*

419 *Carinæ Longærus rector*] *Comparatio Principis cum Navarcho.* *Id.*

422 *Alni*] *Navigii, cujus materies optima ea arbor.* *Idem.*

423 *Artesque docet*] *Scientiam Nauticam.* *Idem.*

*Dextra regatur*] *Bono eventu et successu, ut in illo: 'Nec minus Æneas se matutinus agebat.'* *Idem.*

424 *Fluctus falli*] *Ne superveniant carinam.* *Hoc enim hujus generis magistrorum vel summum artificium est.* *Idem.*

425 *Nota nimborum*] *Prognostica tempestatis.* *Idem.*

*Quæ fraus infida sereni*] *Malo quam*

*fraus.* *D. Heins.*

426 *Sol occiduus*] *Signa exinde tempestatum.*

*Saucia vento*] *Rubens, indicio ventosæ tempestatis.* *Luna enim rubens ventorum turbines indicat.* *Barth.*

427 *Decolor*] *Abhorrens a colore solito.* *Idem.*

428 *Adspice nunc*] *Eximia acclamatio Theodosiani numinis, quo genere excellit omnes Poëtas hic auctor, Verus Apollinis Cygnus.* *Sic in Nuptiis Honorii ejusdem: 'Dive parens, seu te complectitur axis Olympi, Seu colis Elysias, animarum præmia, valles. En promissa tibi Stilicho jam vota peregit.'*

431 *Magis est optabile*] *Cupiant enim superari a filiis Parentes.* *Barth.*

432 *Subnixus Stilichone tuo*] *Datum sese ambobus Principibus Tutorem a moriente Patre Stilicho ferebat.* *Idem.*

433 *Discedens*] *Rectius opinor fore Decedens, ut et versu 395. Decedam. Decedere, e vivis excedere.* *D. Heins.*

*Clypeum*] *Tutelam certam, firmum Præsidium.* *Sic scutum Imperii Romani Fabius Cunctator. Florus, II. 6.*

*Defensoremque*] *Gladii nimirum cum clypeo vicem.* *Barth.*

*Defensoremque*] *Poëtice dixit pro tutore.*

435 *Dura viarum*] *Ita 'mollia terræ' pro molli humo legimus apud Hilarium Arelatensem in Genesi: 'Inde, opifex rerum, assumis tibi mollia terræ, Atque hominem firmas.'* *Barth.*

436 *Libyæ squalentis arenas*] *Libyæ arentis arenas Helmæstadiensis.* *D. Heins.*

*Libyæ squalentis arenas*] *Pars maxima Africæ arenis sterilis, et nimio Sole squallida.* *Barth.*

437 *Pedes*] *Tolerantiam laborum in Stilichone multis landat.*

*Madidaque cadente Pleiade*] *Quo tempore cælum maxime pluvium.* *Barth.*

438 *Navita Syrtes*] *Ita recte cum*

Isingrini libro Raphelengius: confirmant meliores ex nostris. Vulgo *Syrtibus undas*, quod frustra tuetur Barthius. *D. Heins.*

*Intrabit syrtibus undas*] Per medias Syrtis in Getulum Pontum veniet. *Barth.*

439 *Populos lenire feroces*] *Levitate feroces* prior Leidensis, optime: de Gallorum levitate et rerum novandarum studio nota quæ Romani scriptores memoriæ tradidere: 'animosam Galliam' paulo ante dixerat. *D. Heins.*

440 *Rhenum*] Germaniæ populos.

*Citatis Vectus equis*] Celeritatem et hic et alibi in Stilichone et Honorio, exemplo omnium summorum Ducum, laudat. *Barth.*

441 *Nullaque latus stipante caterva*] Paria de eodem, Bello Getico. *Idem.*

443 *Ripas*] Sic in littore Danubii stetit Trajanum, Arbitrum pacis et belli cum Barbaris, summæ laudis loco recenset in Panegyrico Plinius. *Idem.*

445 *Attonitos reges*] Fama, celeritate, audacia, tanti viri. *Idem.*

446 *Ante duces nostrum flavum sparsere*] Quare *Britannos* frustra hic inferciunt nonnulli. Sparsio capilli, adoratio, prono capite veneratio. Germanorum enim mos, comam vinctam gestare. *Idem.*

*Sycambri*] *Syngambri* optimus Lucensis. Ptolemæo quidem *σύνγαμβροι* sunt, Straboni *συνγάμβροι*. dictum a nobis ad Nasonem. in optimo Vaticano passim *Sycambri* dicuntur. mox *Alamannia* et *Bastarnæ* idem Lucensis cum aliis melioribus, non *Alemannia* et *Bastarnæ*. Græcis certe *Ἀλαμάννοι* καὶ *Βαστάρναι*. imo et Latinis. vix enim aliter utrumque, nomen in antiquissimis membranis scriptum offendas. sic REGES BASTARNARUM in veteri inscriptione apud Gruterum. Val. Flacco *Batarnæ* dicuntur. Nummus aureus Constantini inter *Arschotta-*

*nos GAUDIUM ROMANORUM. ALAMANNIA.* Falsus ergo Salmasius, qui ad Historiam Augustam adfirmat *Bastarnas* ac *Alemannos* Latinis, contra quam Græcis, utramque gentem dictam. paulo post pro *Cymbrus* idem Lucensis aliique præstantiores *Cymber.* placet. *D. Heins.*

447 *Pavido marmure*] Metu verba premente. *Barth.*

448 *Juratur Honorius*] In nomen absentis, et dedignantis majestatem eo demittere, juratur. Vel et per nomen ejus jurant gentes, ut moris Romano Principi cultum etiam hunc exhibere: Is mos vetustissimus Ægyptiorum discitur ex c. 42. Genes. Consonat nonnihil 'Salutis præhibitio,' quæ hodie usitatissima. Dio Cassius decretum scribit Augusto novi magnique honoris gratia, ut in salutem ejus pocula circumferrentur. *Idem.*

449 *Alamannia*] Hanc gentem validissimam, non sine sanguine et sudore fudit olim Julianus et Juvenis Gratianus: dein Francorum princeps. *Clav.*

450 *Bastarnæ truces*] *Bastarnæ* quinta pars populorum Germanorum. Audacia et virtute olim inclyti. Appianus, Mithridatico: 'Bastarnæ, omnium hominum fortissimi.' *Barth.*

451 *Bructerus*] Ferocissimam gentem vocat Plinius, lib. II. Epist. 7.

*Latis paludibus*] Notissimis Germanorum confugiis. *Barth.*

452 *Ingentes Cherusci*] Ut Germaniæ omnes populi celebrantur. *Idem.*

453 *Tardeque rogatus Annuit*] Ex majestate Romana. *Idem.*

455 *Drusus*] Exemplo omnium Panegyristarum veteres præ suis Heroibus contemnit. Pacaverunt autem Germaniam Drusi, non subegerunt. *Idem.*

457 *Sola formidine*] Nominis Stilichonii fama. Primo Laudum: 'Miramur rapidis hostem procumbere bellis, Cum solo terrore ruant?' Hoc



summæ famigeratæque virtutis documentum. *Barth.*

458 *Potuerit mereri*] Utrumque verbum singularem difficultatem infert. *Idem.*

459 *Dat Stilichonis iter*] Velut per viam. Summam viri et celeritatem et felicitatem notat simul.

*Otia Galli Limitis*] Redditam Galliis pacem. Intelligit in Alpibus patratam de Eugenio victoriam, cui successisse dicit Stilichonis curas in restituenda Græcia ab Alarico vastata, quanquam de his secius Zosimus. Rufinus autem immiserat Barbariem Græciæ. *Barth.*

460 *Fulcire ruinas*] *Sarcire* Mazarin. et Rottendorph. utrumque optimis scriptoribus usitatum. Virgil. *Georg.* iv. 'hoc acrius omnes Incumbent generis lapsi sarcire ruinas.' 'fulcire ruinas' habes apud Maximinianum elegia prima. *D. Heins.*

461 *Ionium*] De hac Stilichonis expeditione in Græciam, vide plane Zosimum.

*Tegitur velis*] Subito parata fuisse ait omnia, industria Stilichonis. *Barthius.*

462 *Servaturasque Corinthum*] Spoliatam tamen jam dum fuisse, cum in ejus auxilium Stilicho veniret, ait Zosimus. *Idem.*

463 *Prosequitur facili Neptunus*] Pontum ipsum ait favisse Stilichoniæ classi, ntpote justa caussa belligeranti. *Idem.*

464 *Puer Isthmiaci*] Palæmonem dicit cum Leucothea, numina placida et quietâ, adversis illis Barbarorum exercitibus sedibus suis fugata. *Idem.*

465 *Portus repetit*] Portuum enim præses Palæmon, nomine Latino testante, quo *Portunus* perhibetur. Festus: 'Portunus, qui et Palæmon alio nomine dicitur, inter Deos, qui præsentunt mari, a Romanis colebatur.' Hyginus, c. 2. 'Celebrata ejus Festa in Portubus.' Colebatur ut securas faceret navigationes; de Portubus sci-

licet in portus. *Idem.*

466 *Castra cruore natant*] *Plaustra* Gyraldinus cum Pomponianis excerptis: optime. *Plaustris* enim castra muniebant sive carris: hinc *carrago*, et *καρῶδες* Græcis, et 'carraginem facere' passim apud ævi hujus scriptores. Noster supra: 'Cum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris.' Lib. i. in Stilich. 'Mysos in plaustra feroces Reppulit,' In Eutrop. 'cæsis obtendit plaustra juvenis.' Mox *metitur* pro *moritur* cum scriptis legendum alii jam viderunt. Lib. ii. in Eutrop. 'quid differs stringere falcem Qua populos a stirpe metas?' atque ita sæpe poëtæ: quorum Princeps Iliad. A. milites se mutuo interficientes messoribus comparat. *D. Heins.*

*Metitur pellita*] Traductio a gramine, aut frumento, demesso. Virgil. 'Obvia quæque metit gladio.' Silius Italicus, lib. xiiii. 'oblatum metit insatiabilis agmen.'

*Pellita juvenus*] Gothica. Barbarica, ab usu domestico pellium in regionibus. Vestes ipsæ, *mastrucæ*. Prudentius de voto Radagaisti, 'mastrucis Proceres vestire togatos.' *Barthius.*

467 *Pars ense perit*] *Cadit* ex Palatino malit Barthius: quomodo ex pri. Medic. sed nil mutandum. *D. Heins.*

*Lustra Lycæi*] Arcadiam dicit victis fugatisque Barbaris libertati redditam. Vibius: 'Lycæum, Arcadiæ mons.' *Barth.*

*Lycæi*] Statius: 'nullisque adspecta per ævum Solibus umbrosi patuere æstiva Lycæi.'

468 *Erymanthea*] Vibius: *Erymanthus*, Arcadiæ mons. Est et silva eo nomine. *Barth.*

469 *Innumeris exusta rogis*] Copiam notat exustorum cadaverum. *Idem.*

470 *Lætantur Mænala silvas*] Combustione tot Barbarorum, qui eam provinciam tam vastaverant. *Idem.*

471 *Ephyre*] Corinthum innuit, vel

et Ephyren. Vide Stephanum. Rem gestam lege apud Zosimum, qui ridicule servatas Athenas comminiscitur. *Barth.*

472 *Pedibus*] Supra *truncis immergere plantas* optat Honorius. *Idem.*

473 *Pensatis*] Clade Barbarica sua damna pensata videns respiravit Græcia. *Idem.*

474 *Gens qua non Scythicos*] Getas dicit. *Idem.*

475 *Pareus Athos*] Mons maximus. *Thrace*] Universa Thracia. Hesiodus: *διὰ Θράκης ἰκπορόφοιο.* *Barth.*

476 *Cum transiret*] *Transaret* Junian, ut infra: 'Ausi Danubium quondam tranare Gruthungi.' *D. Heins.*

477 *Sibi superstes*] Supervivens velut morti suæ. *Supervivere* alicui dicit Spartianus Adriano. *Barth.*

478 *Spatium vix præbuit orbis*] Prior Moreti, *sufficit*: alter cum quarto Vaticano *contulit*, cum uno Patav. Medicens *invenit* vel *intulit*: ut lib. II. in Rufin. 'Spatium non invenit ira.' *D. Heins.*

479 *Uno colle latent*] Inclusi a Stilhone, et dimissi tamen. Quod facinus contra Remp. factum notant multi scriptores. Orosius, VII. 37.

*Sitiens*] Gens videlicet. *Barth.*

480 *Hostibus ante Contiguas*] Prior Moreti *Irriguas*: quod magis placet: ut apud Tibull. 'Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.' Et apud Nasonem Amor. II. de Sulmone: 'Parva sed irriguis ora salubris aquis.' Pro *arcu*, *actu* Gyraldinus et duodecim alii: probo, nam *arcus* in aquæductibus lapideis proprie locum habet. Oxon. *astu*: etiam non male: *actum* aquarum pro cursu posuit. *D. Heins.*

481 *Contiguas*] Proximas, ut tangi possent. Vide Rufin. II. 219.

*Deflexerat*] Inter maxima facinora Heroïca Bellica aversiones fluviorum, suo commodo, hostium detrimento, habuit Antiquitas.

*Arcu*] Fossa flexa quo voluerit Im-

perator Romanus. *Barth.*

483 *Jusserat*] Velut Deus aut Numen aliquod. Columella, I. X. 'Tum jussi veniunt declivi tramite rivi.'

*Aterso*] A naturali cursu, sive alveo. *Barth.*

484 *Obvia*] Contraria. *Idem.*

485 *Cupiat servire tibi*] Aguito velut Numine tuo.

*Sarmata discors*] Ob pugnacitatem et bella in suos perpetua hoc dicit, quibus Sarmatas omne genus infamat Ovidius in Tristibus, et de Ponto. Non una gens Sarmatæ, nec unius instituti. *Barth.*

486 *Sacramenta*] In stipendia Romana adscriptos Barbaros hoc ævo omnes Historiæ testantur. Horum Ducibus eum honorem habuisse, ut mensæ Regiæ adhiberet, memorat Theodosium Zosimus.

*Projecta pelle Gelonus*] Sic bene cum Isingrino Raphelengius: probant Lucens. et Gyrald. alibi, *pellita Getarum Curia*: et lib. II. in Rufin. 'Mærent captivæ pellito iudice leges.' Vulgo, *projecta fraude*: deinde *animisque probatos*, non *paratos* Patav. *D. Heins.*

487 *Alani*] Gens fortissima. *Barth.*

488 *Fortes in Marte*] Descripsit jam Principem suum animosum ad bella, consultum, justum, moderatumque in pace. Tales illi nunc ministros Imperiique administratores adjungit. *Idem.*

489 *Longumque tueris Electos*] Perpicaciam in eligendo, in electos servando constantiam laudat. *Idem.*

491 *Judicibus notis regimur*] Male hæc distinguebantur. *D. Heins.*

*Quietis*] Pacis bonis, quæ toties enumerat commendatque Scriptura. *Barth.*

492 *Militiæque bonis*] Defensionis Reip. non rebellionibus.

*Ceu bellatore Quirino Ceu Numa*] Duos Reges belli et pacis artibus clarissimos conjungit, uni Honorio laudando. De Romulo Bellatore, nota omnia. Numam Pacifici titulo insig-

nit Martial. lib. XII. Epig. 63. *Barth.*

493 *Imminet ensis*] Semper cædi paratus. *Idem.*

494 *Crimina vulgo Texuntur*] Delatorum astutia et licentia. *Idem.*

495 *Patria mæstus non truditur exsul*] Non proscribitur propositis tabulis fictorum criminum, opumque gratia. *Trudi* peculiare verbum de exsulibus. *Idem.*

496 *Augmenta tributi*] Qualibus tyrannicis temporibus miseri coloni fundis suis egerebantur, non sufficientibus ad tributorum extensiones possessionibus. *Idem.*

497 *Tabulæ*] Proscriptionum. Vel debitorum mulctarumve potius fisco aut ærario residuarum. Ista enim proposita adigebant ad auctionem et hastam miseros sub tyrannis.

*Non hasta reflexas Vendit opes*] Reflexas, possessioni Dominorum exemptas. Hasta præfigebatur publicis venditionibus, et sub ea exercebantur auctiones. *Barth.*

498 *Avida sector non voce citatur*] Sic primus ex suo libro Claverius restituit: quod Lucens. ac Gyraldinus confirmant, meritoque secutus est Raphaelengius: quem hoc nomine non debuit exagitare vir doctus: sed bene, quod palinodiam curis secundis cecinit. Vulgo *avidis emptor non voce citatur*. D. Heins.

*Avida sector non voce citatur*] *Sector* autem, quia qui solvere nollet, aut non posset, antiquissimo jure secandus erat in partes a creditoribus. *Sector* ergo hic creditor, cui jus olim secandi, voce præconis publica. *Barth.*

500 *Munificus laudis sed non es prodigus auri*] Si hanc lectionem sequamur, Stilichoni avaritiam exprobraverit Claudianus: quod minime voluit. Isingrinus *largis*, pro *laudis*: id amplexus Raphaelengius; quem miror non vidisse *largi* legendum: ut probe Oxon. et Regius, qui etiam *sed non et cum alijs nonnullis*: quod ἐμπατικώρερον. Adi. Notas nostras ad lib. IV.

Metam. Nasonis. v. 273. 'Munificus largi auri:' probe: puto in quibusdam exemplaribus olim lectum, *lauti auri*: inde *laudis* factum: pro vulgata scriptura nollem staret Barthius. D. Heins.

*Munificus laudis*] Imperatorem non effusum in dandas opes, sed laudum et commendationum non parcum ex-poscens.

*Munificus laudis*] Crescit enim laudata virtus, et gloria habet immensum calcar. Sic generosos animos in honorum augmento præmia habere virtutum auctor est Onosander Strategici cap. 34. *Barth.*

501 *Perdurat non emta fides*] Altera enim novas nundinationes semper quærit, novo semper lucro intenta.

*Nec pectora merces Alligat*] Venalia, atque obsecundantia ærugini. Merces, emtæ rei pretium. Florus de Roma: 'Respublica in exitium suum merces erat.'

*Pectora Alligat*] Devincit. Non auctorati sunt milites mercede, sed ingenio veroque amore principem suum prosequantur. Trebellius Pollio; 'Sanctissime Imperator, ne me ad hanc necessitatem alliges.' *Barth.*

502 *Pro pignore castra*] Natus enim inter militiæ signa Honorius. *Idem.*

504 *Fixa manet reverentia patrum*] Ex majestate prisca. Marcus Imp. adeo coluit Senatam, ut bello etiam atrocissimo ingruente non sumeret sed ab eo peteret pecuniam, nec tamen non omnia suo arbitrio gessit.

*Reverentia Patrum*] Velut naturalium. *Barth.*

505 *Senium juris*] Ipsa reverentia a senio, tot annorum decursu stabilita. Non autem solæ leges senectam sentire perhibentur, sed et ipsæ in universum Respublicæ. *Idem.*

*Senium juris*] Omnia antiquæ consuetudinis momenta servanda, idque melius ac rectius olim provisum, ait ille. *Claver.*

506 *Emendanturque vetustæ*] Post

Civilem de Maximo victoriam Romam ingressus Theodosius, multa eorum ævo labantia instauravit, Occidente reformato. *Barth.*

*Emendanturque*] At non convalescit planta quæ sæpius transfertur, ait Senec. et sunt qui ut aliquid sui videantur adferre, etiam recta commutant: cavendum est etiam ne legibus fundata respub. legibus evertatur. *Claver.*

509 *Despexit muros*] Fortitudo pulchra, non in murorum sed in animorum robore confidere Ducep.

*Munita Lycurgo*] Cujus, ait, Leges pro muro fuere. *Barth.*

510 *Quæ sub te vel causa gravis*] *Brevis* meliores scripti: recte. Quamvis parvam, vel minimi momenti, intellige. *Brevis* enim non magnus, *longus* magnus. Ovidio quoque epistola Didus 'brevis impensa,' in Fastis, 'rus breve,' et 'brevis urna:' et hujus imitatione Symmacho 'brevis sump-tus.' Lampridio, 'breve poculum.' Contra *longa dos* apud Apuleium in Apologia. Et Græcis *μακρὰ ὀσία, μακρὸν ῥίσημα*. Sic lib. I. de laud. Stilichonis: 'Nil breve moliri.' Hoc est, nihil parvum aut humile. *Negligitur* pro *Nec legitur* scribendum in Electis vir politissimus Philippus Rubenius vidit: et sic Lucensis cum tribus aliis. *Certior* etiam, non *Justior* prior Moreti et unus Mediceus, quomodo Fescenninis, 'Parthis sagittas tendere certior.' Pro *rigor* alii *vigor*. D. Heins.

512 *Verum*] Justum, ipsam veritatem, justitiam. Horatius: 'Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est.' *Barth.*

513 *Quæ pictas quantusque rigor*] Clementia et justitia. Ignoscere et punire. *Idem.*

*Rigor*] Dictio elegans pro severitate.

*Tranquillaque magni Vis animi*] Excelsior quam quæ concuti turbarive affectibus valeat. Unde factum ut *tranquillitas*, summus titulus nostro ævo habita sit. *Barth.*

514 *Nulloque levis terrore*] Catonem aliquem præpingit. Vise Stoicos.

515 *Novamirari*] In hoc ponebant sapientiam et felicitatis partem, ne animus quaquam re ceu nova extraheretur, cum omnia eadem, omnia transitoria sint. Marcus Antoninus: *ὀδὲν κερδὸν, πάντα ἀλιγοχρόνια*.

*Docta facultas Eloquii*] Alibi: 'te doctus prisca loquentem Te matura senex audit, te fortia, miles.' *Barth.*

*Quam docta facultas*] Non *quæ* Lucensis, Isingr. et octo alii: sic infra, 'quam torva voluptas Frontis.' *radias* etiam quintus Vatic. D. Heins.

516 *Linguaeque modus*] Gravitas, paucorum verborum.

*Responsa verentur*] Etiam adhuc adolescentuli. i. Stilich. 'Vix primævus eras, paci cum mitteris auctor Assyriæ; tanta pacem cum gente ferire Commissum juveni.' Legationes enim inter maxima negotia Imperiorum, arguunt magnam in eo fiduciam Principis, cui committuntur. *Barth.*

518 *Pater*] Instar paternum.

*Radiat*] Ad divinam quandam imaginem. Divina autem sunt quæ sequuntur pudorem modestamque majestatem inferentia.

*Torva voluptas*] *Seria*. *Torvum* pro serio, et minus quam torvo, qui excessibus ubique gaudet, sæpe dicit Papinius. *Barth.*

519 *Augusti*] Digni Imperatorio cultu. *Idem.*

520 *Patrias impleas galeas*] Ætate accrescente et robore paterno pari. *Idem.*

521 *Promittitur*] Certo spondetur. Juvenalis: 'duræ per brachia setæ Promittunt atrocem animum.' *Idem.*

522 *Rudimentis*] Primis virtutis exercitiis, inque actum translationibus. Maro XI. 'bellique propinqui Dura rudimenta.' *Rudimenta* enim prima exercitia militaria. *Idem.*

523 *Incedis quoties clypeatus*] Versus exprimit rem sono aut imagine.

*Auro Squameus*] Loricam auream cape. Maro, lib. III. 'Dodonæosque lebetas, Loricam consertam hamis, auroque trilicem.'

524 *Casside major*] Solita statura. Elegantissima ostentatione velut. *Barth.*

525 *Threïcia*] Marti patriam Thraciam adscribit Antiquitas. Manilius: 'Thrace Martem sortita colonum.' *Idem.*

527 *Vires jaculis*] Vim eorum obiter notes.

*Gortynia*] A gente Cretensi, quorum ars jaculandi nota. *Barth.*

528 *Certi petitor*] Magna industria Imperatorum, dignaque tanto fastigio habita, certo jaciendi sagittandique. Valerius Flaccus, 'Deucalion certus jaculis.' *Idem.*

529 *Jussum mentiri nescius ictum*] *Visum* ex suo libro Delrius, quomodo et multi nostrorum: frustra. Ovid. Epist. Parid. 'Figitur in jusso nostra sagitta loco.' Paulo ante *tendis* non *tendit*, probe scripti omnes. *D. Heins.*

530 *Cydon*] Urbs Cretæ pari peritia sagittandi cum Gortyna. *Barth.*

531 *Armenius*] Parthos et ipsos Armenios intellige.

*Refugo*] Retrojaculationes Parthorum, Persarum, hodieque Turcarum, notissimæ. *Barth.*

532 *Amphionia*] Thebanæ, conditore civitatis Amphione.

*Pulcher*] Heroica quadam speciositate. *Barth.*

533 *Pharetras*] Sagittas. *Idem.*

*Dircæaque tela solebat*] Prisci nonnulli *Dictæaque*: quod perperam arripuit idem Delrius. Quid enim Herculi Thebano cum Cretensibus sagittis? mox *Gigantas* pro *gigantes* unus Petav. et Bonon. accusativo Græco: ut apud Ovidium, Statium, alios poëtas libri meliores: de quo ad Nasonem. *D. Heins.*

534 *Prætentare feris*] Venatione, aut alioquin configendis feris. *Barth.*

535 *Pacem latura polo*] Exturbatis

monstris quæ negotium etiam Diis facere poterant.

*Semperque cruentus*] Perpetuo virtutis exercitio. Secundum illud II. Rufin. 'Inflammata semel nescit mitescere virtus.' *Barth.*

537 *Cæruleus*] Niger, horridus.

*Tali Apolline*] Formam et virtutem Honorii Phæbo componit. *Barth.*

538 *Moritura volumina*] Malim moribunda. *D. Heins.*

*Volumina*] *Immanes spiras*. Eadem in re Sidonius: 'Figeret innumeris numerosa volumina telis.' *Barth.*

539 *Cum vectaris equo*] Dexteritatem equitandi laudat: et alibi de Stilichone: 'Flectenti faciles Medus tibi cessit habenas.'

*Simulacraque Martia*] Exercitia armorum incruenta, cruentorum præludia. Imaginem belli vocat Josephus.

*Ludis*] Non serio agis sed ostendis per ludum quid agere possis, cum veneris in campum fortiter facturus. *Barth.*

540 *Molles fugas*] Non contentas, duras, asperas. Vide Maronem v. *Idem.*

542 *Massagetæ*] Qui perpetuo in equis.

*Gens exercita campo Thessala*] Thessali equites jam inde ab Homeri ævo nobiles. *Barth.*

543 *Ipsi bimembres*] Centauros dicit. *Idem.*

544 *Vix comites alæ*] Celeritatem commendat in Equite Honorio.

*Suspensa*] Contento cursu velut elevata, vixque terram tangentia. Sic mox: 'non sentit arenas Ungula.' *Barth.*

545 *Ferventes*] Studio cnsus. Singulis cohortibus erant singuli *Dracones*. *Idem.*

546 *Arsit*] Incaluit. Maro, l. VII. 'Itala tellus quibus arserit armis.' *Idem.*

547 *Ignescunt patulæ nares*] Quod adscribunt equis generosis, et animos



suos vix capientibus, scriptores.

*Non sentit arenas Ungula*] Supervolante nimirum equo. *Barth.*

549 *Phaleræ*] Insigne Regium aut Imperatorium in equite tali. *Idem.*

*Spumosis morsibus*] Equo spumante supra admorsa fræna. *Rufin. II.* 'spumis ignescere fræna, Pulveris extolli nimbos.'

550 *Fumat*] Anhelitu crebro conceptam iracundiam contestante.

*Exundant sanguine gemmæ*] Rectius libri plerique, quam *exsulant.* lib. III. de Rapt. 'exundat ab ubere sanguis,' ubi plura: mox 'Ipse labor pulvisque decent,' non *deceat* duo Vaticani et Helmæstadiensis. *D. Heins.*

*Gemmæ*] In frænis Imperatoriis. Alibi: 'Dumque auro phaleræ, gemmis dum fræna renident.' *Barth.*

551 *Iipse*] Mutato in contradictionem aliquam sermone sic ordiri consueverunt boni scriptores. Hic enim labor ille et pulvis sordes non ornamenta videbantur illaturi.

*Pulvisque*] Superiore Consulatu: 'et grato respersus pulvere bello.' *Horatius,* lib. II. Carm. I. 'Audire magnos jam videor Duces, Non indecoro pulvere sordidos.' *Barth.*

552 *Radiato murice*] Auro textili intertextum intellige. *Idem.*

553 *Combibit*] Attractum velut.

*Vento crispatur*] In augmentum pulchritudinis. *Barth.*

555 *Arion*] Equus Adrasti, Filius Terræ. *Idem.*

557 *Cyllarus*] Castoris equus, inter optimos et velocissimos.

*Flavum Xanthus sprevisset Achillem*] Nota res de Xantho. Heroës flava coma inducuntur. *Barth.*

558 *Pegasus*] Notissima vectura Bellerophontis. Vide Scholiasten Lycophronis. *Idem.*

560 *Bellerophontæas indignaretur habenas*] Alii Pegasum Auroræ tribuunt.

561 *Æthon*] Lucifero equum dat, quem soli Ovidius, et notat Hyginus, *Fab. CLXXXIII.* Ita *Martialis,* lib. III.

'Jam pronò Phaëthonte sudat Æthon, Exarsitque dies.' *Barth.*

562 *Fugat hinnitu stellas*] Elegantissima fictio. Et dicas conspicari quippiam tale. *Idem.*

563 *Equitem te cernit*] Matutina exercitia equestria intelligit Principis. *Idem.*

566 *Ausonio amictu*] Trabea Consulari, quæ Romani solum magistratus gestamen. *Idem.*

567 *Per Ligurum populos*] Mediolani tamen sumsit Consulatum hunc *Honorius.*

*Solito conspectior*] Accedente Consulatus dignitate. Ipsi enim Principes majestatem suam hac accessione decoris augeri gaudebant. *Barth.*

568 *Alte vehere*] Manibus velut aut vere, portatus. Sic II. in *Rufinum:* 'omni jam plebe redibis Altior, et læta manibus portabere vulgi.'

*Niveas cohortes*] Militem honoris ergo Principi suo togatum. Alibi: 'ridetque togatus Miles, et in mediis effulget Curia castris.' Militem ipsum candido habitu usum indicat. *Barth.*

569 *Pubes electa lacertis*] Morem gestationis in novo Consule supra illustravimus. Lecta corpora hoc genus rebus adhibita notum.

570 *Numina Memphis*] Statuæ et effigies Deorum solennibus diebus in publicum deferebantur. *Barth.*

571 *Penetralibus*] Adytis fanorum. *Idem.*

572 *Brevis*] Minuta. *Idem.*

573 *Liniger sacerdos*] Lino amicti Sacerdotes Ægyptii. *Gratius:* 'operata suo sacra ad Bubastia lino Vestitur sonipes æstivi turba Canopi.' *Sonipedem* turbam vocat a crepidis, quas Antistites illos gestasse auctor *Heliodorus* cum aliis. *Tunicas* lineas prolixas fuisse clarum ex *Appiano,* *Civil. IV.* *Idem.*

*Liniger*] *Isidis* sacerdotes non alia quam linea veste utebantur: unde a *Martiale* et *Juvenale* *Linigeri* vocan-

tur. *Delrio.*

*Imposito suspirat vecte sacerdos Testatus*] Ita locum hunc legendum eruditissimus Gronovius ex Leidensi libro jam monuit Diatribes Statianæ cap. 5. quod confirmant alii quinque ex nostris : idque jam ex parte viderat in Electis amplissimus Gevartius : vulgo *imposita suspirans veste sacerdos Testatur* : deinde *Pharios* pro *varios* bene scripti : quod ab aliis jam animadversum. *D. Heins.*

*Imposita veste*] Ne tantum pondus humeros exereret scilicet. Simulabant utique numinis gravitatem lignei sacerdotes, ad augendam populo superstitionem. *Barth.*

575 *Phariosque modos*] Fuit enim peculiaris utique his tibiis modus, non sine scilicet profanitate *variis* mutandis. *Idem.*

576 *Submissis admugit*] *Submissis* que prior Moreti, graviore sono : deinde *frequentant* non *frequentat* novem libri. *D. Heins.*

*Admugit cornibus Apis*] Ut favere scilicet suæ pompæ sapientem Deum intelligeres de voce illa mellita. Apin pari cum Ægyptiis superstitione Romanos coluisse auctor Minutius Felix Octavio. *Barth.*

578 *Tibridis et Latii*] Italiam omnem dicit, Romanam et Latiam Nobilitatem. *Idem.*

579 *Quicquid in orbe fuit*] *Ubique* prior Moreti : sic supra, 'sit Nilus ubique Vester.' Lib. I. de Rapt. 'quicquid ubique Gignit materies.' *D. Heins.*

*Auctor honoris*] Auctor alicujus, qui quem ad honores promovet, ornatque iis. Ammianus, lib. XIV. 'si plus valisset ausurus hostilia in auctorem suæ felicitatis.' Sic *auctor hæredis* dicitur testator, ex cuius bonis ille locupletatur. *Barth.*

580 *Numeroso Consule*] Consulatus enim præmii honorisque summi gratia conferebatur a principibus. *Idem.*

582 *Illustri te prole Tagus*] Nobilitas *Delph. et Var. Clas.*

tatem Hispaniæ Procerum laudat, quia inde Theodosii stirps.

*Gallia doctis Civibus*] Egregia et merita laus. Galliæ quo pacto literarum gloria hoc tempore floruerit, notum ex Ausonii professoribus, Eumenio, aliisque. Nobilitatem autem doctrinaque claros homines Principem stipasse Claudianus memorat, quod excubiæ Imperii ad eos pertineant velut. *Barth.*

*Gallia doctis*] Togata scilicet vel Insubria, cujus caput Mediolanum : quo, in honorem Principis, Roma lumina sui Senatus miserat. *Claver.*

583 *Stipavit Roma*] Eximii Principesque Reip. viri. Hi enim Roma sunt. *Barth.*

584 *Portatur juvenum cervicibus aurea sedes*] Sella curulis sive Consularis ex auro, quo conspicuus Imperator, more majorum, sedebat. *Idem.*

585 *Ornatuque novo gravior*] Trabea illa Consulari, quæ certe non minimi erat ponderis, uti *molem* vocet Sidonius. *Idem.*

586 *Velamenta*] Ipsam Trabeam Consularem, gemmis auroque conseratam. Describit talem, ut Imperatorium decus accessisse scias.

*Lapis*] Gemma. *Barth.*

587 *Fulgor Iberus*] In gratiam Hispani Principis. Dicit autem Carchedonios, genus Carbuncolorum rubra luce fulgentium (vel Pyropos), qui a magna Carthagine, Hispaniarum domitrice, nomen nacti sunt, et ruboris ergo flammei. *Idem.*

589 *Rudis*] Naturalis. *Idem.*

590 *Auget acus meritum*] Ars certat cum metalli pretio. Ovidius : 'Materiam superabat opus.' *Idem.*

591 *Multaque ornantur iaspide vultus*] *Cultus* scribendum cum priore Moreti, Oxon. Helmæstadiensi, et uno Mediceo. Mazarin. *oneratur*, quod et placet. sic alibi, 'baccis onerat candentibus aures.' Lucens. *multa remorantur*. Id quod de nihilo non est, præsertim si legas, *remoratur*,

*Claud.*

4 R

propter rigorem suum scilicet, ut mox dicturus. *multa variantur* unus Medicens. *hortatur* in nonnullis. Forte *animatur*. sequenti versu malim *arias spirat figuras* quam *variis figuris*. Bello Gildon. 'verba soli spirantia virus.' Lib. II. in Stilich. 'insigne Minervam Spirat opus.' quomodo scripti. lib. I. de Rapt. 'totum spirant præcordia Phæbum.' Idyllio de Phœnice: 'divinos spirant altaria fumos.' ut et ibi legendum puto. Statius, Thebaid. III. 'mens altum spirat honorem Conscia factorum.' Idem Pietate Abascantii: 'nil longior ætas Carpere, nil ævi poterunt vitare labores Siccatam membris. tantas venerabile marmor Spirat opes.' sic vetusta editio Parmensis. vulgati *Septi opes*. Theb. IV. 'Non alacri penna aut verum spirantibus exstis.' ubi male Lindenbrogius reponit *salientibus*. noster Gigantomachia ex optimo codice Vaticano: 'Hic sibi promittit Venerem, spiratque Dianæ Conjugium.' D. Heins.

*Vultus*] Heroum enim effigies intexebantur Trabeis Consularibus. Barth.

592 *Nereia bacca*] Margaritam dicit. Idem.

594 *Ambitiosa colus*] *Ingeniosa* Regius. ut I. I. de Rapt. 'Pectinis ingenio nunquam felicior arti Contigit eventus.' mox *gemmarum flamina* non *stamina* sex scripti. D. Heins.

596 *Scrutatus stagna profundi*] Maris Eoi et Australis ait absconditos thesauros erutos ad decorandum hunc ornatum. Barth.

597 *Divitis algæ Germina*] Generatim loquitur; speciatim tamen de coraliis. Idem.

599 *Ignes*] Gemmas, a fulgore et radiis. Idem.

600 *Sidonii, rubrique maris*] Propertius, I. II. 'Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas, Et jubet ex ipsa tollere dona Tyro.' Idem.

601 *Pondus*] Gemmas. Ad pondera, non ad magnitudinem gemmas

loquitur indicando Imperatorio fastui. Idem.

602 *Hoc si Maonias cinctu*] *Vultus* Lucensis et multi alii. quod viri docti sequuntur. scripti quidam, *cultu*. Nihil mutandum Cons. Olybr. vs. 178. dixi. Nam de *cinctu Bacchi*, quod paulo post sequitur, vulgatæ scripturæ controversiam non esse movendam satis evincit. quam et primus Vaticanus et ex scriptis melioribus complures tuentur. *Maonidas urbes* præterea tert. Vatic. et Rottendorph. cum uno Petaviano et Oiseliano. Idem Oiselianus *cum tu graderere pro comptu*. D. Heins.

*Cinctu*] Habitu, cultu.

*Maonias urbes*] Lydias, et Phrygias instar Bacchi. Barth.

603 *Proferret Lydia thyrsos*] *Transferret* Isingr. Gyrard. Lucens. et octo alii. Probe. infra in Epigr. 'Transferat huc liquidos fontes Heliconia Nais.' Ovid. I. I. de Remed. Amor. ut quidem cum membranis legendum: 'Transtulerat vires Græcia tota suas.' deinde *dubitassent pro dubitarent* Lucens. et cæteri magna ex parte. D. Heins.

604 *In te*] Formam Honorii Baccho præfert.

*Nysa*] Bacchi Urbs. Maro: 'Bacchumque avertere Nysa.' In ea eum educatum auctor libro IV. Diodorus Siculus. Barth.

605 *Tigres*] Vectura Bacchi. Idem.

606 *Nebriada*] Nebris Bacchi vestimentum, de pellibus factum. Idem.

607 *Caspia Colla*] Tigrides Caspiæ notissimæ. Idem.

608 *Satyri circum*] Libidinosissimi animantium, Baccho comites dati. Idem.

609 *Ederis victricibus Indos*] Bacchi frutice, qui pampino et ederis funes faciebat. Idem.

611 *Auspice*] Fausto nimirum clamore, adclamatione prospera omnia ominante. Calendis autem Januariis, ipso nempe Consulatus initio, fausta

feliciaque omnia dici et fieri necessarium esse opinabantur. *Barth.*

*Auspice mox lætum]* Non *Aspice* nusus *Ambros.* et *Tholos.* quomodo legendum jam viderunt *Cl. Gevartius Elect.* i. 12. et in *Observationibus Gronovius noster.* mox *Omina* non *omnia* cum *Delrio,* *Scaligero,* *Fabro* in *Semestribus,* ac eodem *Gronovio* corrigendum. *Confirmat Lucensis* et duodecim alii, ut frustra vulgatam lectionem tueatur *Barthius. D. Heins.*

612 *Quater]* Quartum. *Barth.*

*Solennia ludit Omnia libertas]* Cæremonias intelligit libertatem indicantes, quæ manumissionis aetui adhibendæ sunt, designantque ipsam florentis Reipubl. libertatem, hostiumque mox capiendorum multitudinem. *Idem.*

613 *Deductum Vindice morem]* *Vindex* servus *M. Bruti,* cum conjurationem adversus populum Romanum patefecisset, primus publice, coram summo magistratu, manu emissus est: ad cujus manumissionem quæ servatæ sunt cæremoniæ, ad posterum etiam descenderunt. *Idem.*

615 *Grato remeat securior ictu]* Certus nimirum jam libertatis, neque deinceps verberibus subjectus. Percussus enim in maxillam, manumittebatur, ictuque transibat in libertatem. *Idem.*

616 *Tristis conditio]* Revera tristissima. 'Æquata servitus quadrupedibus.' *Lege Aquilia,* teste *Caio,* cap. 2. ad *Leg. Aquil. Idem.*

617 *In civem rubuere genæ]* Illico ut irrubuere genæ, civis ex servo factus est. Usque adeo autem in civem tum rubebant genæ, ut extemplo post circumactionem et ictum acciperent insignia civium, albam vestem, anulum aureum, &c.

*Tergoque removit]* Pars enim ea corporis pœnis servilibus exposita. *Barth.*

618 *Permissi felix injuria voti]* Sic scripti fere omnes cum *Aldo,* non

*promissi. Præf. lib. ii. in Ruf. 'permissis jam licet ire choris.' Statius Epithalamio Stellæ pari mendo inquinatus: 'Tu tamen attonitus (quamvis data copia tantæ Noctis) adhuc optas, permissaque numine dextro Vota pares. Pone, o dulcis suspiria vates, Pone, tua est.' promissa vota* ibi lectum hactenus. neque aliter scribendum *Achill. ii. vs. 266. 'eripitur miseræ permissus Achilles,'* ut jam vidit *Gronovius. D. Heins.*

*Promissi voti]* Libertatis.

*Felix injuria]* Ictus manu, injuria speciatim. *Barth.*

620 *In nomen ventura tuum]* Consulatum. In *Fastos* enim illico ut erant creati, *Consulum* nomina referbantur.

*Præmissa futuris Dant exempla fidem]* *Veteris Sapiensis de Moyse* testimonium est: *Prædictione futurorum fidem fecisse præteritorum.* Et memoria præterlapsorum consilium dat illustre de futuris. *Barth.*

621 *Quoties te cursibus ævi]* Quoties, ait, tibi Consulatum dedit, toties *Victoria* aliqua insigni auctus est *Theodosius. Idem.*

623 *Tranare Gruthungi]* Tam hic quam aliis apud poëtam nostrum locis *Gothunni* in vulgatis exemplaribus vocabantur, tanquam ex *Gothis* et *Hunnis* conflati. Libri scripti etsi mire inter se dissentiant, uno tamen consensu editam lectionem non agnoscunt. 'Gruthungos gentem bellicosam' vocat *Ammianus,* lib. xxvii. nec aliter *Oxonienensis* et *Leidensis. Greothingi* in *Fastis Idatii* appellantur. *Isingrin.* et *prim. Vatican.* cum *Aldo* ac primis editionibus *Gruthunni.* Alii codices *Grutongi, Grotungi, Grutonne, Grotunni, Gritongi* et similia. vir doctissimus ad *Hist. Aug. Grothungi* legit. *Sequenti versu* recte scripti fere omnes *ter mille,* non *tibi.* mox pro *cuneis immanibus,* unus *Medic. sec. Vatic. et Palat. navalibus.* ut alibi, 'lituis navalibus arsit *Hispa-*

num Siculumque fretum.' Barthius vulgatam scripturam immerito tuetur. Apud Constantinum Porphyrogenetum in *Thematis* Γοθήροι dicuntur. *D. Heins.*

624 *In lintreis fregere nemus*] Copiam navium designat. Lucan. lib. I. 'In classem cadit omne nemus.' *Barth.*

627 *Incipiens ætas*] Honorius natus est Constantinopoli anno 384 Septembri, Ricomere et Clearcho Coss. sed tunc verius renunciatum aut designatum arbitrator. *Claver.*

*Primus annus*] Primus consulatus, non ætatis annus, quare et incipientem ætatem separavit. *Barth.*

*Contudit annus*] Sic nonnulli ex nostris, quomodo Delrius aliique jam emendandum viderunt. Vulgo male *contulit.* bello Get. 'tanta nec clade superbum Contudimus Tanaim.' lib. I. in Stilich. 'non Marte Suevos Contudimus.' VI. Cons. Honor. 'Retuduit hostiles animos,' ut illic legendum. Posset et legi *Incipiens æstas.* sequenti versu pro *submersæ* unus Pulmanni *succensæ.* placet, pro *incensæ.* *D. Heins.*

630 *Corporibus premitur Peuce*] Stragem omnibus omnino navalibus copiosorem testatur fuisse Zosimus. *Peuce* autem insula Danubii populis culta, qui speciatim *Peuceni* perhibebantur. *Barth.*

632 *Odothæi*] Promotus dux peditum in Thracia Odothæum navigiis aggressus, Zosimo auctore, tantam stragem edidit, ut flumen cadaveribus oppleretur. *Clav.*

633 *Tibi*] Geminis tuis primis Consulatus.

*Secundis auspiciis*] Consulatu secundo. *Barth.*

635 *Tyrannum*] Eugenium, cum suo Magistro Arbogaste. *Idem.*

636 *Ister sanguineos egit te consule montes*] Ita primæ editiones et scripti omnes. Vulgati duos versus pro uno nobis obtrudunt: *Ister sanguineos egit te consule fluctus. Alpinos genitor rupit te*

*consule montes.* cujus id liberalitati debeamus, incertum, nisi quod suspectus hic Isingrinus. Barthius tamen pro vulgatis exemplaribus præfracte pugnat. Quis non videt posteriorem versus languere? nam cur *Alpinas rupes* non dixit, ut poëtæ loquuntur? 'sanguinei montes' quomodo Virgilius, 'præruptus aquæ mons.' et apud Ovid. 'quanti montesvolvuntur aquarum.' cadavera in Istrum præcipitata intelligit. *D. Heins.*

*Ister*] Horrendum Rei Romanæ nomen fluvii, ob tot ei infusas gentes.

*Sanguineos fluctus*] Cæde Barbarorum, modo dicta. *Barth.*

638 *Semper venere triumphi Cum trabeis*] Sic suo Marte, auspiciis autem Honorii filii bella gessisse, hostesque superasse Theodosium, dixit superiore, et circa principia etiam hujus nobilissimi Panegyrici. *Idem.*

639 *Sequiturque tuos*] Quasi affixa. *Idem.*

640 *Sis precor assiduus Consul*] Non assidue scripti. Forte *assiduus.* *D. Heins.*

*Marii*] Septies Consul, quoties ante eum nemo. *Barth.*

641 *Gaudia mundi*] *Mundo* Lucens. et Medic. unus cum tribus Vaticanis. rectius. *D. Heins.*

642 *Lanugo cum serpere caperit ora*] Cum virum te agnoscat mundus, cujus tantilla ætas omnibus modis decoravit Imperium. Primæ lanuginis positio festum ingens Romanis moribus, summaque vota parentum. *Barth.*

643 *Cum tibi prodiderit*] Isingr. Gyrald. et aliqui ex nostris *protulerit.* quod alterius glossema. *prodere* enim proferre. Virgil. *Æn.* II. 'lætique cavo se robore produnt.' quomodo libri veterissimi. Val. Flacc. VIII. 'Condita lethiferis prodit medicamina cistis.' sic Carrionis liber. quod ille non intellexit. Avienus, Fab. XII. 'Nunc inventa meis non prodit munera cistis,' cum veteri libro. Ovid. *Fast.* v. 'Prodit formoso condita vi-



na cado.' ut quidem veterrimi codices. non *promit* cum vulgatis. Met. l. iv. 'lævaque a parte Medusæ Ipse retroversus squallentia prodidit ora.' ubi *protulit* etiam vulgo legitur. Plura ad Nasonem. sequenti versu *devota* pro *donata* scripti plerique. quod et vidit Raphelengius. *D. Heins.*

*Nox pronuba*] Numen ipsum noctis favens tanto matrimonio, et gerens pronubæ officium. *Barth.*

644 *Devota toro*] *Devota* enim Deorum quadam providentia prævotam et destinatam conjugem Honorio inducit. quod non ceperunt qui mutarunt.

*Murice fulgens*] Purpuram Imperatoriam induta. Innuit statim cum conjugio augustam quoque dignitatem accepturam Honorii Sponsam. Hoc enim decus conjugibus dare certo consilio distulerunt nonnulli Principes. Sic Gallam, secundam suam, non fecit Augustam Theodosius; ne scilicet Augusti ex ea nascerentur, in Arcadii et Honorii damnum, aut ipsa secundis forte nuptiis umbram dignitatis alteri deferret. *Barth.*

647 *Toto dotanda mari*] Omni Imperio Oceani. Sic de Augusto Virgil. 'Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.' Dotem autem, usu prisco, nec satis noto, in mariti bonis, non sponsæ, ut vulgo, agnoscit. *Idem.*

649 *Thalamis intendere*] A fidibus, quæ non nisi tensæ sonant. *Idem.*

651 *Trans Rhæni cornua*] Cum tu omnem trans Rhenum Germaniam late perdomueris. *Idem.*

652 *Captæ spoliis Babylonis*] Domitis Parthis; horum enim Principatum et Imperium Babylonem vocant scriptores. Theodosii autem contra invictas istas entes ea felicitas fuit,

ut pacem ab eo per legatos peterent, eo ipso anno quo natus ei Honorius filius. *Idem.*

*Babylonis onustus*] *Babylonos* meliores. recte. Nemesianus Cynegetico: 'utque intima frater Persidos, et veteres Babylonos ceperit arces.' Martialis, lib. viii. Ep. 28. 'Non ego prætulim Babylonos picta superbæ Texta.' Sic vetustus fratrum Puteanorum liber. Vulgo 'Babylonica picta superbe.' 'superbâ Babylon' passim poëtis dicta. noster lib. i. in Eutrop. 'centum portis Babylona superbam.' Lucan. l. i. 'Cumque superba foret Babylon spolianda trophæis.' Lib. viii. 'murisque superbam Assyrius Babylona domos.' *D. Heins.*

653 *Majore toga*] Utroque nimirum principe Consulatum simul gerentibus. *Major Toga* illustriorem pacem, clariorem statum Reip. indicat. *Magnum* enim pro insigniter bono Veteres sæpe habent. *Idem.*

*Annus*] Id est, Consulatus, ut alibi sæpe, qui quidem contigit anno 386. Itaque eum Flaccilla mater docuit, ad primas curules reptare, ut poëtæ verbis utar. *Claver.*

654 *Tuo fasce*] *Tua militia*. Ad fascem, quo Romanus miles supellectilem suam gerebat iter faciens. Maro, Georg. iii. 'Non secus ac patriis acer Romanus in armis Injusto sub fasce viam dum carpit.' Radevicus præfat. Hist. 'Revera, nisi vestra fretus ope, sub hoc fasce succumberem.' *Barth.*

655 *Horrebunt Bactra*] Voto claudit et sponse futuræ felicitatis Pannegricum istum, instar aliorum: *Suevi Occidentis, Bactra Orientis Regna* denotant. *Idem.*

## IX.

## EPITHALAMII HONOR. ET MAR. PRÆFAT.

1 *Surgeret in thalamum ducto cum Pelion arcu*] Cum in thalamum exornaretur et amplificaretur Pelion, nuptias inibi concelebraturis Thetide et Peleo, progenerando Achilli. *Surgeret*, Poëticum, velut splendore et honore majore indueretur, magis fieret conspicuum. *Pelion* mons Thessaliæ, ubi convivio nuptiali convenerunt ei, quod jã diximus, Dii. *Barth.*

*Surgeret, &c.*] Hæc Pelei et Thetydis nuptias indicant, de quibus supra. Ut vero hæc plenius intelligas, vide Præfat. Sidonii in Epith. Ruricii et Iberiæ: imitando enim explicat. *Claver.*

2 *Tantos Deos*] Omnes fere adfuisse fabula est. *Barth.*

3 *Socer æquoreus*] Oceanus.

*Numerosaque turba sororum*] Nereidum, quarum una Thetys, illius senioris Thetydis neptis. *Barth.*

4 *Epulis continuare dies*] *Continuare dapes* prim. Medic. quintus Vatic. et Palatinus. venuste. in nonnullis *diem*. Forte pro *dapem*. D. Heins.

5 *Præberetque Jovi communia pocula*] Ut hospes: *communia*, Diis nimirum, tum dignatis communibus epulis cum mortalibus uti.

*Chiron*] Illius erat regio Thessalica circa Pelium, ubi nuptiæ Thetidis præsentia Deorum celebratæ. Erat Chiron medicus; sapiens cum primis suæ ætatis, et peritus Astronomiæ; unde et finxisse puto fabulam de Nuptiis Deæ, cum Peleum animo haberet gloriæ singulari commendare. *Barth.*

9 *Terpsichore facilem*] Musam acci-

nentem Hymenæum aut Epithalamium facit, quia Apollo et Diana adspernati consortium cum cæteris Diis non venerant ad nuptiale Pelei festum. *Idem.*

10 *Molles duxit*] Deos ad sonum Terpsichoræ canentis dicit Choreasin antra Chironis duxisse. *Idem.*

12 *Teneris nossent congrua vota modis*] Cum nuptiarum solennitates, et omina nossent congruere cum illis egregiis cantibus. Hoc est, agnoscerent carmina digna tali concilio, talique festivitate. *Vota* ipsas Nuptias designant, nimirum quod principalis humanæ vitæ societas ineatur iis, qua bona pars felicitatis ipsius universæ dependeat. *Idem.*

13 *Centauri Fauniquæ negant*] *Notant* perperam Claverius, et illum secutus Raphelengius, cum Barthio, curis secundis, qui juvenilibus notis recte alteram scripturam amplectebatur: ut ad Statii Silvas jam monuit amicissimus Gronovius, cap. 45. Vulgatam lectionem scripti nostri constanter tuentur. Mox *Rheton* Lucens. Gyrald. et quinque alii: quidam *Rhetum*, Latina terminatione. Quomodo Claverius. In plerisque scriptis et vulgatis monstra lectionum invenias. D. Heins.

*Notant*] Vituperant; habent quod in iis reprehendant, mirifice et amplius sibi placentes ruralibus et montanis suis jubilis.

*Rhetum, Pholum*] Nomina Centaurorum, de Chironis collegio: quos advenis illis Faunis longe judicio meliore fuisse, stringens nonnullos temporum suorum ineptos Censores,

Claudianus notat. *Fauni* autem inter Musicos Deos, licet agresti cantu. *Barth.*

15 *Totiesque renatus*] Renato Lucens. Gyrald. et plerique alii: nonnulli *renatos*. mox *protrahit* non *pertrahit* idem Lucens. cum septem nostris. *D. Heins.*

19 *Venturumque*] Fatidico carmine; quale illud *Parcarum* apud Catullum:

'Nascetur vobis expers terroris Achilles, Hostibus haut tergo, sed forti pectore notus.' *Barth.*

*Achillem*] Æschylum sequi Claudianus maluit, quam eos qui Apollinem ab his nuptiis removerunt. *Delrio.*

22 *Reginam resonant*] Nupserat enim jam Regi Thessaliæ Peleo. *Barth.*

## X.

### EPITHALAMIUM HONORII ET MARIE.

1 *Hauserat*] Ex Maronis illo adumbratum: 'At Regina, gravi jamdudum saucia cura, Vulnus alit venis,' &c.

*Promissæ*] Est fictio Stilichonem adulantis: siquidem aliis artibus hoc matrimonium constructum.

*Ignes*] Amorem, qui igni comparatur. *Barth.*

2 *Augustus, pronoque rudis*] Sic Lucensis et cæteri plerique cum primis editionibus: neque aliter prim. Vatican. et Oiselianus pro diversa lectione: quod minime explodi a Barthio debuit. Apud Horatium: 'Lycus in asperam Declinat Pholoën:' et apud Nasonem: 'Paulatim declinat amor:' unde liquet, cur noster *pronum æstum* dixerit. *Vulgati primoque. D. Heins.*

3 *Suspiria*] Notissima, et ubique contestata Amoris indicia. *Barth.*

6 *Mens omnis aberrat In vultus quos fixit amor*] Gyraldini libri lectionem et magni Scaligeri conjecturam hic expressimus: *quos fixit*, quos pectori ejus infixit: breviter dictum. Vulgo, *in vultus quos fixit*. Isingrin. et septem alii, *In vulnus quod fixit*: non

male. prim. Vatican. et decem alii, *In vultus quos pinxit*: quatuor, *In vulnus quod punxit*: *pinxit* duodecim: *fixit* unus. Barthius: *In vultus quis fixit Amor*: quod ille argutum vocat, mihi insolens videtur. Vulgata scriptura ex illis Venantii Fortunati jam a Barthio adductis defendi potest: 'Cordis erat requies oculis, anima que recurrens Ad vultus, quos finxit Amor.' nisi et illic scribendum: *Ad vulnus quod fixit Amor*. noster paulo post, de hoc ipso Honorio: 'tali solatur vulnera questu.' Apposite Cupido ipse ad Venerem apud Statium Epithalamio Stellæ: 'haud ulli vehementior unquam Incubui, genitrix, iterataque vulnera fixi.' *D. Heins.*

*Mens omnis aberrat*] Nihil ut videat et videre velit præter illam cupitam formam. *Barth.*

7 *In vultus quos finxit amor*] Per oculos enim atque adeo totum vultum Amor tela suarum affectionum vibrare et jacere in corda amatorum dicitur; id quod indicaverit his doctis verbis, potius quam expresserit, vates optimus. Ab oculis ergo, telis se quibusdam peti Amatores aiunt

unde concipiant flammam desideriorum in pectora, et velut exardeant in adfectus. *Barth.*

*Medullis Erupit gemitus*] Ipsi animi penetralibus. *Idem.*

9 *Confessus secreta rubor*] In amantium vultibus varios colores, pro adfectus varii instabilibus stimulis, notarunt hoc genus infiniti scriptores. Eleganter Musæus de Hero et Leandro.

*Confessus secreta*] Animi secreta, et adfectus interni, in vultibus velut exscribunt argumenta suarum rerum. *Barth.*

12 *Venerabilis*] Consecrata enim, et inter Deas relata Livia. *Idem.*

13 *Divarumque nurus*] Occulta adulatio: quasi jure hereditario a tam vetustis Augustarum successionibus ad Honorium hæc venerint. *Idem.*

14 *Incusat spes ægra moras*] In Amante hæc præcipua. Salustius Jugurtha: 'Animo cupienti nihil satis festinatur.' *Idem.*

15 *Non volvere Phæbe*] Quod ad juvandam animi impotentiam, in amante sperante indicandam, facere non parum dicas. *Idem.*

*Volvere Phæbe*] *Flectere* Lucens. et reliqui omnes cum Aldo. *D. Heins.*

16 *Scyria sic tenerum*] Deidamia. Propertius: 'Scyria nec viduo Deidamia toro.' *Barth.*

*Flammabat*] Amore vehementi. Qui igni et incendio par. *Idem.*

17 *Fraudis adhuc experts*] In eam conferendæ: *παθηκῶς* enim hoc capiendum; cum non illum deceperit virgo, sed ille virginem. *Idem.*

18 *Et mox, quos horruit Ide*] Quæ a blanda virgine adolescenti Achilli pectitos crines, ipsam Idam, montem Trojæ celeberrimum, horruisse dicit. *Idem.*

*Quos horruit Ide*] Ita Claverius restituit: confirmant scripti meliores. Vulgo *horruit idem*. Raphelengius ex conjectura viri maximi, *torruit idem*: quod non capio. *D. Heins.*

*Horruit Ide*] Nam Ida Achilles pulchre capillati adventu intremuit. *Claver.*

19 *Thessalicos roseo nectebat pollice crines*] Mire variant hic libri: veram interim hanc lectionem ausim præstare, quam ex Lucensi, prim. Vaticano, et Bononiensi depromptam exhibemus; nisi quod *pectebat* malim cum uno Ambrosiano, sec. Vatic. et Farnesiano. Lectionum diversitatem videamus. Isingrin. Putean. Oisel. Pricæan. *Thessalico roseos nect. pollice crines. flectebat pectine* Oxón. ut apud Petronium: 'Quo enim spectant flexæ pectine comæ, quo facies medicamine attrita?' sic et 'flexi ad pectinem capilli' Spartiano in vita Hadriani. *pectebat pectine* septendecim alii. *pectebat pollice* Delrii codex et Florent. S. Marci. *Thessalicos roseo pectebat pectine*, Mazarin. Medic. et Ambros. unus. alter Vaticanus, *nectebat pectine. roseo pollice* eleganter dixit. hinc *ροδοδάκτυλος* frequens apud poetas Græcos epitheton. de Aurora præcipue. Cato in Diris: 'Aut roseis digitis viridem decerpserit uvam.' Nemesianus, Ecloga II. 'Dicite quo prato Donacen, qua forte sub umbra Inveniam roseis stringentem lilia palmis.' Musæus de Leandro *ροδέων χεῖρα* quoque dixit: veram lectionem ex parte quoque apprehendit Cl. Barthius, sed curis secundis fluctuat. *pectere pollice*. quomodo apud Statium Coma Earini: 'Hunc nova tergemina pectebat Gratia dextra.' noster lib. I. in Eutrop. 'Eous rector Consulque futurus Pectebat dominæ crines.' *D. Heins.*

*Thessalico pectine*] Quem domo sua, e Regia usque Thessaliæ Achilles apportaverat, cum a matre mundo muliebri instrueretur, ut pro virgine degeret in Scyro. Nectere autem virgo amasio capillos dicitur, more blandientium amasiorum. *Barth.*

20 *Verendus*] Hoc epitheto amore cum cultu quodam insinuat Claudia-

nus. *Barth.*

21 *Cunctatur*] Quod enim cupienti datur, gratius est beneficium: mora autem gratia expirat. *Idem.*

22 *Quam pepigit*] Sperata, pacta, sponsa, nomina sunt jam matrimonio debitarum. *Idem.*

*Quam pepigit*] *Malo pepigi. vi. Cons. Hon. 'Tunc mihi tunc letum pepigi.'* *D. Heins.*

24 *Quasivi vultum tabulis*] Non ego, ait, de more libidinantium Regum, ob pulchritudinem filiam tuam mihi desponsari feci, nec misi qui ejus consensum precarentur, depicta effigie mea in tabulis, longe formosiore. Notat morem seculi, sponso sponsoque legentium regum ad picturas, quas et ideo mox, asserenda a nobis lectionis veritate, *lenas* appellat. In invidiam haud dubie Arcadii fratris hæc loquentem inducit Honorium; quippe decepti aut inescati picta puellæ effigie, fraudibus Eutropii Eunuchi, in matrimonium. *Barth.*

*Quasivi vultum tabulis*] Non *thalamis*, quod mox sequitur, recte ex suo libro Claverius, et Moreti codex. *Quasierim* etiam concinne Mediceus unus. Sequenti versu pro *Lava*, *Lena* legendum jam viderunt interpretes. et sic plerique nostri. quomodo 'lena juvena' Ausonio, Epigr. LXXXIV. Luc. Gyrald. prim. Vatic. et quinque alii, *Plena*. Pluribus pro vera scriptura disputant curæ secundæ Barthii. *D. Heins.*

25 *Lena*] Lenocinans. Sane pictura illa *nuncia formæ* revera Lenæ officio fungebatur, conciliantis per illecebras, regalibus matrimoniis non parum indecoras, Principi, quam nequaquam nisi deceptus talibus lenociniis, duxisset. *Barth.*

*Iret pictura*] Videtur hic tangere Eutropii scurrilem astutiam; qui ut Arcadio subitum amoris ignem excitaret, Fl. Promoti neptim, eximie depictam, ei sæpius ostentavit. *Claver.*

*Lena*] Bene ergo dicitur, quia pictura ultro citroque missa animos ad

amandum inducit. *Delrio.*

26 *Variis dubium*] Ad formas semper novas mutandum: dum pulcherrimam, picturis interpretibus, speciem princeps exquirat. *Barth.*

*Lecturus amorem*] *Lectura pudorem* unus Med. et paulo post *patriisque* pro *patriisque* scripti quatuor cum primo Vaticano. sequor. *D. Heins.*

27 *Falsæ ceræ*] Colori, fucoque fallenti, et formosiore referenti puellam, quam erat. Cera enim hoc loci nihil aliud quam fucum vel pigmentum notat, aut colorem; qualibus pictores utuntur. *Barth.*

28 *Non rapio alienæ fœdera tædæ*] Ut fecerunt multi retro principes, jam inde ab Augusto, qui Liviam Drusillam marito Tiberio Neroni, etiam ad tres menses partui propinquam, palam eripuit. quod exemplum secuti deinceps tyranni abominabiles. *Idem.*

29 *Patriisque relicta Mandatis*] Non legitur hoc, quod sciam, ullibi Antiquitatis. Tamen verosimile est quam maxime. Nec dignior adfinitas legitum poterat, si maxime superfuisset Theodosius.

31 *Communem partitur*] Theodosio Augusto frater fuit Honorius, ei Honorio ex Serena filia, conjuge Stilichonis, neptis Maria, quam ducit nunc Honorius Junior Imperator. Sic Theodosius Senior, sive is Honorius fuit alter, Proavus fuit Mariæ, Avus Honorii Cæsaris: melius tamen de adoptivo patre hæc capias, de quo mox.

*Fastigia*] Imperatoriam Regiamque dignitatem. *Barth.*

32 *Gessique procum*] Misisse se ait, ut nunc loquuntur aulici, de latere suo primates, oratum desponsionem filiæ. Omnia hæc in Stilichonis laudem exeunt, ut nihil non totius hujus scriptoris. Legati enim summa estimatione viri eligebantur. *Idem.*

33 *Oratum missi*] Non *misi*, prior Moreti et quinque alii. Et *reposci*, Oxon. pro *poposci*. quod efficacius. *D. Heins.*

35 *Hoc Principe natus*] Sic scripti



omnes. Vulgo *hic*. Junianus tamen *sed principe* eleganter etiam. Gyrald. *de*. mox iidem ad unum omnes *Cui Mariam debes, non differs*. quod et Raphel. vidit. *Idem*.

36 *Sibi te generum*] Gener enim Stilicho Theodosii, quia Serenam duxerat, quam adoptarat, fratris filiam, Theodosius. *Barth.*

37 *Cui Mariam differs*] Me auctore nihil mutabitur, et videtur illud Maronis adspexisse: 'Turnum jam debent hæc mihi sacra.' *Deberi* enim dicunt Poëtæ, velut datis syngraphis, quod alicui est destinatum. *Barth.*

*Fædus mihi solve paternum*] *Fædus* optime Petaviani duo cum primo Vaticano, Pricæano, et Oiseliano. ut apud Propert. 'Sæpe venit magno fœnore tardus amor.' et alibi: 'Post obitum duplici fœnore reddat honor.' In agricultura etiam apud poëtas locum habet ea vox. ut in illo Nasonis: 'Hordeaque ingenti fœnore solvat ager.' *D. Heins.*

38 *Aulæ*] Domui Cæsareæ. *Barth.*

39 *Patruï germen*] *Patrium* Junian. Forte *patruum*. ut 'patruæ verbera linguæ' apud Horat. Ovid. Fast. iv. 'Ense cadit patruo Lausus.' sic optimus liber. vi. Cons. Hon. 'Restituit sceptris patruis.' ita legendum videtur, cum scripti nonnulli *patriis* exhibeant. Adeantur quæ ad Nasonem notavi Amor. iii. El. 6. vs. 49. *D. Heins.*

*Cui nominis hæres successi*] Notus jam frater Theodosii Principis, Honorius, laudibus Serenæ. Fuit vero et soror huic Serenæ Maria nomine, cujus ibidem meminit, vs. 69. *Barth.*

42 *Inque tuo crevi gremio*] Educatione tua, et cura materna. Educationem enim, voluntariam, et ex affectu, non coacto, præferunt aliqui generationi. *Idem*.

*Partuque remoto*] Si solum, inquit, partum demas, tu mihi potius mater, quam Flaccilla. Sane Flaccilla admodum puero Honorio decessit, postquam Galliam, Justinæ Valentiniani-

que filiam, uxorem duxit Theodosius.

43 *Tu potius Flaccilla mihi*] *Parlaus* in Serenæ amore penes Theodosium Imperatorem. noster *Laudibus* illius, vs. 106. 'Defuncto genitore tuo sublimis adoptat Te patruus, magnique animo solatia luctus Restituens, propius, quam si genuisset, amavit Defuncti fratris sobolem.' Sic omnino Serena Flaccillæ filium hic fovisse dicitur. Stilichonem magis genitorem Honorio adscribit, quam ipse fuerit Theodosius. *Barth.*

44 *Quid juveni natam non tradis alumno*] *Non reddis* prim. Vatic. et septem alii. unus Medic. et duo Susiani, *credis*. quod placeret, nisi præcessisset paulo ante *creditus infans*. sed et *Redde suos aulæ* jam dixerat. *D. Heins.*

47 *Risit Amor volatque*] Cur volantem et ridentem Amorem concinent Poëtæ, clarum ex Alexandro Aphrodisiensi, *Problemate* LXXXVII.

*Placida matri*] Quæ gaudet semper risu, et serenitate venustat omnia. *Barth.*

48 *Jactantior*] Animo elatior. *Idem*.

49 *Mons latus Ionium*] *Non Eoum*, meliores præter prim. Vatican. deinde *Cypri præruptus* non *Cypreæ rupis* cum eodem Vatic. Isingr. Pulmanni, Derrii codice, et tribus nostris legendum, quod Raphelengius jam vidit. *Ionium latus*, quia veteres Geographi eam maris Mediterranei partem, quæ Ægyptum versus tendit, Ionium dictam volunt, quod sequentia apud nostrum, quæ de Protei cubili et Nilo subjunguntur, confirmant. *Phariique cubile Proteos*, non *Phariumque*, Pricæanns. Pessime vulgati plerique *variumque cubile*. *D. Heins.*

*Cypreæ rupis*] Cyprum Veneri sacram notissimum. *Barth.*

51 *Despectat cornua Nili*] Sic Lucens. prim. Vatican. et sex alii, non *despectans*. *D. Heins.*

52 *Candentes pruina*] Lucensis et quintus Vatic. *cædentes*. quod quid sibi velit nescio. malim *canentes*. quod

postea confirmatum inveni in prim. Vatic. Pricæano, et Pomponianis excerptis, in Oiseliano quoque. *cana pruina* passim apud poëtas. paulo ante *humano generi*, non *gressu*, primus Vatican. *Idem*.

*Candentes*] Aërem tranquillum et compositum Veneris sedi tribuit, quæ Dea fingeatur Serenitatis; nam bonæ constitutioni corporum necessaria bona aëris temperies. *Barth*.

55 *Æterni indulgentia veris*] Hoc enim regnum Veneris; quo tempore jus dicere ea, et præsidere voluptatibus omne genus, dicebatur. *Idem*.

56 *In campum se fundit apex*] *Desidit* unus Ambros. eleganter etiam. *D. Heins*.

*In campum se fundit apex*] Hoc est, in arce montis, et summo vertice, planities campestris visitur. *Barth*.

58 *Mulciber*] Omnium operum insigniorum et duraturorum opifex. *Idem*.

60 *Intus rura micant*] Scripti quidam *prata*. quod amplexus Raphelengius. mihi non probatur, quia jam præcesserat. *rura* tres melioris notæ Vaticani, alique complures, disertim exhibent. *D. Heins*.

*Manibus quæ subdita nullis*] Subacta, ut Virgilius loquitur, hoc est domita, ut idem alibi. *Barth*.

61 *Perpetuum florent*] Omnis generis fructibus et floribus, unde fecunditas eorum et voluptas aliorum colligatur. Veneris autem cultus in nuptiis semper et perpetua hilaritate. *Zephyro*] Favonius ventus Veneris. *Barth*.

62 *Ales*] Cantus volucrum requiruntur ad locum Veneri conciliandum. *Idem*.

65 *Vicissim*] Mutuo. *Idem*.

66 *Felix arbor*] Frugifera, fecunda, sterili opponitur. *Idem*.

68 *Assibilat alnus*] Amorem, et amatorium quid, in ipsis etiam arborum vento impulsarum sibilis agnoscunt Amatores. *Idem*.

69 *Gemini fontes, hic dulcis, amarus Alter*] Amor felle et melle scatens; pulchre hoc figmento introducitur. Græci, pulchre uno utrumque epitheto complexi, *γλυκύπικρον* adpellant.

*Dulcis*] Dulcedine gratiosum affectum et placentem intelligas, ut Græcis *γλυκὺς* pro grato, accepto.

*Amarus*] Amarus Amor cum infelix; ut omnia sensibus nostris adversantia, huic saporis æquamus. *Barth*.

70 *Corrumpunt mella venenis*] Non *corrumpit*, scripti meliores: sequenti versu pro *armavit* prim. Vatican. alique nonnulli, *armari*: nihil muta. Sic IV. Cons. Hon. 'Hesperidum risit, quas ditat fabula, silvas.' ubi *perperam dictat* legunt. lib. I. in Eutrop. 'Elevat hunc plumis, hunc arbore fabula vestit.' Sic et argute, lib. I. in Stilich. 'fabricata vatibus arma' dixit: paulo ante, pro *Et platani platanis*, prim. Vatican. alique nonnulli, *Et platano platanus*: quidam, *platanus platanis*. Sunt etiam in quibus, *Et platanus platano*: ut hiatus relinquatur: de quo dictum libro III. de laudibus Stilichonis v. 167. *D. Heins*.

71 *Unde cupidineas*] Nam amor, et melle et felle fæcundus, *γλυκύπικρον* quiddam dicitur hominibus infundere. *Delrio*.

*Cupidineas sagittas*] Amoris Idolo affingebant tela felle et melle tincta veteres, indicaturi quam adversis penitus cruciatibus sint subjiciendi, qui manum dederint semel monstrosæ illi cupiditati. *Barth*.

72 *Mille fratres*] Non enim Amor unius Idoli est nomen, sed innumeros tales pueros fingeant miseri Idololatræ. *Idem*.

73 *Ore pares, ævo similes*] *Habitu similes* prim. Vatic. Putean. Oisel. et unus Pulmanni. septem alii ex nostris, *similes habitu*. VI. Cons. Honor. 'Hoc Deus effulgens habitu.' Barthius tamen vulgatam scripturam præfert. *D. Heins*.

*Gens mollis Amorum*] Veluti natio

quædam peculiaris, soli mollitiæ titulo notabilis et commendabilis. Amores enim molles ubique audiunt. *Barth.*

74 *Hos Nymphæ pariunt*] Populum nimirum, sive plebem, aut vulgus Amorum: hoc Nymphis genitricibus prognatum tradit et Philostratus. *Idem.*

75 *Ille Deos*] Eadem Platonica Theologia, quam Venerem modo a libidinum Dea aliam inferentem audivimus. Cupidinem etiam, ducem amabilem puerorum, qualem Claudianus hic indicat, ingerit, non inhonestum numen aliquod, sed veræ pulchritudinis veræque virtutis amans. *Idem.*

76 *Temperat*] Regit, moderatur. *Idem.*

78 *Licentia*] Amore libero, et legum contemptore, licentia nihil non agendi mentibus, eo irretitis, ingeritur. *Idem.*

79 *Flecti faciles iræ*] Cum sint nimirum Amoris redintegratio. *Idem.*

*Iræ*] Nam ut recte Terentius inquit: 'Amantium iræ amoris redintegratio est.' *Idem.*

80 *Excubiæ*] Ad fores Amantium.

*Gratus Amantum pallor*] Pallidus color amantium velut proprium indicium. *Barth.*

81 *Titubans audacia*] Tremens, horrens, incerta sui, prona audendi, et tamen cogitando rem aggredi timens. *Idem.*

83 *Levibus perjuria pennis*] Velut res nullius ponderis. Amantium enim perjuria nullius esse vitii censent Poëtæ, neque curæ ea arbitrantur superis. *Idem.*

*Levibus perjuria pennis*] *Ventis* potior scriptorum pars cum prim. Vatican. et Gyrard. non male, ut illa respexerit: 'Jupiter ex alto perjuriam ridet amantum, Et jubet Æolios irrita ferre notos.' *D. Heins.*

84 *Alta cervice*] Arrogans. Horatius de Juvene, primum Ephebos egresso: 'Sublimis, cupidusque, et

amata relinquere pernix.' *Barth.*

*Cervice Juventas*] Sic bene ex Scalligeri conjectura Raphelengius: nec aliter Gyrard. Lucens. prim. Vat. alique nonnulli: quidam *juventus*. Vulgati, *juventa*. Virgil. lib. III. Georg. 'Interea gregibus superat dum læta Juventas.' Lib. v. Æn. 'si nunc foret illa Juventas.' sic utroque loco optimus Medicus: nec mirum magis Juventatem pro juventute poni, quam Jovem pro cælo, Nereum aut Neptunum aut Thetin Tethynve aut Amphitriten pro mari, Martem pro bello, Cererem pro frugibus, Palladem pro oliva, Bacchum pro vino, Vestam et Vulcanum pro igne, Venerem pro coitu: similiaque. Cæterum prim. Vatic. alique meliores magno numero *Quos inter*, non *Hos*. De *Juventate* plura diximus ad Nasonem. *D. Heins.*

85 *Procul atria divæ*] Pulcherrimi sunt hi versus, et nescio an inventionibus talium locorum non princeps sit omnium nostri scriptoris operum hic libellus. Ejus quidem singularis et suavissima virtus est æqualitas sermonis, quam in tam diversis inventionibus et descriptionibus semper servatam mirari licet. *Barth.*

86 *Permutant radios*] Auro videlicet fabrefacta. *Idem.*

88 *Admiscens artem pretio*] Ovid. de Regia Solis: 'Materiam superabat opus.' *Barth.*

*Smaragdis*] Gemma hæc nostro ævo pretii non cum summis, summa olim auctoritate fuit, adeo ut sola cum margaritis vetita sit privatorum vestibis, legibus Imperatorum. *Barth.*

*Trabibusque smaragdis*] Primus ex Leidensi libro sic legendum in Observationibus monuit Gronovius noster, inter harum literarum principes censendus. quam lego lectionem ab novem scriptis postea confirmatam offendi, nisi quod in duobus *smaragdistrabibusque smaragdis* quoque primus Vaticanus. ne dubites de sinceritate

ejus scripturæ. vulgo *gravibusque*. *Beryllo splendore* Rufus Festus Avienus Orbis descriptione: 'Ipsa dehinc tellus quæ circumplectitur urbem, Et procerarum fluctu surgit palmarum, Et splendore procul beryllo ferta renidet.' Ita enim codex Ambrosianæ bibliothecæ, non *splendente*. pro *ferata renidet* opinor etiam *feta* legi oportere. sic 'Columnæ Synnades' pro Synnadiceis apud Capitolinum Gordiano tertio. 'vasa onycha' pro *onychinis* Lampridio. qualia multa viri docti in illis scriptoribus restituerunt. nam qui apud Martialem, Epigr. I. spectaculorum, pro 'molles Iones,' *moles* reponunt, suaviter nugantur. Mores Iones dici possunt, *moles* non nisi *Ionides* aut *Iades*. 'Satyros gestus' Manilius, 'heroas sensus' Persius, 'laticem Lyæum' Virgilius, 'Bromios remos' noster, dixerunt: quibus similia apud auctores infinita extant. ita et 'mimus scurra' Capitolino in Maximinis: 'Sed cum Maximinus interrogaret amicos quid mimus scurra dixisset,' quod mutandum non est. in Pescennii vita 'forma metalla,' apud Statium 'turmæ hostes' pro hostilibus, lib. XI. Thebaid. 'Nec jam hostes turmæ aut ferrum mortale timetur.' Sic optime vetus liber. vulgo: 'Nec jam aut hostiles turmæ ferrumve timetur.' 'Oceanum littus' Juvenali Sat. XI. 'Littore ab Oceano Gallis venientibus.' ita Leidensis liber antiquus. Paulo ante apud eundem Pithæus in suis codicibus monuit legi: 'Qualis in Oceano fluctu testudo nataret,' non *Oceani*. Venantius Fortunatus, lib. III. Ep. 23. 'Plana procellosos ructavit pagina fluctus, Et velut Oceanas fonte refudit aquas.' Quomodo vere in membranis. Idem lib. VII. carm. 11. 'Per loca, per populos mundo sua sidera præsumt, Quicquid ab Oceanis circulus ambit aquis.' Avienus Phænomenis pari modo 'Oceanum gurgitem' et 'pelagus Oceanum' dixit. In catalectis

Pithæi: 'Sol oriens, currusque suos e gurgite tollens Oceano.' Julianus, Epist. LXI. Καλχηδόνα πορθῶν dixit, quem Καλχηδόσιον alibi appellat. perperam Καλχηδόσιος rescribunt. Festus Avienus Descriptione Orbis: 'Chalcedon tumulus fluctu circumdatus alto,' pro Chalcedonius. Pari modo Πέρσαν στρατῶν Alcæus I. 4. Antholōg. Σκύθην ὄμιον Æschylus Prometheo dixerunt. 'Scytha' etiam 'exercitus' apud nostrum lib. I. in Eutrop. et 'Scytha pontus' apud Statium, Theb. XI. 'Dalmatæ montes' eidem in Sylvis. 'Astur equus' Martiali, et 'exercitus Astur' Silio. ubi male libri quidam *exterritus*. 'Phryx ager' et 'Cantaber Oceanus' nostro, et 'jugum Vesevum.' 'Salo Celtiber' eidem Martiali lib. X. Ep. 20. et 'Libys eques' lib. X. Epigr. 13. sed modus exemplorum non esset. de quibus alibi. *D. Heins.*

91 *Calcatur achates*] *Calcantur* Helmaestadiensis. *Idem.*

92 *Area*] Planities quævis. *Barth.*

94 *Panchaia turgent*] Non *Panchæaque* Gyrard. et quatuor alii. Ovid. Metam. X. 'Thura ferat floresque alios Panchaia tellus.' Virg. in Cullice: 'illi Panchaia thura, Floribus agrestes herbæ variantibus, adsunt.' sic utroque loco scripti. pro *turgent* etiam perperam *surgunt* vulgati, quod præcesserat: idque alii jam viderunt. noster lib. II. de Rapt. 'omnis in herbas Turget humus.' Lucan. lib. VI. 'nondum turgentibus altam In segetem culmis,' cum vetustis membranis. *D. Heins.*

95 *Nec sicco frondescunt vimina costo*] *Sicca* septem scripti. Ovid. Met. X. 'Cinnamaque costumque suam sudataque ligno Thura ferat.' ita ibi quoque libri veteres. Lucan. lib. IX. 'Et tamarix non læta comis, Eoque costus.' sic 'Achæmenia' et 'Assyria nardus' Horatio, 'nardus liquida' Ovidio, lib. III. Art. am. tres alii codices, *casto* pro *costo*. pro *vimina*, gra-

*mina* totidem libri, hoc est *germina*. ut Stat. Epicedio Pileti Ursi: 'Cinnama et Assyrio manantes germine succos.' sic legendum. Qui *gramina* amomum interpretantur, vellem nos docuissent amomum herbam esse. unus præterea *vulnera*, ut Epithal. Pallad. 'Niliacus pingui desudat vulnere cortex.' Cæterum pro *costo* Gyrard. et Lucens. *acantho*. Virgilius certe Georg. II. balsama et acanthum conjunxit: quæ noster respexisse visus: 'Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaque et baccas semperfrondentis acanthi?' Ubi Scholiastes Ms. Bibl. Leid. '*Acanthi*' de quo Gnifo scripsit: quod in ejus flore tincta vestis acanthia dicitur.' quibus similia apud Isidorum in Etymologia habes. '*vimen acanthi*' idem Virgilius Georg. IV. dixit, quomodo hic noster: 'et flexi vimen acanthi.' Auctor carminis de Phœnice similiter, '*olentis vimen acanthi*.' apud Nemesianum Ecloga II. '*molli gremium compleret acantho*.' ut veram lectionem hanc esse nullus dubitem. *Idem*.

96 *Balsama ligno*] Sic duo scripti. quomodo Ovidius, '*sudataque ligno Thura*;' et '*sudantia ligno Balsama*,' Virgilius, locis supra adductis. Lucensis tamen, Gyrard. Isingr. prim. Vatican. et sedecim alii, *rivo*. quorum auctoritas magni apud me ponderis. noster Cons. Olybr. '*Cornua temporibus raucos sudantia rivos*.' quamvis alio sensu. Vulgati etiam *succo*, non male. ut apud Silium, lib. III. '*succo nobilis arbor*.' et apud Statium, '*Assyrio manantes germine succi*.' Ne quid dissimulem tamen, prima lectio omnium optima videtur, ut *ξυλοβάλασμον* intelligat. *corticem* vocat noster Epithalamio Palladii. *Virgam* Statius Propempt. Metii Celeris: '*Candida felices sudent opobalsama virgæ*.' '*surculum*' Prudentius. '*Illic et gracili balsama surculo Desudata fluunt*.' '*Truncum*' Seneca, Martialis, Ausonius: ut ad Statium Cl.

Gronovius jam monuit. Servius ad superiorem Virgilio locum Georg. II. '*Balsamum est arbor ipsa. Opobalsamum succus collectus ex arbore. Xylobalsamum lignum ipsius arboris*. nam *ὄπδος* dicitur succus, τὸ ξύλον lignum.' sic illa partim ex antiquis libris, partim ex Isidoro legenda. Cæterum τὸ *prorepunt* optime τῶ *tarda* respondet, pro quo perperam scripti nonnulli et Raphaelengius *prorumpunt*. etsi Festus Avienus Orbis descriptione: '*tellus hic semper fragrat odoro Cespite, prorumpit lacrymoso stipite myrrha, Myrrha furor quondam Cinyreius. hic ladani vim Vellera desudant*.' ita locus iste ex vestigiis veteris libri constituendus, nisi et illic *prorepit* placet reponi. '*Guttatim stillare*' Scholiastes Juvenalis Ms. dixit ad Sat. II. '*Opobalsama*] liquor balsami. Est enim quoddam genus virgulti, cui cortex inciditur, et de cavernis incisæ corticis liquor balsami stillat guttatim.' unde et *sudandi* verbo scriptores plerumque utuntur, ut ex locis jam prolatis quoddammodo liquet. *Idem*.

98 *Passuque superior*] Jaetantior, ut ex ipso incessu didiceris.

99 *Cæsariem*] Dubitandum est, an pure loquatur qui Veneris comam *Cæsariem* appellat. Sane Virgilio verba sunt, Georg. IV. '*Cæsariem effusa nitidam per candida colla*.' Lucani lib. I. '*Cæsarie lacera, nudisque adstare lacertis*.' *Barth*.

100 *Sorores Idaliæ*] Nymphæ ornatrices, ministræ cultus Dææ. Tales ornatrices, politrices, cultrices in familiis Romanarum Venerum et Junonum. *Idem*.

*Sorores*] Jovis ex Eurynome, Oceani gnata, filiæ Gratæ. Venus autem ex mari orta fingitur. *Delrio*.

102 *Morsu numerosi dentis eburno*] Pectine eburno dicit depexam a puella comam Dææ. Fiebant pectines olim et e buxo, uti nunc quoque. *Barth*.



104 *Orbes*] Rotulas et spiras comarum. Martialis : 'Unus de toto peccaverat orbe comarum Annulus, incerta non bene fixus acu.' Unde paret eos orbes acubus suffixos singulis sustinuisse sese. *Barth.*

105 *Studiosa relinquens*] *Relinquit* tert. Vaticanus et septem alii. prim. Vatic. cum duobus aliis *relinquit. relinqui* legendum puto, eleganti Græcismo. *D. Heins.*

106 *Plus*] Magis, amplius, et testatum scriptoribus errorem illum comæ muliebris, non undequaque exacte compositæ, decentiorem haberi, ipsa accuratissima diligentia.

*Speculi nec vultus egebat*] 'Quia tota erat domus crystallina.' *Barth.*

108 *Et rapitur quocunque videt*] Sic Scaliger pater libris de Re Poëtica, Barthius, Aldus, et scripti meliores, non *quodcunque*. *D. Heins.*

*Et rapitur quodcunque videt*] De solo vultu Veneris sermo est, qui crystallinis aut gemmeis specularibus rapitur, quocunque sese collustrare insistit.

*Singula*] Ornamenta comarum. *Barth.*

109 *Probat*] Exigit ad speculum. *Explorare* vocat Ausonius. *Idem.*

110 *Ambrosio sinu*] Fragrante immortalitatis suavitate. Virgilius : 'Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere.' *Idem.*

111 *Quid tantum gavisus*] Melius, *Quid gavisus, ait, tantum?* *Idem.*

*Quæ prælia sudas*] Prudent. *Cathem. Hymn. II.* 'Eousque dum lux surgeret Sudavit impar prælium.' sic enim Puteaneus optimus. quæ vera lectio. alii, *prælio*. *D. Heins.*

113 *Sidonias*] Cum Europam rapuit, notæ fabellæ. *Barth.*

*Juencas*] Hoc ait propter Taurum, quem Jupiter, Europæ amore incensus, induit. *Delrio.*

114 *Pastoralia Lunam*] In quæ antra amans Endymionem Luna cælo descendisse perhibetur. Eum homi-

nem principem Lunæ sidus observasse, et rationes ejus docuisse, quibus ipse addiscendis xxx. annos insumserat, obque eam causam pro Lunæ amasio habitum fabulisque proclamatum prodit vetus scriptor Mnaseas. *Barth.*

115 *Antra*] Larvia saxa, deosculandi Endymionis ergo. *Delrio.*

119 *Ducem*] Stilichonem.

*Cuspide*] Hasta, seu sceptro. Etsi enim Stilichonem nunquam Regem, uxorem ejus tamen Reginam aliquoties appellat Claudianus noster. Idque ideo quia adoptatam videri vult a Theodosio. Veteres vero Reges hastis vice sceptrorum utebantur. Et hasta tradita signum erat Imperii concessi.

*Gallos Italianque*] Præfectus erat tutelæ Occidentis Stilicho, sed Italian et Galliam nominavit præ cæteris provinciis ejus Claudianus, quoniam crebrius et atrocius vexatæ a barbaris : unde assertarum major Stilichoni gloria. *Barth.*

121 *Propera. regalibus annue votis*] Concinnius legas, *propere regalibus annue votis.* proximo versu *Junge torum,* non *toros*, prim. Vatic. et Pricæanus. mox cave codices audias, in quorum plerisque *refovit* pro *removit*. Jam enim natum gremio Venus fovemat : nunc fotum removet aliud actura. *D. Heins.*

*Votis*] Nuptiis. *Barth.*

123 *Peplumque*] Vide Pollucem, l. VII. 13. *Idem.*

124 *Blando spirantem numine*] Calentem nimirum adhuc de cinctu Veneris. *Idem.*

125 *Impulsos fluviis*] Torrentes dicit. *Idem.*

126 *Irataque flumina*] Philippus Rubenius *fulmina* scribendum vidit, cui subscribimus. *Solvere* est in mollietatem, placiditatem, voluptatem, transdere. *Idem.*

*Flumina solvit*] Ferri non potest hæc lectio. *annium* enim jam memi-

nerat. Lege igitur *fulmina* cum Scalligero et duobus scriptis. *D. Heins.*

127 *Parvis hæc fatur alumnis*] Vaticanum optimum secuti sumus. *parvos affatur alumnos* vulgati. Oiselianus *parvis affatur alumnos*. Deinde pro *Heus quis, Ecquis*, cum scriptis melioribus, recte Raphelengius. *Idem.*

129 *Rapidum Tritona*] Ut rapido cursu adsit, quoniam tantæ rei pondus et expeditio moram nullam fert. Rapiatur, qui currit summo impetu.

*Tritona*] Tritones peculiare, et jurati velut, vectores Veneris, quibus scilicet bona illa sua credere possit, nec metuere ne ob amorem eorum, oriundum de formæ venustate, aliquid ipsa illis damni conscisceret. *Barth.*

131 *Sacri, quos petimus, thalami*] *Magno mihi venerit usu Sacris, quos petimus, thalamis*, Scaliger. quod Medicæus unus confirmare videtur, in quo *sacros thalamos: sacris thalamis* disertim Oiselianus. *D. Heins.*

132 *Concha*] *Buccina Tritonibus domestica*. *Barth.*

*Circumtonat æquor*] *Circumsonat* scripti quidam, quod nollem Raphelengius arripisset. lib. i. in Rufin. 'Spumat et elisa montem circumtonat unda.' Ovidius, l. i. *Metamorph.* ex membranis: 'Nunc mihi, qua totum Nereus circumtonat orbem, Perdendum mortale genus.' Statius, *Theb.* vii. 'raucæ circumtonat ira Maleæ.' Seneca *Medea*, vs. 766. 'tonuit insanum mare.' et Hippol. vs. 1008. 'tonuit ex alto mare:' sic utroque loco scripti: non, *tumuit*. *D. Heins.*

133 *Ægæas seu frangit aquas*] Prima editio et scripti nonnulli *Ogygias*. *Barthio* damnatum, mox *diversa parte* pro *plebe* Rapheleng. et multi ex nostris. prim. Vaticanus, *sparsa diversi plebe feruntur*. probe. nonnulli *sparsi diversa plebe*, vel, *parte*. *Idem.*

136 *Exploratores pelagi*] Vulgo et distinguebantur hæc perperam et

*Carpathiis* legebatur: nos sex scriptos secuti sumus. pro *sequenti frustra petenti* Claverii codex et unus Medic. cum *petebat* jam præcesserit. *Idem.*

137 *Carpathiis*] Lutatius: 'Mare Carpathium est Ægyptium; Nam Carpathus insula est inter Ægyptum et Rhodum.'

*Obluctantem*] Detrectantem concubitum. *Barth.*

138 *Ferum*] Tritonem. *Idem.*

140 *Non vestra sub imis*] Num Lucens. cum primo Vatican. nil temere muto. *D. Heins.*

141 *Furta*] Clandestini Amores.

*Vadis*] Vadum Poëtis quivis locus æquoris aut fluminis. *Barth.*

144 *Prorumpit gurgite torvus*] *Prorumpit* Lucens. et Florent. S. Marci. cum primo Vaticano sequenti versu pro *velabant* Lucens. quoque et Gyrard. et prim. Vatican. *verrebant*. eleganter. ut l. ii. in *Stilich.* 'vestigia verit Cærus Oceanique æstum mentitur amictus.' 'Incultos aris adverrere crines' apud Statium, *Theb.* iv. noster ii. in *Eutrop.* 'Verrat quis marmora crine supino Rectius.' ubi *Verrat* perperam legebatur. *D. Heins.*

146 *Hispidat tendebat*] Quomodo autem pedes bisulcos adscribit Tritoni, qui piscis est inferiore corporis parte? an hoc de veteri mostello novum est portentum? addit Poëta Tritonem priores pedes sub ipso ventre equinos habere, desinere de cætero in pristin. Icones tamen veteres non tales pedes his prodigiis adscribunt, sed branchias quasdam, crurum similitudinem habentes. *Barth.*

149 *Retro sinuatur in arcum Bellua*] Sententia est: Triton posteriorem corporis sui partem, quæ prorsus belluina, et piscina est, curvat in arcum, ut quasi sub camera arcuata aliqua porticu Venus invehatur, ne Solem rapidum scilicet in tranquillo præsertim mari sentiat. *Idem.*

151 *Purpurcis mollita toris*] Mariangelus Accursius Diatriba in Ovi-

dii Metamorphoseis, *rosis* ex veteri libro legit, et secutus est Raphelengius: quomodo et in prim. Vatican. ac undecim aliis nostris præstantioris notæ exstat: duo *comis*. Vulgatam scripturam Claverius tuetur: *Toros* pro *stratis* posuit, ut in Epigr. de Equo Honorii: 'Et Tyrio dignum terga rubere toro:' sic enim scripti plerique, non *croco*. 'Purpureum torum' Ovidius quoque dixit Epistola *Enones*. Rosarum mentionem cum denno faciat paulo post noster, primo Claverii sententiam probabam, nihil mutandum esse censentis: nunc aliter videtur. sic Epithalamio Palladii de Venere: 'Floribus exstruitur currus: juga floribus halant: Florea purpureas annectunt frena columbas:' et ibidem de thalamo Veneris, 'roseisque cubilia surgunt Floribus:' mox pro eo quod sequitur *hoc navigat antro*, perperam idem Raphelengius cum scriptis nonnullis *arcu*: quæ vox paulo ante præcesserat: *hoc navigat alte* pro diversa lectione. Oiselianus. Junianus et duo Florentini cum quinto Vaticano, *ostro*: qua lectione nihil verius: sic ostrum pro purpureo toro Princeps poetarum non semel posuit. Omnia in nostro optime nunc se habent. Rosas instratas Tritonis tergo ostrini tori vicem Veneri præstitisse designat: nihil potuit dici elegantius. *Fulta ostro*, ut bello Gildonico, vs. 327. 'castumque eubile Ingreditur, Tyrio qua fultus Honorius ostro Carpebat teneros Maria cum conjuge somnos.' Ita enim et illic in optimis membranis scriptum offendi: tamen prim. Vaticanus alique non pauci *Pulchra Venus*, non *Fulta*. D. Heins.

*Purpureis mollita toris*] Pulvinariibus, aut veste stragula, qualibus tori sterni cõsueverunt. *Barth.*

*Antro*] Ποιητικῶς, a similitudine Antri.

152 *Delibant æquora plantæ*] Qualis alioquin gressus Veneris super æquora. *Barth.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Claud.*

153 *Prosequitur volucrum*] Sic primæ editiones et quinque scripti. *Volucres amores* perpetuo epitheto poetis dicuntur: exemplis nihil opus, quæ obvia. Vulgo *volucer. votis* sec. Vatic. D. Heins.

154 *Tranquillumque choris quatitur mare*] Nota versum sono exprimentem verborum tranquillam et pacificam quandam succussationem. *Barth.*

*Per omnem Neptuni dispersa domum*] *Non omnes domos.* prim. Vatic. et novem alii: et mox *Alternas* pro *Allenis* primæ edd. ac scripti omnes: ut ad Statium Gronovius, c. 9. D. Heins.

155 *Cadmeia*] Ino, Cadmi filia.

156 *Frænateque rosis*] Sertis in vincula factis ex rosis. *Barth.*

160 *Audito rumore*] Nos putamus, et sæpius fingendum auditum Tritonem, ut non illico Nympharum omnis chorus excitus fuerit. Hoc vero rumore audito merito eum super æquoris campos sese extulisse. *Idem.*

*Audito rumore*] Sic cum Schotto idem Gronovius in Observationibus, et Barthius curis secundis: nec aliter scripti omnes. VI. Cons. Hon. 'Audito perfecta recens rumore Getarum.' Vulgo *Tritone*: mox *pisce voluto* prim. Vatican. et octo alii non contemnendæ notæ. Cæterum pro *Tartessia tigris* prim. Vatic. a manu secunda cum aliis viginti *Carchesia*: duo *Tarchesia*: totidem *Carthesia*. prim. Oxon. *Trucesia*. tert. Vatic. *Carcheia*, sec. Medic. *Tarcheia*. Forte *Carteia*: quod fere idem: *Carteia* enim *Tartessus* antiquis: vel posset et legi *Carpesia*. Adeantur Notæ nostræ ad Met. XIV. Nasonis, vs. 416. D. Heins.

161 *Tartesia Tigris*] Monstra maris similitudinem aliquam habentia tigris. *Barth.*

162 *Rupturus*] Loquitur de pisce arieti bellicæ machinæ simili. *Idem.*

*Rupturus fronte carinas*] Ita Lucens. prim. Vatic. et alii plerique: quomodo et cum Raphelengio Barthius. quatuor *fracturus*: etiam non male.

4 S

Vulgo *rapturus*. Mox *cærulea leæna* libri plurimi, sed meliores *cæruleæ leænæ*. D. Heins.

165 *Ornant connubia donis*] Non *onerant* quatuor membranæ: sed nihil mutandum: ut pluribus dicemus ad Val. Flaccum, lib. III. vs. 9. mox *carum monile* pro *rarum* nns Petav. Ovid. Art. Am. 'Vos quoque non caris aures onerate lapillis.' idem de Pactolo: 'nec caris erat invidiosus arenis:' noster Epist. ad Seren. 'rurbi germina cara maris.' Pub. Syrus, 'quo margarita cara, unibacca, Indica.' Martial. lib. x. Epigr. 38. 'Caris littoris Indici lapillis.' Pro *Cymothoë*, secundus Vatic. et Helmæstad. *Cymodoce*. utrumque marinæ nymphæ nomen apud Homerum. *Cymodoce* apud Maronem quoque occurrit. Pro *Doto* plerique *Dote*: sed perperam. Pro *Spatale baccis* Oiseliannus *Pigmea vacis*. prim. Vatic. a manu prima *Pigmea baccis*. D. Heins.

166 *Rarum*] Pretiosum, τὸ γὰρ σπάνιον τίμιον. Barth.

167 *Gravibus baccis*] Margaritis. *Idem*.

169 *Coralia*] Hæc vero Græca licentia, propter vocales aucipites. Ovid. 'sic et corallium.' Sidonius vero: 'Lactea puniceo sinuantur colla corallo:' κοράλιον Græcè; sed est et herbæ species, quæ κοράλλια a colore rubro dicitur. *Claver*.

*Doto*] Virg. 'Nereia Doto.' Val. Flaccus: 'Hanc Panope, Dotoque soror, jactataque fluctu Prosequitur nudis pariter Galatea lacertis.' Hesiod. Δωτώτε Πρωτώτε.

171 *Nudæ catervæ*] *Nuda caterva* scripti plurimi. Quinque *nuda corona*: quod placet: quomodo et prim. Vaticanus pro diversa lectione. *Texere* pro *cinxere* Helmæstad. D. Heins.

176 *Nostro nupta Jovi*] Neptuno, qui secundus et pelagi Jupiter. Barth.

179 *Attritis cum tenderet ullor Achivis*] Ita Lucens. Gyrald. prim. Va-

tican. Oisel. et quatuor alii: duo Florent. et Pricæanus, *afflictis Achivis*: tert. Vatic. *a victis Achivis*. Vulgo *ad tristes Achivos*. Ammianus Marcellinus, l. XVII. 'pari petulantia ruentes in agmina nobilium legionum Quados Sarmatis adjumenta ferentes attrivimus:' paulo ante pro *Victrices nos sæpe rates* in quinque aut sex scriptis *Victricis nos spem patriæ*. Lege, *Victrices nos nempe rates*: nam τὸ sæpe hic minus placet: nisi mavis, *Victricis nos vela ratis*: nam in primo Oxon. et Regio, *Victrices nos vela patris*: sed alterum utique præstat. D. Heins.

*Achivis*] Ad ruinas Achaicæ. Barth.

182 *Ad mænia Gallis Condita*] Vide in hanc rem Livium, lib. v. *Idem*.

*Ad mænia Gallis, &c.*] Mediolanum designat ejusque originem. Mediolanum enim dictum est, auctore Ambrosio, a dimidia sue lanata, quum ejus urbis fundamenta Galli jacere vellent, effosso solo reperta. *Schott*.

183 *Condita, lanigeri suis*] Sic primus pro *lanigeris ovis* restituit Baptista Pius: mox alii. Confirmat prim. Vaticanus: et excerpta Pomponiana. Florent. S. Marci *lanigeræ suis*: ut Raphelengius. Sed non opus. Videndus hoc loco Barthius: qui illa Sidonii quoque de Mediolano protulit, 'Et quæ lanigero de sue nomen habet.' Paulo ante pro *Ligurum terris* tert. Vatic. *campis*. pro *lassosque fretis* prim. Vatic. Palat. prim. Med. et quatuor alii *frequens: sequens Pricæanus*. D. Heins.

*Lanigeri suis*] Vera ntiq̄ue hæc scriptura, fundamentis enim locandis effossa tellure, cum Mediolanum conderetur, lanatæ suis cadaver inventum est. Barth.

*Lanigeri suis*] Sidonius: 'Urbs quæ lanigero de sue nomen habet,' hoc est, Mediolanum. *Claver*.

Notum enim est, Gallis, dum in Insubria condendæ urbis fundamenta jacerent, mirificum portentum oblatum, suum partim lana, partim setis

tectum. *Debrio.*

*Ostentantia*] Loco insignium. Quæ hodie quivis de plebe fere sibi peculiaris habet et sumit, olim magni, nec omnes quoque, Heroës, suis præmium et monumentum virtutibus præferabant. Ita Urbes etiam ple-ræque veteres sua habebant indicia domestica ingenuitatis avitæ aut domesticorum decorum. *Barth.*

184 *Spissata recedunt*] *Pulsata* Lucens. *Isingr.* prim. *Vatic.* et multi alii: pro *puris Aquilonibus* *Pricæanus nudis*: puto pro *sudis*: pro *clarescunt Alpes* in multis veterum *rarecunt imbres*. *D. Heins.*

185 *Paris aquilonibus*] *Purificis*. *Barth.*

186 *Ignorat dicere*] *Ac si dixisset, Miles sese ignorare dicit.* *Idem.*

187 *Marortia signa rubescunt Floribus*] *Prodigio, ait, quopiam contestante Veneris adventum, signa militaria omen lætitiæ dedisse, et sponte sua, floribus ex se natis vestita, Nuptialem Principum festivitatem, Deæ geniali applausu, contestata esse. Talia autem florentium sponte rerum omnia pro felicissimis habebantur.* *Barth.*

190 *Gradivum, nostri comites*] *Nostre* sec. *Vaticanus.* sic de *Venere Epithal. Celerinæ, 'Idaliæ juxta formula.'* supra hoc ipso poëmate, '*dextra lævaque sorores Stabant Idaliæ.*' *D. Heins.*

191 *Ignæus horror Thoracum*] *Lucem* quamquam timendam a se fulgurans et vomens. *Adulatur autem Stilichonem, velut in perpetuis armis pro Republica excubantem; quod sane et fecit vir suæ ætatis primarius.* *Barth.*

193 *Stent*] *Ne moveantur, quod fit in perpetua expeditione.* *Idem.*

194 *Fas sit castra meis*] *Fescenninis: 'Cessent litui, sævumque procul Martem felix tæda releget.'* *Id.*

195 *Tibia*] *Nuptialis Musica.* *Idem.*

196 *Molle lyræ festumque canant*]

*Faustumque Lucens.* *Gyrald.* alique nonnulli, et sic ex suis *Schottus.* præbe. '*fausti juvenum plausus.*' *Epithal. Celerinæ. l. r. de Rapt.* '*Et faustas alio succendunt lumine tædas.*' pro vulgata tamen stant primus *Vatic.* et potior reliquorum pars. pro *spirent crateres* *quintus Vatic. spument.* *D. Heins.*

*Lyræ*] *Nuptiis et hanc adhibitam, plena omnia.* *Barth.*

197 *Spirent*] *Ad copiam vini alludit. Crateres autem ingentia vasa erant, in medium statuta, unde hauriebatur minoribus vasis vinum, convivis propinandum. Vide Pollucem, vi. 11.* *Idem.*

199 *Potestas*] *Summa illa Majestas, quæ absoluta velut potestas est, volendo potens ardua quæque.* *Idem.*

200 *Confundat turbæ proceres*] *Licentia Nuptiali.*

*Solvantur habentis Gaudia*] *Omnes habentis gaudiis immittantur.* *Barth.*

202 *Festas, hymenæe, faces*] *Faces enim Nuptiales pingebantur in manu Hymenæi.*

*Gratia, flores Elige*] *Gratiarum hoc munus.* *Barth.*

*Tu, Gratia, flores Elige*] *Malim I lege: nam legere flores pro carpere dicebant.* *D. Heins.*

203 *Concordia*] *Invocata ad Nuptias, veteri consuetudine.* *Idem.*

204 *Vos, pennata cohors, quocumque vocaverit usus*] *Scribendum, quo quemque vocaverit usus: aliter tamen libri. Epithalamio Palladii: 'Pennati passim pueri, quo quemque vocavit Umbra, jacent.'* *D. Heins.*

206 *Funalibus*] *Facibus, a funibus denominatis.* *Barth.*

207 *Suspendite lumina nocti*] *Alludit Romanum morem convivandi. Noctem videlicet omnem ducere ad summum usque mane perpotationibus.* *Idem.*

208 *Nitidos postes*] *Domum enitidatam, et fumis beneolentibus adolitam.*



*Nostra myrto*] Myrtus enim Veneri dicata.

*Postes obducere myrto*] More solenni nuptialibus festiuitatibus. *Barth.*

209 *Nectareis adspersite tecta Fontibus*] Suaveolentibus. *Nectar* vero omne dicitur quod singularis et inusitatoris alicujus dulcedinis est. *Id.*

210 *Fontibus*] Tres *Floribus*. Forte *Roribus*. *Pricæanus Fluctibus*: mox *adspersite* et *adolete* meliores scripti, non *adspersere* et *adolere*: quos inter et prim. *Vatic. D. Heins.*

*Adolere*] Incendere. *Barth.*

211 *Infecta croco*] *Tapetia Serica* dicit, strata solo, et sublata circum parietes, splendorem Aulæ datura; qualibus prolatis honorabatur aduentus principum virorum. *Idem.*

212 *Prosternite vestes*] *Præsternite* frustra *Rapheleng.* contra scriptos. *D. Heins.*

213 *Thalamum*] Romanis Græcisque moribus magna cura novorum conjugum genialis torus struebatur, et thalamus ornabatur maxima cura. *Barth.*

219 *Saxone*] Saxones inter invictas gentes referuntur, et eorum spolia velut quibusdam Semideis erepta jactantur. *Idem.*

220 *Socio Stilichone*] Hujus laudem semper miscet *Honorianis*, et *Theodosii*. *Idem.*

222 *Crinita sagittis*] Mos gentium *Boarum* aut *Africanarum* capillis indere sagittas. *Idem.*

223 *Meroë*] Præter *Geographos* vide *Orosium*, i. 11. *Idem.*

224 *Achæmenio*] *Persico*: *Achæmenia* enim pars *Persiæ*. *Idem.*

226 *Cubilia surgant*] *Hostium* spoliis ornatos etiam thalamos victorum hinc non inscite notat *Julius Cæsar Bulengerus*, libr. de *Triumpho*, &c. c. 1. *Idem.*

229 *Tædasque parari Nescia*] *Occupatis* nimirum numinibus in ipsius rebus, dum vacat ipsa et fruitur innocentia ætatis. *Idem.*

231 *Mores*] Virtutes. *Idem.*

*Exempla discit Prisca*] Philosophice autem noster Antiquitatis cognitionem etiam in virgine Imperatrice collaudat; cui opinioni contrasentiunt alii, nam *Ovidio* non sane ex facili quis persuaserit concurrere posse cum pudicitia muliebrem eruditionem, quamlibet exempla Antiquitatis non desint. *Idem.*

234 *Mæonius senex, Thracius Orpheus*] *Homeri Poësis*, et ex ea doctrina, nemini ignota. *Idem.*

235 *Mitylenæo*] Ex ea enim urbe oriunda Poëtria illa, omnium aliarum princeps. *Idem.*

237 *Mnemosyne*] Hæc a *Jove*, serpentis specie occultato, ut tradit *Sidonius*, subacta, novem *Musas* peperit. *Delrio.*

238 *Jucundior aër*] Adventu *Deæ*. *Barth.*

239 *Fundique comarum Gratus odor*] *Deos* vertice odorato fingeant, divina quadam suavitate spiritus aërem complere. *Idem.*

240 *Numenque refulsit*] *Lumenque* prim. *Vatic.* alique multi: ut et paulo post *Hæc nova crescenti*, non modo: neutrum placet. *D. Heins.*

241 *Cunctatur stupefacta Venus*] Velut pulchriorem sese conspiciens. *Barth.*

242 *Nunc flavam niveo miratur vertice matrem*] *Palatinus Nec flavam præ se ferat*. Scribendum opinor, *rutilo vertice*. Adeantur quæ curis secundis ad *Nasonem* notamus *Met.* v. vs. 440. *Rutili* enim capilli flavi dicti. *Barthius* curis secundis in hoc loco valde æstuavit, dum corrigit: 'nunc ora puellæ *Flammea*, nunc niveo miratur vertice matrem.' *Lucanus*, libro x. 'pars tam flavos gerit altera crines Ut nullis *Rheni Cæsar* se dicat in arvis, Tam rutilas vidisse comas,' *D. Heins.*

*Nunc flavam niveo*] Quomodo, ant qua parte corporis flava mater, si nivea vertice? Latet aliud quid, non

enim suetus tam disparia jungere auctor prudentissimus. An legas? *nunc ora puellæ Flammea, nunc niveo miratur vertice matrem.* Ut summa pulchritudo igneo fulgori comparari supra notata nobis est ex non uno scriptorum optimorum. Nihil affirmavero, nec tamen facile aliquid commodius quisquam protulerit. *Barth.*

243 *Plenæ par altera*] Stata ætate Regina plenæ Lunæ æquiparatur, ob majestatem pulchritudini junctam. *Idem.*

244 *Matre*] Majores arborum minorum matres apud Poëtas. Sic filiam silvæ arborem appellat Horatius, lib. 1. Od. 14. 'Pontica pinus, Silvæ filia nobilis.' *Idem.*

246 *Promittit*] Ostendit velut de longinquo. *Idem.*

247 *Pæstana*] Noti campi Rosarum prærogativa. Servius Georg. iv. 'biferique rosaria Pesti. Pæstum est Calabriae oppidum, in quo uno anno bis nascitur Rosa.'

*Rosæ*] Rosis comparatur frequenter pulchritudo speciosarum fœmellarum. *Barth.*

248 *Vernis Roribus*] Quibus producitur, aperitur, alitur, rosa. *Idem.*

250 *Admittere*] Est velut timeat virginitati admissarius, cum admittere nuptum aliquid designet. Plautus: 'Næ tu ad equos fuisses scitus admissarius.' *Idem.*

252 *Sidereæ*] Divinæ. *Idem.*

254 *Te propter Paphias sedes*] Non *ædes* prim. Vatican. et sedecim alii: et *paterere* mox pro *patiare* iidem. Cypron Oiselianus, pro *Cyprum*. D. Heins.

255 *Tantos explere labores*] *Tantum complere laboris* unus Mediceus: quod elegantius: superiori versus *relinqui* prior Leidensis et Rottend. ut sequentibus hæc connectantur. *Idem.*

257 *Tempore longo*] Alius dixerit, ne Honorius semper speraret, nunquam potiretur gaudio suo. Longum

ergo tempus pro perpetuo posuit. *Barth.*

259 *Fortunam*] Tibi debitam: Augustam dignitatem.

*Resume*] Quod jam videlicet in cognatione cum Theodosio habes, cujus Augustæ familiæ et fortunæ inserta es. *Barth.*

261 *Nulla subesse Vincula cognatæ*] *Subisse* pro diversa lectione quartus Vaticanus, ut bello Gild. 'subita collo subiere catenæ.' D. Heins.

263 *Hoc ore*] Forma ista solius Augusti complexibus digna, et velut præparata a natura et providentia. *Barth.*

264 *Aula*] Imperio. *Idem.*

265 *Vultus erit*] *Lego erat* cum tribus scriptis: mox *æquent* malo. D. Heins.

*Non labra rosæ*] Quæ hic divinæ formæ peculiariter decora describuntur, si enarrare, et adscitis locis scriptorum velim discutere, ingentem Commentarium egregiæ suavitatis et doctrinæ dictis impendam. *Barth.*

267 *Quam juncto*] Quidam libri, *juncti* vel *vincti*: *juncti* placebat Barthio. alter Mōreti *jugi*: ut 'jugis aquæ fons,' et 'putei perennes jugis aquæ,' apud Horatium. Martial. lib. ix. Epigr. 26. 'Appetitnr posito jugis oliva lupo.' Ita duo codices antiquissimi Vaticanus ac Puteaneus. Vulgo, *vilis*. Glossæ Stephani, *Jugis, δεινέχης*: sic 'juge triennium' pro continuo dixit Eutropius: *justo discrimine*, Isingrini codex: quod ferri non potest, quia *justa temperies* sequitur: nil temere mutarim. Mox pro  *pudorem* prim. et quart. Vatican. pro diversa lectione *ruborem*: quomodo et Junianus, et unus ex Susianis cum Aldo. placet. De superciliis Petronius: 'Supercilia usque ad malarum stricturnam currentia, et rursus confinio luminum pœne permixta.' Ammian. lib. xxiii. 'juncta super alia.' Caprinis oculis torvi: 'et superciliis in

semiorbiam speciem curvatis junctisque.' Anacreon, Od. xxviii. Τὸ μέσθρον δὲ μὴ μοι Διδκοπτε μήτε μίσηγε. quem locum egregie illustrant quæ ex Claudiano et Petronio jam attuli; nam Henricus Stephanus in ejus interpretatione multum æstuat. *D. Heins.*

268 *Pudorem*] Causam pro effectu: pro rubore. *Barth.*

270 *Auroræ digitos*] Roseæ manus et digiti, pro parte non pœnitenda laudatissimæ formæ, celebrantur scriptoribus suavitatum.

*Humeros Dianæ*] Hi quoque in celebritate pulchritudinis. *Barth.*

272 *Dotali potuit*] Corona Ariadnæ, cælo fixa. *Idem.*

*Signare Coronam*] *Ditare* vel *donare* scripti multi: nil muta. vi. Cons. Hon. 'omnia luctus Argumenta sui Titan signavit Olympo:' *signire* pro diversa lectione prim. Vatic. Forte pro *insignire*: quartus Vaticanus itidem pro diversa lectione, *redimire*. *D. Heins.*

275 *Sidera*] Nova, videlicet novæ formæ. *Barth.*

276 *O digno nectenda viro*] *I digno* Gyrard. et Lucens. probe: unus Med. *In digno*: ut et Helmæstadiensis. *D. Heins.*

279 *Ibis Regina Sicambros*] Sicambri pro indomitis et bellicosissimis populis. *Barth.*

280 *Atlanteosque recessus*] *Malo Atlanteique*. *D. Heins.*

*Recessus*] Recondita loca. *Barth.*

284 *Ipsa caput distinguit acu*] *Constringit* Lucens. et quatuordecim alii: vulgata proba: mox pro *substringit*, unus Med. *succingit*. *D. Heins.*

*Caput distinguit acu*] Munus sive officium talium acuum designat Hieronymus, Comment. in iii. c. Esaiæ: 'habent mulieres acus suas, quibus ornatorum crinium compago tenetur, ne laxius fluant, aut in sparsos dissipentur capillos.'

*Substringit amictus*] Ut puella fiat

tenuior, subtilior, gracilentior. *Barth.*

286 *Ante fores*] Moris fuisse ut dona Augustæ futuræ, nimirum regius ornatus, domum mitteretur, etiam nescienti de Amore principis. Nuptæ autem vehiculis domum ducebantur, solenni more.

*Pilentaque sacram*] Currus sacros dicit destinatos transvehendæ sponsæ, qualibus Antistitæ tantum utebantur olim. Antiquitus vero nuptæ novæ pedibus procedebant, ductæ a patrimis matrimisque pueris. Qui adeo oblitteratus postmodum est mos, ut speciatim nuptialia carpenta commemorentur. *Barth.*

289 *Nobilis*] Equos secundum stirpes censitos dudum notarunt docti. *Idem.*

291 *Curvata cervice jubas*] *Lucens. Turbata*: rectius. iv. Cons. Hon. 'Turbantur phaleræ: spumosis moribus aurum Fumat.' Tholos. *Crinita*. Pro *magistros, magistrum* Florent. et Ambros. unus. *D. Heins.*

*Pharsalia rura*] Thessali enim equi optimi. *Barth.*

292 *Hinnitu flagitat amnes*] *Ignes* duodecim libri: quod et in quinque suis Andreas Schottus invenit: nihil muto tamen. Apposite Lucretius initio lib. i. 'Inde feræ pecudes persultant pabula læta, Ignotos tranant amnes:' ubi de amore. Et de equibus Virgil. iii. Georg. 'Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem Ascanium: superant montes et flumina tranant.' Idem ibidem de equis in Venerem ruentibus: 'Non scopuli rupesque cavæ atque objecta retardant Flumina:' sed cur *notos amnes*, cum primum incipiat amare? an *ignotosque*, ut apud Virgil. equi generosi pullus 'Audet et ignoto sese committere ponto.' Mazarinianus certe, *atque novo*. Palatinus *toro*: pro *primus amoris odor*, in prim. Vatican. Oisel. et quatuor aliis *priscus*: quod si sequimur, nihil difficultatis erit in *notis amnibus*. Fortassis tamen legen-

dum *privus odor*: motos etiam *annes* quomodo moti fluctus apud Maronem: mox *Naribus accensus* potior scriptorum pars, non *accensis*: aliter tamen castigatiores. *D. Heins.*

*Notos annes*] Ad quos educatos: quos poscit opem in iis suis doloribus. *Barth.*

295 *Candidus*] Ministri albatu insigni Principatus. Ego tamen togatum hic exercitum innui existimo, quoniam possuisse eum arma autumat Claudianus; ut pacifico urbanoque habitu gaudium Principis fuerit contestatus. *Idem.*

*Candidus exercitus*] Ante dixerat niveas cohortes, quæ scilicet in comitatu Principis. *Claver.*

296 *Exultat socerum circa*] Non *juxta* libri: vidit Barthius: mox pro *ducem*, sex scripti *diem* cum primo Vaticano: nihilo deterius. *D. Heins.*

297 *Pluvie ritu*] Omnis ingens copia pluvie voce indicatur. *Barth.*

299 *Velati lauro*] Tanquam in triumpho. Myrtum jungit, ob festivitatem Nuptialem. Alibi: 'Et calidis thalami succedit laurea sertis.' *Idem.*

301 *Seu colis*] *Premis* prim. Vatican. et alii novem. *D. Heins.*

303 *Connubia pensat*] *Cunabula* Gyrard. et quatuordecim alii: recte. Educatus enim a Theodosio Stilicho: pro *Jam gratæ rediere vices*, prim. Vatican. cum quinque aliis, *En gratæ*. *Idem.*

305 *Quod dederat*] *Dederas* Barthius: confirmant octo libri. *D. Heins.*

*Quod dederat genitor*] Acutius, *dederas*. Quod tu illi dederas, hoc ille tibi reddit in nato tuo, connubium nimium sanguinis. *Barth.*

307 *Dignus, quem legeres*] Non *cui leges* Lucens. prim. Vatican. et quindecim alii: diximus Cons. Manlii, vs. 747. pro *rerum habenæ*, prim. Vatican. et octo alii *tantæ habenæ*. Junianus, *regni habenæ*. *D. Heins.*

*Pignora tanti Principis*] *Supra* no-

tavimus Stilichonem præ se tulisse utrumque filium suæ tutelæ a moriente Theodosio commendatum; quod sane verisimile etiam est; utique debuit is facere. *Barth.*

309 *Dicere nunc possem*] Ita Gyrard. Lucens. et octo alii: bene. bello Gild. in oratione militum: 'Quassatis cupio tellurem figere rostris.' poterat dixisse *cupimus*. lib. II. in Rufin. pari modo milites: 'jam formidata tyranni Tempestas subeunda mihi.' et, 'Tu mihi dux semper, Stilicho.' Eodem libro exercitus: 'Unde redi, nescis? patiarne audire satelles, Qui leges aliis libertatemque reduxi?' *D. Heins.*

*Sub Æmo*] Initio Principatus Thracas et Scythas domuit Theodosius. *Barth.*

310 *Fumantem*] Calido exuberante sanguine. *Idem.*

311 *Notus clypeo*] Ex illo Æn. XI. de Ænea: 'experto credite, quantus In clypeum assurgat, quo fulmine torquet hastam.' *Idem.*

312 *Quæ tempestiva relatu*] Junianus, *qui*. *Mediceus, quem*. Puto *quin* vel *cui*: mox *consilii non consilio tert*. Vatican. *D. Heins.*

313 *Juris et æqui*] Locus elegans et valde subtilis, de eo, quod est medium inter *Jus* et *Æquum*. *Jus* est, auctore Donato, quod omnia recta et inflexibilia erigit. *Æquitas* est, quæ ex *Jure* multum remittit: est vero hic *κυβερνητικὴ σοφία*, ni fallor, quam vocat Justinianus. *Claver.*

316 *Quem sic Romana decerent*] *Quam* Lucens. ut ad frontem referatur: mox pro *clamat* lego *clamet*: prior Moreth. *clament quicumque videbunt*. *D. Heins.*

*Quem sic Rom. &c.*] Poterat taceri hoc, o Claudiane: dum enim Stilichonem tuum plus nimio extollis, nascitur scrupulus, qui multos male habuit. *Claver.*

319 *Hic est, hic Stilicho: sese testatur*] Ita prim. Vatican. et undecim alii. Vulgo: *Hic ille est Stilicho, sic te tes-*

tatur: sed tum rectius legas, sic se testatur: quomodo pro diversa lectione prim. Vatican. et sec. Medic. neque aliter Farnesianus. Virgil. 'Hic vir, hic est:' notum illud: 'At pulchrum est digito monstrari, et dicier, Hic est:' pro offert alter Oxon. offert. D. Heins.

319 *Hic ille est*] Ambitionis præmium monstrari digito prætereuntium, quod de se gloriantur Horatius et Martialis. Persius: 'Pulchrum est digito monstrari et dicier, Hic est.'

*Testatur et offert*] Notum testatur, ignotum offert, et tacito quodam clamore docet atque indicat. Barth.

320 *Potestatis species*] Animus tot provinciarum Imperator, tot regionum tutor, exercituum rector, elucet specie corporis, et omnibus gestibus, gravibus citra affectationem.

*Non voce feroci*] II. in Stilichonem: 'non quos promoveris alto Turgidus alloqueris fastu.' Barth.

321 *Alto simulata gradu, non improba gestu*] Utraque hæc reprehendit in inimico Stilichonis sui, Rufino. Ut tota Poësis hujus luculentissimi, et unici talium, scriptoris, laudandum eum, et novo præcone dignum, finem, servat, imminere vituperiis in vitia, virtutibus merita nectere præconia.

*Improba gestu*] Effæminata, lasciva, turpis. De gestu enim morum animique conjectura non futilis. Barth.

322 *Fingique laborant*] Ut ex sese faciant, ut in eas sese formas convertant. *Idem.*

323 *Hoc donat*] Ita scripti: mendose vulgo *Hæc*. D. Heins.

*Donat*] Nullo labore quæsitum. Barth.

324 *Formosusque rigor*] Gratus, acceptusque omnibus.

*Vultusque auctura verendos*] Venerabilitatem auctura vultui. Barth.

325 *Canities*] Stilichonis hanc commendat et alibi. *Idem.*

*Canities*] Belli duces ac milites celerius canescunt, propter insomniam,

labores, et alia incommoda.

*Consorte remota*] Id est, ægritudine, tristitia, aut languore: nam 'multa senem circumveniant incommoda.' Claver.

*Consorte remota*] An leg. cui sorte remota? Laudat enim illam præfestinam canitiem, prudentiam junctim et virtutem, de senecta et juventate, ætatibus, participantem. *Sortem* autem *remotam* dixit, quod ultra humanæ morem et usum tale quid suo Heroi obtigisse dicat. Barth.

326 *Contingunt gravitasque seni*] Vera hæc lectio, quam Aldus, Isingrini liber, ac nonnulli ex nostris exhibent. Vulgo *Contingit senii gravitas*. prim. Vatican. *Contingit senio gravitas*: quomodo et alii nonnulli, vel *contingunt*:

*seni* pro *senii* dixit, quod non intellectum a librariis loco mutando occasionem dedit. Ausonius Epist. I. ad patrem: 'Pulchra juvena sibi senium sic jungit, ut ævum, Quod prius est, maneat: quod modo, ut incipiat. Et placuisse reor geminis ætatibus, ut se Non festinato tempore utramque daret:' sic ista emendo. *ad consortem remota* ad canitiem referendum, quam senii consortem vocat: sic et Plinius in Panegyrico 'festinata senectutis insignia' canitiem dixerat. quæ noster imitatus. Gyrald. prim. Vatican. et duodecim alii *cum sorte remota*. sec. et tert. Vaticani, et octo præterea cum Aldo *consorte remoto*: quomodo et Vir Celeberrimus Gaspar Gevartius censebat scribendum esse, ut Rufinus subintelligatur: *en sorte remota*, codex Isingrini. n. vatic. *non sorte remota*. Barthius conjicit: *cui sorte remota* *Contingunt senii gravitas viresque juvenæ*. Lege *cum sorte remota* *Contingant senio gravitas viresque juvenæ*: *sorte remota*, præter sortem et cursum naturæ. Pro *nocenti* paulo post *nocenti* malim. D. Heins.

328 *Ornatur Fortuna viro*] Tantum abest ut ille aliquid fortunæ debeat. Barth.



330 *Odiū terrore*] Quem enim metuunt, oderunt; quem oderunt quisque periisse expetit. *Barth.*

331 *Diligimus pariter pariterque timemus*] Id quod summum artificium regendi alicujus Imperii aut Regni arbitrantur cordati prudentissimique scriptores. Corippus, l. i. de laudib. Justini: 'Te decet hic habitus, regnantum maxime, dixit, Terribilis Princeps et amabilis omnibus idem.' Acutissime autem illud dictum *Ipse metus te noster amat*. Et verissime: metus enim ille carus est bonis, quo vel peccaturi aliquando in officio contineantur. *Idem.*

333 *Custos*] Strenuus, fidelisque tutor. *Idem.*

334 *Optime ductorum*] In summa fide tutando Imperio.

*Fortunatissime patrum*] In collocanda filia Principi. *Barth.*

335 *Domino*] Augusto. *Idem.*

337 *Contempto jure*] Magistratu, Imperio. *Idem.*

339 *Thermantia*] Vidit quidem si-

miles, imo easdem, sed magna sua felicitate. *Idem.*

*Thermantia*] Quæ similes tædas vidit magno suo malo. *Claver.*

340 *Sic uterus crescat Mariæ*] Ultimum votorum ad felices et auspicatas nuptias sobolis proventus. *Barth.*

*Mariæ*] Fl. Maria Augusta tenella et jugo impar nupsit Honorio vix pueri. Itaque Princeps, belle educatus, immitis uvæ cupidinem distulit: sed interea Nympha delicatula, immatura morte præventa est. *Claver.*

*Natus in ostro*] Ipso ortu suo ingrediens Principatum. In Honorio hanc nativitatem in purpuram celebravit Panegyricis superioribus aliquoties; hic sobolem patre non infeliciorem vovet. *Barth.*

341 *Parvus Honoriiades*] Blanditur pueri adhuc gignendi præstitutioni imaginariæ.

*Genibus considat avitis*] Stilichonis dicit. Mos ut parentes recens natos liberos tollerent, genibus imponerent, vetustissimus. *Barth.*

## XI.

### IN NUPT. HONOR. ET MAR. FESCENNINA.

*Fescennina*] Sic primus emendavit ex veteri libro Pulmannus: quomodo Lucensis, excerpta Puteana, et quatuor alii ex nostris: alia in vulgatis inscriptio. Primi Vaticani inscriptio *Epithalamium Honorii et Mariæ*. Cæterum in vetustis omnibus membranarum hæc carmina Epithalamio præmittuntur. *D. Heins.*

*Epithalamion*] Unus Belga Liber *Fescennina* inscripsit. Neutiquam absurde. Potior mihi tamen ille titulus, cum nequaquam joca ipsa, Fe-

scenninique cantus hic sint, sed illa ipsa verba, quæ occentata novis nuptis. Tamen neque pugnvero, si sint *Fescennina* nuptiales quilibet cantus translata, quæ ex se rudes incompositique versus solis nequam dictis commendati. *Barth.*

*In Nuptias*] Occultiorem harum Nuptiarum causam fuisse memorat Zosimus, ut Principe non nimium sollerte in generum adscito, eo securius summam rerum Stilicho administraret. *Idem.*

1 *Princeps pulchrior*] Ingens gratia pulchritudinis in viro Rege aut Principe. Et rationi congruum videtur, qui aliis imperet, alios ut multos specie, cultui opportuna, antideat: 'Gratior est pulchro veniens e corpore virtus.' *Barth.* Laudabilis vero eximie decor ille corporis, ubi animus Sapientia et Consilio instructus est, quod raro accidere visum Petronio Arbitro, ubi ait: *Raram facere mixturam cum Sapientia formam.*

*Corusco sidere*] Vibrationem oculorum innuere arbitror.

*Princeps corusco sidere pulchrior*] Honorium similem Theodosio fuisse tradit Paulus Diaconus, lib. xv. *Barth.*

2 *Parthis sagittas*] Solertia sagittandi nobiles Parthi.

*Sagittas tendere certior*] *Mittere certior* duo ex nostris: *tendere doctior* prim. Vatic. et excerpta Puteana: eadem cum duobus aliis primo versu *clarior*, non *pulchrior*: versu quarto *Barthius menti non mentis* ex Palatino. *D. Heins.*

*Certior*] Felicior, velut non Fortunæ sed artis totum opus esset. Parthos hujus artis fiducia inde a cunabulis pollere, auctor Ammianus, lib. xxv. *Barth.*

3 *Eques Gelonis*] Geloni immanes populi, ducunt chorum talium.

*Imperiosior*] Imperiosus, jus imperandi habens et exercens. *Barth.*

4 *Quæ digna mentis*] Ardua mens, celsis rebus occupata. *Idem.*

5 *Formæ igneæ*] Regali. Ut Elementa cætera eminent ignis. Sic censebant nationes quæ Reges secundum formam eligeant.

*Igneæ*] Cælesti prorsus. *Barth.*

6 *Dare Castorem*] Parere. Virgil. 'Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.' *Idem.*

7 *Achilli*] Nota omnia de virtute hujus. *Idem.*

8 *Delos Apollinem*] Apollinem Deum formosissimum, ei Patriam Delum, quis nescit? *Idem.*

9 *Lydia*] De Bacchi in hac Educatione, Nonnus, Dionysiac. x., &c. Lydiam Honorium Baccho præferre, rem magnam dixit, quod ea gens Regum eximia amatrix.

*Liberum*] Qui inter formosissima Numina. *Barth.*

10 *Per altas ilices*] Iniviam aliis silvam. *Idem.*

11 *Præda citatum*] Hanc enim sentientem facere vult ipsum Equum. *Idem.*

*Præda citatum*] *Prædo* Lucensis et Gyrald. cum primo Vatican. et Farnesiano: quod verum puto. *Prædonem* vocat, qui prædatur feras: sic *prædo volucrum Martiali accipiter*: et Glaucus Anthedonius Ausonio in Mosella *prædo piscium*. Prædari autem verbum venatorium: unde et præda. Martial. lib. i. Ep. 50. 'Præstabit illic ipsa figendas prope Voberca prædanti feras.' Sic ex vestigiis Vaticanani libri emendasse olim me meministi. Vulgo *prædenti*. Unde *prædenti* factum. 'Abas prædator aprorum' Ovid. lib. xii. Met. quomodo 'ferarum vastator Amycus' Virgil. ix. et 'raptor aprorum Neurus' Valerio Flacco, ut videtur illic scribendum. *Idem* Ovidius: 'In multas lupa tendit oves, prædetur ut unam:' apud Juvenalem, Sat. xi. 'Prædo caballorum prætor sedet.' Sed doctissimus Gronovius jam recte monuit ibi legendum esse *præda*: apud Nasonem Epistola Phædræ in veteri codice legebatur: 'Silvaque prædandas præbeat alta feras:' non *perdendas*: ut illic monui. Sidonius Panegyrico Aviti: 'Vasta per adversas venabula cogere prædas.' Stadius Soteriis Rutilii Gallici: 'dives prædæ tamen accipit omni Exuvias Diana tholo:' et Lacrymis Etrusci, 'nulla vivere præda' Leonem ait, qui mansuefactus erat: 'prædari pisces calamo' apud Propertium, libro iv. El. 2. Pari modo Ausonius in Mosella: 'alburnos prædam puerilibus hamis.' Mox *regas* et

*ludent non reges et ludent* Lucens. Gyrald. et alii aliquot. unus Petav. *Plaudentque*. quod arridet. nil muto tamen. Silius, lib. xvi. 'et plurimus idem Ludentis per colla comæ.' *D. Heins.*

12 *Ludentque ventis instabiles comæ*] Magna venustatis accessio. II. de Raptu: 'Brachia nuda nitent, levibus projecerat Euris Indociles errare comas.' Æneid. I. Virgilius, 'dederatque comam diffundere ventis.' *Barth.*

13 *Telis jacebunt sponte tuis feræ*] Ut sentiant formam Imperatoriam. *Idem.*

14 *Leo*] Heroica Venatio Principi datur. Josephus Devonius, lib. vi. 'Inflictis gaudet jaculis, et morte superbit.' *Idem.*

16 *Reversum*] Ex Fato, alternis Semestribus. Vide Hyginum. *Idem.*

*Spernit Adonidem*] Rectius *spernat*: et *damnet* Moreti liber et unus Ambrus. *D. Heins.*

17 *Virbium*] Vide Servium ad Æneid. VII. *Barth.*

18 *Sub platani voles*] Hæc vera lectio: alii *jaces*, vel cum vulgatis *cubes*: quod forte ex *lubet* vel *jubet* natum. vires prim. Vat. et Farnes. *D. Heins.*

*Platani*] Arbor umbrarum nomine commendatissima. *Barth.*

19 *Gelido specu*] Divorum morem æmulatur hic Princeps. *Idem.*

20 *Torrentiorem*] Rapidiozem, vel et urentiorem. Utraque enim vis in

voce. *Idem.*

21 *Somno resolveris*] Græcis *λυσίμελης* somnus alluditur. *Idem.*

23 *Ancipiti gradu*] Dubio; suspensio inter spem et metum. *Idem.*

25 *Acerbis Scythis*] Diris.

*Scythas*] Notum hos pro feris immanibusque mortalibus dici. *Barth.*

26 *Corde*] Toto sensu, omni captu. *Idem.*

27 *Micantem te*] Sideris instar. *Idem.*

28 *Ultrò servitium pati*] Adulatio Panegyrica. *Idem.*

30 *Colloque poscat vincula libero*] Incredibilis adulatio. *Idem.*

31 *Caucasus*] Notus mons Scythiæ. *Idem.*

34 *Sexu recepto*] Muliebri ingenio.

*Patris et immemor*] Martis, cujus filia Hippolyte. Hyginus, Fab. xxx. *Barth.*

36 *Securim*] Quæ armatura Amazonica. *Idem.*

37 *Seminudo pectore*] Mamma exerta. *Idem.*

38 *Negatum Herculi*] Sunt enim qui tradant non nisi extinctæ detrahi potuisse etiam ab Hercule. *Idem.*

39 *Bellumque solus conficeret decor*] Sunt enim et speciositati sua arma. *Idem.*

40 *Mox faciet virum*] Nox Gyrald. Lucens. et duo alii cum Farnesiano. *D. Heins.*

*Virum*] Maritum. *Barth.*

## XII.

Duos postremos versus singularum stropharum hujus Odæ in unum coaluisse videas in multis antiquis codicibus. Contra singulos versus ode proxima in duos dividunt Claveriani codices. *D. Heins.*

1 *Cuncta tellus*] Nuptiæ enim Imperatorum publicam inferunt læti-

tiam, publica tripudia. Ita populus Coronas sumebat, choreas ducebat per urbes, communi quodam generis humani festo.

*Nuptiali vere*] Vere nubunt omnia. *Barth.*

3 *Toros heriles*] Omnium rerum, solens suo more, dominum facit Impē-

ratores Romanum. *Idem.*

4 *Omne nemus cum fluviis*] *Fluviis* non inconcinne datur Lætitia, ut Græci Poëtæ sæpius, et eorum imitatione alibi noster. *Barth.*

6 *Ligures favete campi*] Mediolani enim factæ Nuptiæ, ut constat ex sequente libro. *Idem.*

7 *Veneti montes*] Ligustici, Euganeique. *Idem.*

8 *Subitisque se rosetis*] Sponte enatis, sponte terra prodeuntibus.

*Rosetis*] Ubi consitæ rosæ. Dicebatur Latine et Rosarium. *Barth.*

9 *Vestiat*] Nihil frequentius quam terræ germina vestitum ejus appellari. *Idem.*

12 *Calamisque flexuosus*] Est fluminis, non arundineti. *Idem.*

14 *Padus electriciferis*] In Padi fluminis ripis sitas arbores electrum deflere vetus est Fabula. *Idem.*

16 *Epulisque jam repleto*] Munificentia, videri vult, et factum etiam forte est, Imperatoria. In nuptiis magnatum sportulæ dividebantur, tam caræ plebi Romanæ, ut earum gratia etiam Spoletum usque eam excurrisse tradat Ammianus Marcellinus, l. XIV. *Idem.*

17 *Resonet Quirite Tiberis*] Intelligit enim festam populi voluptatem exhibita nuptiali sportula. Q. Symmach. lib. IV. epist. XIV. 'honor sportulæ suscipiendæ.' *Dempst.*

18 *Dominique læta votis*] Cum ex immenso agmine puellarum una uxorem ducturo eligeretur, quacum vitam suam transigeret, doctissimi scriptores *vota* pro ipsis Nuptiis acceperunt, uti hoc quoque loco vota Honorii facit domum ductio Mariæ Stilichoniæ. *Barth.*

19 *Aurea septemgeminas*] Auream a splendore auratorum templorum dicit. Rutilius, Itinerar. I. *Idem.*

20 *Coronet arces*] Festo more. Intelliguntur sarta nuptialia, quibus postes ædium cingebantur, novis nup-

tis destinatorum. *Idem.*

21 *Iberi*] Hispania. Unde genus Theodosio. *Idem.*

22 *Fluit unde semen aulæ*] Ita legendum jam alii monuerunt, nec dissentiunt scripti nostri. Vulgo *fuit*. Laude Serenæ: 'series his fontibus Ælia fluxit.' Statius, Theb. II. 'tibi lærga Pelops et Tantalus auctor Nobilitas, propiorque fluit de sanguine juncto Jupiter:' et lib. I. 'Aonias sanguis fluit hic ab origine Thebas.' et mox: 'Unde genus, quæ terra mihi, quis defluat ordo Sanguinis antiqui piget inter sacra fateri.' Noster in Eutrop. libro II. 'geminas inter discordia partes Hoc auctore fluit:' quomodo illic videtur scribendum. *D. Heins.*

*Aulæ*] Domui Regali, familiæ, stirpi. *Barth.*

24 *Imperio facta domus*] Imperatoribus. *Idem.*

25 *Vix numerat triumphos*] Sane si penitus res Theodosii introspicere velis. *Idem.*

27 *Puella matrem*] Serenam nimirum. Theodosii domum laudatam a fœminino etiam sexu vide in Laudibus hujus Serenæ. Inibi sunt hæc: 'Hæc generat qui cuncta regunt; nec laude virorum Censeri contenta fuit, nisi matribus æque Vinceret, et gemino certatim splendida sexu Flaccillam, Mariamque daret, pulchramque Serenam.' *Idem.*

29 *Cæsareum flumineo*] Sic cum Barthio Gronovius Observat. III. 9. recte. Claverius *famineo*: quod *δευτέραι φροντίδες* Barthii temere sunt amplexæ, minime prioribus hoc loco *σοφωτέραι*. Scripti fere omnes *flamineo*: aut cum vulgatis *flamineo*: diximus ad IV. Cons. Hon. vs. 20. *D. Heins.*

*Cæsareum flumineo*] Non minorem, quam ipsius sit Cæsaris, nobilitatem per agnationem dicat Sponsæ, quæ de domo Cæsarea per sexum fœmineum prodita, recurat in eandem,

nubente videlicet ipsi Principi Maria. *Barth.*

33 *Generisque procreator*] Tacite divinitatem domui Cæsareæ adscribit. *Idem.*

35 *Luxurietur undis*] Libri plerique *antris.* et recte. *vitrea* illa *antra* alibi quoque habes: ut VI. Consul. Hon. 'Undosa tum forte domo vitreisque sub antris Rerum ignarus adhuc ingentes pectore curasolvebat pater Eridanus.' Silius, lib. IV. 'vitreo quem Fucinus antro Nutrierat:' ubi male libri scripti *viridi.* Virgiliana illa e VII. *Æneid.* respexit: 'vitrea te Fucinus unda.' Idem Silius, lib. VII. 'vitrei se sedibus antri Æquoræ pelago simul emersere sorores.' Sic legendum; ut pluribus ad Ovidii *Fastos* dicemus lib. VIII. 'Donec arenoso (sic fama) Numicius illam Excepit gremio, vitreisque recondidit antris.' Stadius Propemptico Metii Celeris: 'Surgite de vitreis spumosa Doridos antris Nereides.' Veram Claudiane loci scripturam vidit ex Palatino codice secundis curis Barthius. Naso Met. V. 'erat Indus Atys, quem flumine Gange Edita Limniace vitreis peperisse sub antris Creditur:' quomodo illa ex membranis scribenda, 'vitrea sedilia' Maroni dicuntur in Georgicis, ubi Cyrenes antrum describitur. *D. Heins.*

36 *Oriensque regna fratrum*] Quod solum defuisse ait felicitati Theodosii, dissensu fratrum occulto, initio Belli Gildonici. *Barth.*

37 *Simul occidentisque plaudat*] Con-

cinnius *plaudant* in primo Vatican. et Farnesiano: tres alii *plaudas.* Stadius Lacrymis Etrusci: 'neque enim dominos de plebe tulisti, Sed quibus occasus pariter famulantur et ortus.' *D. Heins.*

38 *Placidæ jocentur urbes*] Sic scripti meliores: quomodo jam legendum Gronovius noster in Observationibus monuit: et illum secutus curis secundis Barthius: alii *locentur.* Claverius *ferantur.* Vulgo *latentur,* contra metrum. *Idem.*

39 *Quæque novo*] Doctrina nonnullorum ex Philosophis, Solem in noctem exstingui, reaccendi in diem. *Barth.*

42 *Rapidi tacete Cori*] *Rabidi* membranæ meliores magno numero. Lucan. VI. 'Ioniumque furens rabidum cum tollitur Austro:' sic et ibi scripti. Stadius Surrentino Pollii: 'Tum rabidi ponunt flatus.' Rutilius tamen Itiner. lib. I. 'Illic me rapidus consistere Corus adegit.' *D. Heins.*

*Cori*] Corus, ventus occiduus, adversus flans Aquiloni. Vide Gellium, II. 22. *Barth.*

43 *Sonorus*] A stridore tempestatum, quas vehit. Ut Maro: 'Luctantes ventos, tempestatesque sonoras.' *Idem.*

44 *Solus ovantem Zephyrus*] Prosperitatem et bonum eventum circumloquuntur hoc vento Poëtæ. Nostro res Veneris peculiaris causa. Genitabilis enim hic ventus. *Idem.*

45 *Perdominetur annum*] Sic perpetuum ver. Zephyrus hujus dux. *Idem.*

### XIII.

1 *Solitas*] Vidi qui vituperaret hoc carminis genere celebrari Nuptialia. Ego, etsi Tragici videantur Anapæsti, ex ipsa tamen Tragedia testimonium petam, ubi eis concinetur

Epithalamium. *Barth.*

*Galea fulgere*] Comta arma in Heroicis Laudibus ejusdem Ducis alibi quoque celebravit: 'sideris instar Emicuit Stilichonis apex.' *Idem.*



2 *Molli corona*] Nuptiali, nullo sudore paranda: *στέφος γαμήλιον* vocat Bion. *Barth.*

4 *Releget*] Aliorsum mittat. *Idem.*

5 *Aula*] Regia domo. *Idem.*

6 *Patris*] Stilichonis. *Idem.*

7 *Junge potenti pignora dextra*] Jungebat dextras convenientium matrimonio, *Pater*, vel qui Parentis loco erat, aut *Matris*. *Idem.*

*Pignora dextra*] Cujacius in suo cod. habuit: *Fœdera dextra: sed pignora* de Honorio pene puero et Maria puell-

lula dici non male crediderim. *Clæver.*

8 *Gener Augusti*] Qui *Serenam* adoptaverat, Theodosii. *Barth.*

10 *Quæ jam rabies livoris erit*] Felicitate successuum extinctum cum omni sua rabie livorem dicit. *Non esse* enim interiisse denotat. *Idem.*

11 *Color*] Afficta species, *Fœvus*. *Idem.*

12 *Socer est*] 'Stilicho Patricius et Socer Honorii.' *Idem.*

#### XIV.

1 *Idalium jubar*] Veneri sacer Hesperus; quia ad ejus exortum collocabatur puella in thalamum sponsi. *Barth.*

2 *Nascitur*] Sidera enim parere se dicuntur. *Idem.*

3 *Sollicitus pudor*] Quem in omnium novarum nuptiarum descriptione agnoscunt et commendant Poëtæ. *Idem.*

4 *Flammea*] Flammeum genus peppli aut velamenti, novis nuptis faciei velandæ luteo colore facti, illigati-que, ne pudor et lacrymæ viderentur: quas tamen ipsa flammea prode- dere dicit Claudianus, nimia significans. *Idem.*

6 *Impacata licet*] Summis enim viribus unguis etiam jam sponsæ puellæ pro virginitate defendenda parare dicebantur. *Idem.*

10 *Armat spina rosas*] Hoc imparjugum natura factum aiunt, ut ne gratissimus odor sine defensione omni injuriæ pateret temeritati.

*Mella tegunt apes*] Petronius Satyrico; 'Apes ideo pungunt, quia ubicunque dulce est, ibi et acidum invenies.' *Barth.*

11 *Crescunt difficili gaudia jurgio*] Claudianus Mamertus, lib. II. de Sta-

tu Animæ, c. 2. 'Mortalium generi natura datum est, ut abstrusa fortius quærat, ut negata magis ambiat, ut tardius adepta plus diligit.' Petronius: 'Quicquid quæritur optimum videtur.' *Idem.*

12 *Accenditque magis*] Petronius, pari re: 'Nolo quod cupio statim tenere, Nec Victoria mi placet parata.' *Idem.*

14 *O quoties, Hoc mihi dulcius*] Quæ enim virtus in Principe concubitu etiam legitimum postponente Gloriæ a victis hostibus, servata patria, stabilito imperio? De puero enim puerilia vota præponuntur, qui licet isthæ nominet Parthos, spe tamen paternæ virtutis eos nominat potius quam suorum gratia facinorum: quæ venationem et ludicras equitationes nondum excessisse, præcedentia affirmant. *Idem.*

15 *Sarmatas*] Paternas Victorias pro suis loquitur. *Idem.*

16 *Aspirate novam*] Alloquitur jam novos conjuges, qui mos fausta venturum.

*Fidem*] Mutuum amorem, fortunas, fataque omnia conculcantem. *Barth.*

17 *Mansuramque facem*] Donec vita

mansura. *Idem.*

18 *Tam junctis manibus*] Tam arcta copula. *Idem.*

19 *Edera*] Quæ in exemplum ducitur strictæ alligationis. *Idem.*

21 *Querula alite*] Columbam dicit: cujus in rebus amorum crebra mentio, ob simplicitatem, castitatem, et constantiam dilectionis mutuae, in hoc genere avis contestatas. Hic de oculis et suavis admurmurationibus solum sermo est. Eodem pertinet versus optimi auctoris prisci, Cn. Martii: 'Columbatimque labra conserens labris.' Hinc autem *columbari*, pro labella columbarum more conserere. *Idem.*

22 *Linguis assidue reddite*] Linguae non otiosæ in his Amoris collectationibus. *Idem.*

*Linguis assidue reddite mutuis*] *Assiduo* scripti plerique. malim *assidui*: ut IV. Cons. Hon. 'Sis precor assidens Consul:' atque ita primus Vatican. et Farnes. Cl. Gronovius in Observationibus, 'assiduis reddite mutui:' quomodo ex nostris Junianus: quinque alii, 'assiduis reddite mutuis,' proxime conjecturam nostram: pro *mutuis* septem etiam *nunciis*: non male. Sequenti versu *animam* pro *animam* recte idem Gronovius: vide notas ad Epithal. Pallad. vs. 132. *D. Heins.*

23 *Animum conciliantibus*] Epithal. Palladii: 'Oscula mille sonent, livescant brachia nexu, Labra ligent animos.' Tria in ore amatorio commendantur, ἀσπνοή, φωνή, φίλημα. *Barth.*

27 *Alter virgineus nobilitet cruor*] Cave cum viro docto *alte* reponas.

Vulgatum recte tuetur Barthius. *D. Heins.*

*Alter virgineus*] Lanam nobilitari purpuræ tinctura clara res est ex immani pretio, et regia omniumque summa dignitate ejus coloris. Et hæc prima est nobilitas sive nobilitatio stratæ in lecto regio purpuræ. Alteram supervenire Claudianus ait tinctionem, de virginali sanguine Mariæ, jam Augustæ: cujus servatum tanto sponso florem pudicitiae hac ratione commendat Poëta. Est autem sanguis, qui primum sequitur concubitus, index virginitatis marito servatæ, etiam in sacris literis. *Barth.*

28 *Victor*] Velut magna aliqua lucta eluctata. Madidum torum ob sudorem dicit mutuum. *Idem.*

29 *Nocturni vulnera prælii*] A defendente primum congressum virgine. Catullus: 'Dulcia nocturnæ referens vestigia rixæ, Quæ de virgineis gesserat exuviis.' *Idem.*

31 *Turba licentior*] In jocos, quibus Fescennina constant, palam libereque effusos. *Idem.*

33 *Ludite milites*] Ut præsentem semper exercitu loquitur: et quis nescit urbana castra Principum? *Idem.*

35 *Insonet aribus*] Divo enim et Mundi Principi cælum et terram applaudere antumat. Illud hic in finem harum Odarum, asseverare ausim, nullum politius et gratiosius Lyricum carmen ab Horatii usque ævo ad nostrum pervenisse, quam sunt hæc Fescennina. *Idem.*

*Insonet aribus*] *Intonet* unus Medic. quatuordecim scripti, *auribus*. *D. Heins.*

## XV.

## DE BELLO GILDONICO.

EXCERPTA Pomponii Læti huic libro præfigunt præfationem, quæ in vulgatis exemplaribus lib. II. in Rufinum præmittitur, addita hac inscriptione, *Belli Civilis liber tertius*: pari modo et secundus Vaticanus. Reliqui quoque codices præfationem hoc loco agnoscunt cum primo Gyraldino: primus Vaticanus aliter, ut suo loco diximus. Ex Lucensi codice nullæ variæ lectiones erant notatæ in hoc Poëma. Oiselianus *Librum de bello Gildonis* inscribit. *D. Heins.*

Præfatio hic desideratur: vel petenda ex lib. II. in Rufinum, ubi invenies.

Quæ ad Stilichonem se convertit, qui antea classe armata in Achaïam a Getis pæne spoliata ac direptam, vindex properavit; ac Musarum fontes, ipsiusque Phæbi sedem belli metu exemit: quæ tamen expeditio minus feliciter cessisse traditur illi regioni, quæ jam plus satis afflicta, numerosum tanti ducis exercitum neque alere neque sustinere valuit; quare penitus exhaustæ non parvo stetit sua libertas. Vide Zosimum. Cæterum hic liber in Gildonem videtur scriptus fuisse Honorio IV. Consule cum Eutychiano, postquam ei nupsit Maria. Anno 398. *Claver.*

1 *Redditus, &c.*] Inde satis conjicitur pro comperto habitum, ut Africa pars Europæ esset; sed enim Theodoritus ait, Gratianum, qui patre defuncto Europam tenuerit, post Valentis patris obitum Asiæ Libyæque, id est, Africæ, regnum suscepisse. Paulinus: Europen Asiamque duo vel maxima Terræ membra: quibus Libyam dubie Salustius addit Europæ

adjunctam. At credo partem Africæ Occidenti propiorem Honorio accessisse; quæ vero Ægyptum respicit, Arcadio relictam fuisse. *Claver.*

*Auster*] Africa.

*Subjectaque rursus*] Velut jam ex-  
emta. At improvise domitum Gildonem memorat Zosimus. *Conterum* est rotunditas, seu camerationis illa cavitas, aut inclinatio, qua descendere ad nos Orbis videtur. *Vicinum metuit orientem.* Terræ enim Orbis videtur prono ibi cælo vicinior, et metuere propinquum Solem. *Barth.*

2 *Alterni convexa poli*] Non *Alterius*, prior Moreti. *Alterni* pro utriusque. III. Cons. Honor. 'Et geminis fulgens utroque sub axe trophæis Tethyos alternæ refluas calcavit arenas.' Sic alibi noster: 'alternum puppis latus' habes apud Juvenal. Sat. XII. male etiam hæc vulgo distinguebantur. *D. Heins.*

*Rectore sub uno*] Communem dicit Patrem et Tutorem utriusque Imperii, Flavium Stilichonem, cujus auspiciis debellatus Gildo, et Honorio Africa restituta. Inscriptio vetus: FLAVIO. STILICHONI. ILLUSTRISSIMO. VIRO. SOCERO. HONORII. AUGUSTI. AFRICA. CONSILIIS. EJUS. ET. PROVISIONE. LIBERATA. EX. SC. *Concordia* nimirum profunda sub unum omnia Rectorem redigente, quamlibet duo sint Principes. *Barth.*

3 *Conspirat geminus orbis*] Sic prim. Vatic. et Oiselianus a manu prima. Vulgo *Conspirant gemini orbis.* *Europen* etiam, non *Europam*, meliores. *D. Heins.*

*Gomini orbis*] Oriens et Occidens. *Barth.*

*Frenis communibus]* Mens ea fuit Theodosii, ut fratres illi, velut pro indiviso Orbem possiderent: at Rufinus primo Illyricum invasit; dein Eutropius Africam; quibus restitit Stilicho. ita ut tres tyranni, Gildone addito, opera et consilio magni illius ducis occubuerint. *Claver.*

4 *Europam Libyæ]* Restituit Africam Honorii partibus hoc Bello Stilicho. Et postinde adeo res ejus egit, ut plurimum ipsi Orientis vindicare voluerit. *Barth.*

5 *Plena redit]* Absoluta, perfecta.

*Patriis quod solum defuit armis]* Male alii *arvis.* Lacani hemistichion est ex lib. IX. 'terræ pelagique labores Donat, et Emathiis quod solum defuit armis.' superiora quoque ex eodem nono sub finem, 'Concordia mundo Nostra perit.' *D. Heins.*

*Patriis quod solum defuit armis, Tertius occubuit]* Plenæ securitati Theodosiani seculi abfuit nondum domuisse Gildonem. *Barth.*

6 *Nati virtute]* Non solis auspiciis, dicere vult. De eodem ineunte IV. Cons. quo gesta hæc sunt: 'patriis olim fueras successibus auctor, Nunc eris ipse tuis.' *Idem.*

7 *Horret adhuc animus]* Poëticum *ωδός.* ut in incredibili eoque subito gaudio animus humanus percilli solet: sic videmus usuque experimur tam insperatis gaudiis, quam subitis mærorum causis attonari homines, interdum penitus etiam interire.

*Manifestaque gaudia differt, Dum stupet]* Licet sit clara res, tamen laborat animus in fide, gaudiumque differt, dum stupor ejus locum subit, fieri videlicet vix potuisse, quæ facta sunt. *Barth.*

9 *Cinyphias]* Africanus. *Idem.*

10 *Nullis victoria nodis Hæsit]* Virgilium imitatur: 'Hectoris Æneæque manu Victoria Graium Hæsit,' &c. *Idem.*

11 *Non terræ spatium]* Poterat enim in immensa spatia Africæ retrocedere. *Delph. et Var. Clus.*

dere Gildo, et bellum in multum tempus ducere, qua in re cavenda Stilichonis Prudentiam commendat noster lib. I. Laudum, a versu 330. Paucis etiam ex inopinato oppressum Tyrannum ibidem memorat.

*Objice ponti]* Obstaculo objecto. *Obices sunt* pessuli, quibus januæ et claustra firmantur. *Barth.*

12 *Congressum, profugum, captum, vox nunciat una]* Elegantissima rei celeriter gestæ narratio repræsentatione verborum cursu et festinatione. Originem debet dicto Cæsaris de debellato Pharnace Romam scribentis: VENI. VIDI. VICI. *Idem.*

*Congressum, prof. &c.]* Eadem figura illud Cæsaris: *Veni, vidi, vici.*

13 *Rumoremque sui prævenit laurea belli]* Victoria pene ante bellum nunciata est. *Laurea* simpliciter victoriæ, felicem belli exitum, notat. *Barth.*

*Laurea]* Proprie dictum vel pro literis laureatis: nec enim Gildo fuit tanti, ut ipsius cladem triumphus sequeretur: atque in hoc non solum prudentia, sed modestia elucet Honorii. *Claver.*

14 *Quo Deo]* Ut ἀπὸ μηχανῆς, quasi impatrabilia humanis opibus. Ingredditur Poëticam de Theodosio et Honorio fictionem, cui divinitus indultam, per patrem jam cælitem, victoriam narraturus est. *Dii* alioquin fortunam denotant. *Barth.*

15 *Dementia]* Stultitia. Velut contra Deum pugnaturi. Sic *Demens* Claudiano Gildo qui Honorium oppugnare ausus sit. *Idem.*

16 *Quem veniens indixit]* Ita meliores libri excepto prim. Vaticano. quomodo 'bellum indicere,' et similia. vulgo *induxit.* Consul. Manlii: 'quis tenebras soli causisque meantem Defectum indicat numerus.' Laude Serenæ: 'totoque severos Indicit mores pelago pudor.' sic cum libris utroque loco legendum. Cæterum pro *percussit* Gyrard. et Lovan. *proterit.* ut l. I. in Rufin. 'qui cuspe proterit In-

*Claud.*

4 T

dos.' Silius, lib. xv. 'decima jam hæc vertitur ætas, Ex quo proterimur.' prim. Vatic. pro diversa lectione *perdidit*. quomodo et Patavinus ex nostris, et præterea Isingrinianus. *D. Heins.*

*Perculit*] Velut fulmine quopiam superno. *Barth.*

17 *Exitium jam Roma timens*] *Exitii* octodecim scripti, quod longe elegantius. probavit et Barthius curis secundis. sic 'metuens leonum' præf. lib. II. de Rapt. mox *visu* pro *vultu* potiores membranæ. diximus ad lib. III. de Rapt. vs. 91. *non qualis* etiam nonnulli, pro *nec*. *D. Heins.*

*Exitium Roma timens*] Sunt enim, non secus atque animantibus, etiam urbibus sua fata. *Barth.*

*Roma*] De Roma in speciem deæ efficta, ejusque miserabili descriptione, visendus Symmachus.

*Negatis Frugibus*] Quas adeo intercluserat Gildo, inque Africa frumentarias populi Romani naves retinuerat, ut ipso jam devicto moram omnem tollendam scribat Symmachus, ne plebs, inopia efferata in seditionem erumpat, lib. IV. Epist. 4. *Barth.*

18 *Rapidi Olympi*] Quia semper in rapido motu. *Idem.*

19 *Britannis*] Instar hos dicit bellicosissimi, remotissimi, ferocissimi populi. *Idem.*

20 *Indos*] Horum debellationem summam Romanæ virtutis faciunt. Horatius, Od. IV. 14. 'Te Cantaber, non ante domabilis, Medusque, et Indus, te profugus Scythes Miratur.' *Idem.*

21 *Vox tenuis*] Descriptio hominis fame confecti, in Dea illa, Claudiano ipsique non admodum honorifica. Morbida autem hoc genus numina, non insolentes faciunt scriptores. Ut Africam in ægritudine fuisse, a Theodosio Seniore, medico experientissimo, curatam, scribit Symmachus, lib. X. Epist. 1. *Idem.*

*Oculique jacentes*] Prima editio,

Thuan. et Patav. Eccles. Cathedr. 'Oculique latentes Interius. sedere genæ.' quomodo apud Statium, Theb. I. 'sedet intus abactis Ferrea lux oculis.' Silius, lib. II. 'jam lumina retro Exesis fugere genis.' quidam etiam ante *rd fugere* distinguunt, cætera vulgatam scripturam servantes. *D. Heins.*

24 *Laxata casside*] Decrescentibus enim membris laxiores fiunt habitus. *Barth.*

*Laxata casside prodit Canitiam*] *Canities* pro diversa lectione in primo Vaticano. *D. Heins.*

25 *Canitiam*] Talis jam eo tempore fingebatur, senio ipso portendente ruinam.

*Trahit*] Velut onus molestum, non tutricem. *Barth.*

28 *Mansuris*] Alludit promissionem Romanis datam a Jove apud Maronem, Venerem alloquente, Æn. I. 'His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium sine fine dedi.'

*Nasci*] Non aliter quam ipsos homines urbes et Imperia autumabat Antiquitas. *Barth.*

29 *Stant*] Firmam auctoritatem habent.

*Immota Sibyllæ Carmina*] Vide Lactantium, Cicer. II. Divinat. Quæ nunquam frustrata Romulam gentem canit Tibullus, lib. II. ad Apollinem: 'Te Duce Romanos nunquam frustrata Sibylla est.' *Barth.*

30 *Tarpeias arces*] 'Superis habitabile Saxum.' Capitolium. *Idem.*

*Respuis arces*] Sic Gyrald. et sex alii. etiam primus Vaticanus pro diversa lectione. vulgo *despicias*. Vide quæ notamus lib. II. de Rapt. vs. 213. mox *Araxem* recte idem Gyrald. et septem ex nostris. De Oaxe Creatæ fluvio frustra sunt interpretes. *Oaxem* pri. Vatican. *D. Heins.*

31 *Non ut proculcet Oaxem*] Servius Oaxem Scythiæ amnem esse dicit. *Barth.*

33 *Susa*] Regia Persarum, sagitta-



rum usu doctis incolis celeberrima. Antiquitus ibi thesauri Persarum Regum.

*Rubris arenis*] Maris Erythræi.

*Aquilas figamus*] Ponamus castra. *Barth.*

35 *Roma precor*] Magna energia. Illa enim Domina rerum pro victu rogat.

*Tuæ gentis*] Nepos enim ex Marte Jovi Romulus: qui stator et conservator Romanæ rei colebatur. *Barth.*

36 *Defende famem*] Arce, prohibe, Horatius: 'toga quæ defendere frigus Quamvis crassa queat.' *Idem.*

37 *Lugenda Getis et stenda Suëvis*] Extremam miseriam hostilis commiseratio notat.

*Getis et Suevis*] Atrocissimis hostibus Rei Romanæ has nationes æquat, quarum tamen soboles non diu post Imperio præfuit. Sic Suevus patre, matre Getes, Ricimen, Anthemii Augusti filiam duxit uxorem, ipsumque post socerum civili bello interfecit. *Barth.*

38 *Hausimus*] Exantlavimus, tulimus. *Idem.*

*Horreret Parthia casus*] *Horrebat* prima editio. *exhorret* Gyraldi liber. ut lib. i. in *Eutrop.* *exhorruit annus nomen.* prior Moreti *horrescit*: etiam bene. *Vatic.* primus a prima manu, et duo alii, *horret jam.* *D. Heins.*

39 *Tumulosæ repletos*] *Cumulos* lege. et sic unus *Med.* dictum *Cons. Olybrii*, vs. 104. et lib. iii. de *Rapt.* vs. 342. neque aliter a prima scriptura prim. *Vatic.* Mox *minacem* pro *minantem* *Oxon.* *minatum* prim. *Vat. Idem.*

40 *Corrupto sidere*] *Aëre*, cælo. *Barth.*

41 *Aut fluvium*] *An fluvium* prim. *Vatic.* et *Oisel.* *D. Heins.*

*Fluvium per tecta vagum*] Tiberis inundatio et magnum Romæ malum, et majorum damnorum portentum. Horatius, lib. i. 'vagus et sinistra Labitur ripa, Jove non probante Uxo-

rius amnis.'

*Summisque minantem Collibus*] Quibus inædificata Tempa et Palatia Procerum Romanorum. *Barth.*

43 *Pyrrhæ secula*] Diluvium. Horatius, *Od.* i. 2. 'Terruit gentes grave ne rediret Seculum Pyrrhæ,' &c. Quæ respexit noster. Hoc autem ævo Pyrrhæ illud diluvium esse, quod in sacris literis describitur, credibile est. *Idem.*

44 *Urbisque potestas Decidit*] Quiddam orbis. non placet. Romam intellige, rerum dominam. *Recidit* quoque pro *Decidit* scribendum. quod postea in Palatino inveni confirmatum. Cicero lib. vii. in *Verrem*: 'O nomen dulce libertatis! O jus eximium nostræ civitatis! O lex Porcia legesque Sempronæ! Huccine tandem omnia reciderunt?' Seneca *Hercule Fur.* 'Thebana tellus civitasque Amphionis Quo recidistis?' sic ex antiquis libris corrigendum, quomodo jam partim *Parens* meus ex conjectura. *Phædrus*: 'Delusa ne spes ad querelam recidat.' Pro vulgata tamen scriptura videtur stare *Gronovius* noster ad *Epist.* lxxv. *Senecæ*, et ejusdem *Herculem Furentem*, vs. 269. atque ita *Lucretius* nonnunquam. Adeantur quæ ad *Epist.* xiv. *Nasonis*, vs. 46. congressimus. *D. Heins.*

45 *Umbram*] Miseram inanemque effigiem. *Barth.*

46 *Populis*] *Civibus*. *Populi* enim inter alia et tribus, sive familias civium denotant. *Vulgus plebs est, populus Cives*, ait *Papias*.

*Patrum consiliis*] *Senatus*, cui nomen et honos *Pâtrum* non alia de causa datus, quam quod consilio et auctoritate, fide etiam patria, præesent *Reipublicæ*. *Barth.*

*Patriisque vigebam Consiliis*] Non *patrumque* tres scripti. lib. ii. in *Stilich.* 'patriisque gubernas Imperium monitis.' *Nupt. Hon.* 'patriisque relicta Mandatis:' ut utroque loco cum membranis legendum. iv. *Cons. Ho-*

nor. 'patrio Olympo.' quomodo et illic meliores libri. *Armato etiam populo* recte Gyraldinus. Vulgo *armatis populis*. Infra: 'Ille diu miles populus.' *patrumque Conciliis* primus Vatican. et Oiselian. *D. Heins.*

47 *Domui terras*] Ex ambitione Romana, sæpius notata, qui terrarum Dominos ubique scriptorum jactant.

*Hominesque revinxi Legibus*] Quasi dicat humanum genus in unam urbem coëgi, et unis legibus adstrinxi. *Barth.*

*Hominesque revinxi Legibus*] *Urbesque sex scripti*, ut lib. III. in Stilih. 'Pacet muneribus montes, qui legibus urbes:' *omnesque revinxi prim. Vatic. mox et lapsi non elapsi meliores præter prim. Vatic. D. Heins.*

48 *Ad solem victrix utrumque curri*] Vincendo Orientem et Occidentem sum emensa. Petronius Arbitrator de iisdem Romanis: 'Qua mare, qua tellus, qua sidus currit utrumque, Orbem jam totum victor Romanus habebat.'

*Solem utrumque*] Rutilius, lib. II. 'Qua fert atque refert Phæbus uterque facem.' *Barth.*

49 *Ferox Cæsar*] Armis acerrimus. *Idem.*

50 *Desuetaque priscis Artibus*] Pacis inertia prima corrumpendis Romanis moribus fuit, ut generatim verum est, quod sapienter Dionys. Longinus scripsit: *εὐφροὺν διαφθελεῖ τὰς μεγάλας φύσεις*. Et Catullus: 'Otium Reges prius et beatas perdidit urbes.' Scite Velleius, lib. II. 'Potentiæ Romanæ prior Scipio viam aperuerat, Luxuriæ posterior aperuit. Quippe remoto Carthaginis metu, sublataque Imperii æmula non gradu, sed præcipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum.' *Idem.*

51 *Gremium pacis*] Pacem ipsam profundam et tutam. Hoc est, cum altissima pax omnia contineret, securis de bello universis. *Idem.*

*Servile recessi*] Pro serviliter: sic

*servile gemens* infra 365. malit tamen Barthius *servire*: vide quæ noto Cons. Olybr. vs. 119. apud Statium Hercule Surrentino 'famulare timens.' *D. Heins.*

52 *Libyam Nilumque dedere*] Cum populus Romanus in eam amplitudinem esset auctus, ut Italis Siciliisque proventibus annona non sufficeret, sunt classes rei annonariæ constitutæ, quæ de Africa et Ægypto Ostiam frumentum veherent, unde adverso Tiberi urbi importaretur, cum ante incerta fortuna esset, et fames sæpe improvisa ingrueret. *Barth.*

53 *Dominam plebem*] Reipublicæ amans scriptor notat occulte tempora Principum. Si servitium concessit urbs, si ferox ille Cæsar communia jura in se transtulit, quomodo Domina Plebs, Bellator Senatus? *Idem.*

55 *Horrea*] Publica Urbis. Quorum CCCVI. intra mœnia fuisse numeramus apud Publum Victorem. Hæc autem non frumento tantum constituta publico; sed ut proventus suos in iis depositos quandoque tutos haberent, quibus deerant privatæ custodiæ. *Idem.*

56 *Stabat certa salus*] Firma erat. *Idem.*

57 *Pensabam Pharium*] De Africanis et Ægyptiis classibus loqui, clara res.

*Annum*] Ubertatem, Proventum. *Barth.*

60 *Cum subiit*] Hæc Scaligeri conjectura: quam Claverii codex et alter Moreti confirmant. Vulgo *subito*: pro *Pharium annum* prim. Vatic. et Isingr. paulo ante *parilem*: etiam Oiselianus: sed frustra: *diversaque Aurora* etiam non *divisaque* octo veteres: pro *Ægyptia rura* Palatinus *tura*: scribe *Ægyptia jura In partem cessere novam*: atque ita diserte secundus Ambrosianus. infra: 'Jus Latium, quod non Meroë rubroque solebat

Oceano cingi, Tyberina clauditur unda: et, 'At nunc Illyrici postquam mihi tradita jura.' *D. Heins.*

*Par Roma mihi*] Constantinopolis.

*Divisaque sumsit*] Abscissa. Maro de Britannia, 'toto divisos orbe Britannos.' *Barth.*

61 *Aurora*] Orientale Imperium. *Idem.*

63 *Libye*] Seu Africa. Non abs re enim Zosimus tradit, Eutropium Gildoni auctorem fuisse, ut totius Africae ad Carthaginem pertinentis tractum invaderet: nam Libya erat sine controversia sub dominio Arcadii. *Claver.*

64 *Solo ducta Noto*] Austro secundo aderat cataplus navium frumentariarum ex Africa. Hinc *Australis* annus, commeatus Libyci. In Eutropium: 'Austrolem Arctoïis pensavit frugibus annum.' *Barth.*

67 *Metimur caerulea*] Prospectamus oculis, ut solent aliquem expectantes. *Idem.*

69 *Vel præda reliquit*] Gildonem interiora Africae petiisse depopulatum utilem superventuris hostibus commeatum notant Historici populi. *Idem.*

*Præda reliquit*] Prædo Aldus optime et decem scripti. Gildonem intelligit: de quo et infra: 'pars tertia mundi Unius prædonis ager:' et postea: 'Ite recepturi, prædo quem sustulit, axem:' l. i. in Stilich. hunc quoque nostrum 'Prædonem lembo profugum' vocat: *D. Heins.*

71 *Diurnos ut famulæ præbere cibos*] Servis Romani quot mensibus aut diebus demensum in victum frumentum dabant, de cætero super iis non solliciti. Quod sibi scelere Gildonis contigisse Roma hic queritur. *Barth.*

73 *Librat Barbarico fastu*] Jam copiam faciens ciborum, jam spem ulteriorem incidens. Sua autem jactantem facit Claudianus, quoniam majores ejus Africae usurparunt dominium, ut ex Ammiano discimus. *Idem.*

74 *Suspendit*] Extrahit, ut rem sui

arbitrii. *Idem.*

77 *Tumida Carthagine*] Fastus, perfidia, ambitio, Punicæ gentis, notæ virtutes. *Idem.*

78 *Contenta luce*] Vita. *Idem.*

79 *Damnus Cannensibus emi*] Emtio enim difficilem comparisonem denotat, quod illa non nisi appenso pretio fiat. *Idem.*

*Cannensibus emi*] Hanc veram lectionem, non, quæ in aliis, *egi*, dicemus lib. III. in Stilich. vs. 188. *D. Heins.*

80 *Arsit*] Navalibus conflictibus immanior est tralatio, et tamen Poëtis non infrequens aut incommoda. *Barth.*

82 *Emissus ab Alpe*] Livineius scribit *immissus*: ut vs. 641. belli Getic. 'aliasque immissa per Alpes:' sed nil necesse: nam et illic Lucensis *emissa*. Lucan. l. VI. 'Cum super e totis emisit collibus agmen:' ubi similis diversitas in scriptis. emitti carceribus equi pari modo dicuntur *D. Heins.*

83 *Attonita jam proximus Hannibal Urbi*] Inter summa discrimina Reip. Romanæ, Hannibalem prope Urbem conspectum: Proverbium inde in usum venit, Hannibal ad Portas. *Barth.*

85 *Muro sustinui Martem*] Illi enim adequitavit Hannibal. *Idem.*

*Muro sustinui Martem*] Mauro decem libri: quod frustra probant. Imitatus hoc est manifeste Sidonius Pagnyrico Aviti: 'si denique dirum Hannibalem juncto terræ cœlique tumultu Reppulimus: cum castra tuis jam proxima muris Starent, collina fulmen pro turre cucurrit.' Silius, lib. I. 'obsessa palatia vallo Pœnorum, et muris defendis Roma salutem.' Lib. XII. 'pubes turres dispersa per altas, Ut jam Roma satis credat defendere muros.' *D. Heins.*

88 *Impensa que sæcula bellis*] Bello prim. Vatic. alique non pauci ex melioribus. *Idem.*

*Impensa que secula bellis*] Loquitur

de tribus bellis Punicis, quibus aliquot secula Carthago Romam fatigavit. Possunt autem et bella alibi atque in Italia a Pop. Romano gesta intelligi, quibus vix quinque seculis se expedierunt. *Barth.*

89 *Hoc Fabius fortisque mihi*] Non simul Gyrard. prim. Vatican. et decem ex nostris. lib. i. in Entrop. 'Hoc mihi Janiculo positus Hetruria castris Quæsiit?' Paulo ante hoc mille non hæc ex membranarum legendum: usus elegans *roû mihi* hoc sensu: de quo inter alios ad v. Theb. Statii Gronovius, vs. 579. *D. Heins.*

91 *Compulimus dirum Syphacem*] *Dirum Hannibalem* malit Barthius, ut consulatur Historiæ. *Idem.*

*Syphacem*] Exaggerat Regis virtutem per adjectum hostile epitheton. Sed et alioquin non fuit ejus omnino expertus. Ego vere nomen hujus regis hoc loci suspectum habeo. Non enim compulit ad venenum Populus R. Syphacem. *Barth.*

*Syphacem*] Sunt qui nomina propria sine scrupulo variant, sibi que in re seria parum caute ac moderate indulgeant: ego libens contenderim non nisi magna exempla sequenda esse, imo parce imitanda. *Claver.*

93 *Et Numidæ Gildonis erunt*] Malim, si per libros liceret: 'Ut Numidæ Gildonis eant.' cum indignationis nota: vide notas ad Epithalamium Palladii, vs. 137. *D. Heins.*

*Gildonis erunt*] Similia priore in Entrop. vs. 213. *Barth.*

94 *Proh labor*] Non dolor. prim. Vatic. et alii viginti. quod perperam damnavit Barthius. *D. Heins.*

*In Bocchi regnum*] Ut Bocchus aliquis aut illi similis regulus barbarus Africa potiretur. *Barth.*

96 *Ille diu miles populus*] Delectus enim primi fiebant ex urbana juventute. Et inter cives juventutem in armis esse, tuendæ Reip. constituit Romulus. *Idem.*

98 *Horribilem gentes*] Accurate ad-

modum *gentes*, id est, barbaros, qui Romano non parebant imperio, a *subjugatis* distinxit: ea ratione, qua Justinian. 'barbaricas gentes,' in præcæm. Instit. nuncupavit. *Delrio.*

*Placidum sensere*] Juxta illud divini vatis: 'Tu regere Imperio populos Romane memento, Parcere subjectis, et debellare superbos.' *Barth.*

99 *Miserabile pacis Supplicium*] Media pace, pace indulta, spoliatus vitæ subsidiis, inhonorus, egens, fame pene animam agit. Verba fere eadem in Juvenali, 'Nunc patimur longæ pacis mala.' Cessantibus autem publicis subsidiis annonæ, collationibus privatis cives sese mutuo sublevabant. *Idem.*

101 *Obsessi discrimen habet*] An adit? *D. Heins.*

103 *Heu prospera fata*] *Fati* rectius legas. vi. Cons. Hon. 'in hunc sibi prospera fati Gratantur durasse diem.' sic vere scripti. de Apono: 'Inde sibi fati prosperiora petunt.' quomodo castigandum: *prospera vitæ* Lucan. l. viii. ex veteri codice, 'mutantur prospera vitæ:' 'prospera belli' idem dixit l. v. et 'prospera rerum,' l. vii. quomodo et Silius, l. iv. 'animos stimulabant prospera rerum.' *Idem.*

104 *Dedisti*] Ita nostri omnes. Ad Jovem non ad fata referendum. Vulgo *dedistis*: paulo post frustra *Gabinos* pro *Sabinis* reponit *Delrius*: aliter nostri. *Idem.*

107 *Brevior*] Angustior. *Barth.*

109 *Mænia pauperis Anci*] Collatione quidem Imperatorum, alioquin etiam locupletis. *Idem.*

112 *Rusticus inferret*] Hæc omnium scriptorum lectio, quam recte *Raphelegius* expressit: mox pro *humeris* *Philippus Rubenius numeris* in *Electis* legit. *Livineius, armis.* audacter. quomodo tamen in ora codicis sui *Pomponius* quoque *Lætus*, nescio an ex membranarum: frustra locum tentari bene ad *Stadium* c. 23. *Diatribes* *Gronovius* observavit. *Barthius* primis

curis juvenis: sed secundis palinodiam canit. *D. Heins.*

113 *Altera Nilum*] Aurora, quam modo nominavit, aut altera, sive adeo Roma nova, quam Ægypti proventum occupasse dixit supra. *Barth.*

*Altera Nilum*] Id est, Aurora, sive Orientis Imp. habet sibi Ægyptum subditam. *Claver.*

114 *Quæ terras humeris pontumque subegi*] Id est, omnibus viribus, conatu, ut qui humeris admittitur gravi operi tollendo aut movendo. *Barth.*

115 *Senectæ*] Quæ ipsa mihi, inquit, instar affectionis est. Hoc enim est Senectutis Elogium apud antiquitatem. Vide Ciceronem lib. singulari. *Idem.*

116 *Quibus iratis crevi*] Dixit supra laborare se mole, et breviorē fuisse feliciorē. Jam ait iram in se Deorum expletam ipsa prosperitate, qua inducta sit in fatalem istam perniciem. Iratis Diis nati dicuntur, ad omnia infortunati. *Idem.*

117 *Patrem*] Jovem.

*Tuque o*] Exclamatio energetica, animi excitationem indicans.

*Si sponte per altum Vecta*] *Quæ vecta per altum sponte*, prim. et tert. Vatic. quatuor alii, *quæ sponte per altum Vecta*. *D. Heins.*

*Sponte per altum Vecta*] Matrem Phrygiam Deorum alloquitur. Romam inde advectam ductu Claudiæ Vestalis, quæ adverso Tiberi navem traxit injecta manu, testimonio pudicitiae servata. *Barth.*

119 *Praelatoque*] Romano, quem Phrygio Almoni prætulisti. *Delrio.*

*Almone*] Cum venisset ad Almone, adverso Tiberi, simulacrum e Phrygia accersitum, ibi lotum est a Sacrificulis; unde mos annuus mansit sacer, eo die exportare Deam ad fluvium, et illic enitidare saxeam. Dies erat pridie Id. April. iter porta Capena. Ipsa Dea adeo credebatur hac ablutione mitigari, ut omnia velut de integro felicia portenderet Reipubli-

cæ. Redux in urbem publica lætitia simulacrum excipiebatur, ablutis omnibus malis ominibus.

*Leones*] Ubique Comites magnæ Deorum matri. *Barth.*

121 *Sin prohibent Parcæ*] Harum enim Imperium in ipsum est Jovem.

*Falsis auguriis*] Vulturum. *Barth.*

124 *Allia cædes*] *Pugnæ* Gyrald. Isingr. prim. Vatic. et sex alii. Sequenti versu pro *prosternite*, quod jam præcesserat, *permittite* legendum cum eodem Isingrin. Vatic. Mazarin. et Florentino S. Marci. etiam Pricæano atque Oisiliano. Patavinus *committe*. Stat. Theb. II. 'utinam his manibus permittere gentes Jupiter æque velis:' noster infra: 'turbinibus mediis permittite carinas.' I, II. in Rufin. 'miserum permitto casibus orbem.' Silius, I. XII. 'permisit flammis atque ensibus urbem:' sic et 'gladio permittere mundum,' Lucan. lib. VII. *D. Heins.*

125 *Sævi Pyrrhi*] Inter summos potentissimosque hostes rei Romanæ numeratur Rex iste. *Barth.*

129 *Sanctæque memor Tritonia*] Palladium enim erat, quod apud Virgines Vestales custodiebatur, Palladis simulacrum. *Idem.*

131 *Indigetes*] Indigetes dicuntur qui ex mortalibus in Deorum numerum relati.

*Si quos Roma recepit*] Quæ quidem omnes recepit, instar cæli, quo recipi dicuntur qui mortalitatem migrant. Nullum enim numen gentium non receptum Romanis. Quotquot enim provincias, populos, urbes, superabant, eorum omnium Deos partim publice consecrabant, partim per familias spargebant. Hinc factum ut omnium superstitionum colluvies Romam conflueret. *Barth.*

132 *Aut dedit ipsa Deos*] Cæsares et Reges intelligit, solennibus rebus in Deos relatos.

*Conda remitti*] Sic major scriptorum pars eleganti Græcismo. vulgo





corde. D. Heins.

*Corde remitti*] Sententia flecti. Sententiam aliam, aliud cor Dii dare Poëtarum mos est. Barth.

133 *Sacrum dextra sedare tumultum*] Vide ad I. Rufin. vs. 117. Dicturorum mos, manu protenta populo silentium imponere. *Idem*.

135 *Et contusa genas*] Scripti plerique *concussa, conscissa, discissa, confusa*, et similia: sed prim. Vatic. aliique nonnulli *contusa*: bene. Lucan. lib. IX. 'planctu contusa peribit.' *Idem* I. II. 'Effusas laniata comas, contusaque pectus Verberibus crebris.' Ita meliores scripti maximo numero: eodem libro antea præcesserat: 'Nunc, ait, o miseræ contundite pectora matres.' lib. III. 'Non lacrymæ cecidere genis, non pectora tundit.' Juvenalis, Sat. XIII. 'plana faciem contundere palma.' Seneca Thyeste, vs. 1046. 'Pectora illiso sonent contusa planctu.' ut bene Etruscus codex. D. Heins.

136 *Africa*] Simulacra talia non tam fictiones Poëtarum, quam Dæmonum prælusiones. Africam Curtio Rufo muliebri ita se specie obtulisse, nunciam futnrorum, testis Plinius Cæcilius, I. VII. Epist. 27. Barth.

137 *Crinales*] Sic enim Maro, libro VII. 'Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.' Intelligit autem noster pectinem eburneum, Africæ gestatum ob ebur peculiare ei provinciæ. Et alioquin pectinis usus familiarior Afris fuerit ob crispitiem, et durior comam. *Idem*.

138 *Effractum pendebat ebur*] Non *Et fractum* scripti meliores. eleganter: *ἐκκρήνησις* est, quam nunc *appositionem* dicunt. *dentes ebur* pro *dentibus eburnis*, ut Idyllio de Nilo loquitur. Sic lib. II. in Rufin. 'duplicem fossam non exsuperabile vallum Asperat:' ut recte ibi Vaticanus, pro *fossa vallata*. lib. I. in Eutrop. 'Auroram sane quæ talia ferre Gaudeat, assuetas sceptris muliebribus urbes

*Possideant:* pro *Auroræ urbes*. sic vetus liber. lib. I. in Stilich. 'stabant rutili grex aureus anni.' quomodo legendum. Pleni hisce deliciis poëtæ. Virgil. Eclog. III. 'Infelix o semper oves pecus,' pro *ovinum pecus*: ita meliores libri. Eclog. IX. 'Usque ad aquam et veteres jam fracta cacumina fagos,' non *veteris fagi*. Ecloga secunda dixerat: 'inter densas umbrosa cacumina fagos Assidue veniebat.' quæ egregie confirmant scriptam lectionem superioris loci. initio *Æneid*. 'Italiam fato profugus Lavinia venit Littora.' non *Lavinæque*. Georg. II. 'At rabidæ tigres absunt et sæva leones Semina.' non *leonum*. Sic tribus illis locis optimus ac vetustissimus Mediceus: similes mendas et in Ovidio deprehendimus, de quibus ad illum poëtam. mox *Irrumpit* non *Irrupit* sec. Vatican. *supernas fores* unus Med. non *superbas, supernas plagas* alibi etiam dixit pro *superas*. hoc tamen loco nihil temere mutem. Virgil. *Æn*, VIII. 'foribusque affixa superbis Ora virum tristi pendebant pallida tabo.' Statius, Theb. II. 'foribusque immissa superbis Unda fremit vulgi.' Seneca Hercule Furenti quoque Statius Epithalamio Stellæ: 'thalamique egressa superbum Limen.' Vide Gronovium ad Senecæ Tragedias, p. 350. 'Irrupit clamore fores' Stavianum hemistichium est Theb. VI. D. Heins.

140 *Arulso nexu*] Catena Elementorum, et vinculo, quo attingitur rerum omnium ordo. *Fœdera Mundi* vocat priore in Rufinum. Intelligit autem irrefutabile sapientiæ diviniæ argumentum, maris fluctus littora sua servare. Barth.

142 *Veniunt prærupta Pachyno Equora*] *Prorupta* opinor vel invitis membranibus, quomodo apud Maronem: 'Unde per ora novem vasto cum murmure montis It mare proruptum.' Adeantur quæ annotamus libro II. in Stilichonem, vs. 462. D. Heins.

*Pachyno*] A Sicilia usque tempestas

veniat Africam superfusura. De ustis vel calore incultis ejus Libyæ locis, de qua hic sermo, lege Lucanum, lib. ix. *Barth.*

145 *Illa perustæ] Præustæ* prior Leid. et Oiselianus. Sequenti versu medio calore non nimio Patavinus Ecclesiæ Cathedr. quod si sequamur, mox pro *medius* cum scriptis nonnullis melius *flag.* *Olympi* sit legendum: vide quæ noto ad lib. II. de Rapt. vs. 106. *D. Heins.*

148 *Medius flagrantis Olympi limes]* Zonam torridam dicit, nimio æstu inhabitabilem, quæ media cæterarum. Ovidius: 'Utque duæ dextra cælum totidemque sinistra Parte tenent Zonæ; quinta est ardentior illis.' *Barth.*

150 *Dominetur aratris]* *Aristis* bene scripti meliores: ne bis idem dicat. primus tamen et tert. Vatic. *aratris.* etiam Oiselianus. *D. Heins.*

151 *Dipsades]* Serpentum genus, descriptum Nicandro et Lucano. Dictum a siti, quia dipsade percussi proni se in fluvios abjiciant, donec rumpentur, humorem in se rapientes.

*Dipsades et cerastas]* Junguntur pro summe maleficis etiam Lucano: 'pro Cæsare pugnant Dipsades, et peragunt civilia bella cerastæ.' *Barth.*

153 *Gildoni fecunda fui]* Ovidii, 'Æacidæ fecunda fui:' postea pro tot annis prim. Vatic. annos. recte. supra: 'ideone tot annos Flebile cum tamida bellum Carthagine gessi?' atque alibi non semel. mox *tenetur* pro *tenemur* probe idem Vatic. et tres alii, modo distinctio mutetur: *transcripsit* quoque pro *transcribit* Gyrald. et *Exilis fundi* non *Exigui* Putean. cum Florent. S. Marci. *D. Heins.*

155 *Nostris jam luctibus ille Consequit]* *Consuevit* prim. Vaticanus pro diversa lectione. eleganter. *Idem.*

157 *Utinam regnum]* In quo sane tamen *majestas aliqua foret.* Et Africæ non inusitatum parere Regibus. Nunc inhonoro Latroni sine omni sceptro

parendum dolet.

*Privato jure]* Usurpabat enim Gildo provinciam, more potius licentiaque gentili, quam imperio legitimo. *Barth.*

158 *Fundi]* Ut vilem etiam nostri possessionem habeat Dominus vecors et ineptus. *Idem.*

159 *Barce]* Oppidum Pentapoli-tanæ provinciæ. *Idem.*

160 *Parætonio]* Ægyptiaco. Stephanus urbem vicinam Alexandriæ locat. *Idem.*

161 *Pars tertia mundi]* Ambiguum hoc multis. Nam Africam veteres Geographi adjiciebant Europæ. *Idem.*

162 *Distantibus idem Inter se vitiis cinctus]* Avaritia et prodigalitate. *Idem.*

165 *Morientibus hæres]* Modus exquirendarum divitiarum et sumtuum prodigalitati Regiæ. *Idem.*

166 *Virginibus raptor]* Tyranni est omnem necessitudinem naturæ nihili facere et delere. *Idem.*

167 *Nulla quies]* Ut malefactoribus usu venire solet. Salustius de Catilina: 'Animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat.' *Idem.*

168 *Dies]* Ob Proscriptiones, eque bonis ejectiones. *Idem.*

170 *Pulsatur]* Evertitur, conficitur. Sæpe sic plagæ corporis ad fortunarum animique læsiones ab scriptoribus transferuntur. *Idem.*

171 *Accitus conviva perit]* *Ascitus* in Pricæano, et Bononiensi: rectius, etiam in Helmæstadiensi: apud Statium Hercule Surrentino: 'Qua pater ætherius, mensisque adscita deorum Turba, et ab excelso veniat soror hospita templo:' ubi pari modo in vulgatis codicibus peccatur: *acciri* tamen *in convivium* legi apud Dictyn Cretensem, libro VI. 'Qua tempestate multi undique reges acciti domum Chironis, inter ipsas epulas novam nuptam magnis laudibus veluti deam celebraverant.' Ausonius Periocha Odysseæ VII. 'Accito ad con-

vivium Ulysse.' *D. Heins.*

*Mors nulla refugit Artificem*] Hoc est, nemo tam callidus tamque cautus est qui artificem cædis fugerit, exco- gitatis omnibus viis et speciebus mor- tis. Potest intelligi animi barbari delectatio in cædibus miserorum: quo spectavit forte vox Neronis jam se interemtori, *Qualis artifex pereo!* *Barth.*

173 *Ignota novercis Gramina*] *Om- nia* iniquitate insidiisque nocentia, novercis æquiparantur. Sic iniqua in- festaque loca agrorum. Insidiæ, et lethalia novercarum gramina singu- laris malitiæ proverbium fecerunt. Horatius: 'Quid ut noverca me in- tueris?' Ovidius: 'Horrida terri- biles miscent aconita novercæ.' *Idem.*

174 *Gramina*] Venenatas herbas. *Idem.*

175 *Liberiusque gemat*] Sic a tyran- nis ob lachrymas extinctos homines legimus, idque matrem, ob defletum filium.

*Dapibus crudelis in ipsis*] Exemplo Calignæ. Suetonius, cap. 32. *Barth.*

*Dapibus crudelis*] Tales fuere boleti olim, deorum cibus. *Claver.*

*Dapibus crudelis in ipsis*] *Crudelis heril. m* Reg. et Oxon. placet. mox pro *intentos capiti* cum primo Vaticano decem alii, *lateri.* et sex *urget* pro *ardet.* *D. Heins.*

177 *Fixus quisque toro*] Attonito et devotato velut animo. Hoc enim genus cogitationum animum clavis velut defigit. Sic defiguntur animo attoniti, incantati. Valerius Flaccus, lib. vi. 'Hac tunc attonitos facie de- fixerat hostes.' *Barth.*

178 *Carnifices epulas*] Mortis non securas. Modo dixit cædis fuisse ge- nus, acciri ad epulas tyranni.

*Incertaque pocula*] Metu veneni: quod ubique promptum tyrannis me- dicamentum. Ferebant secum parata venena Reges in omnem casum For- tunæ; ne necesse haberent hostium potestati succedere. *Barth.*

180 *Tartareo paratu*] Qui ad Tar- tara ducat, mortifero. *Idem.*

182 *Vino calefacta Venus*] Sine Ce- rere enim et Libero friget *Venus.* Ita scite Varro vinum suscitabulum Ve- neris vocat. *Idem.*

184 *Crinitos inter famulos*] Comta ministeria. *Idem.*

*Pubenque canoram*] *Decoram* prim. Vatic. et decem alii: *plebemque tres.* *D. Heins.*

185 *Orbatas jubet ire nurus*] *Nurus* Poëtis omnes fœminas signant. *Barth.*

186 *Arridere*] Non minus crudele factum Imperatoris illius, qui paren- tes filiorum supplicio interesse cogebat. *Claver.*

187 *Profuit*] *Præstitit* unus Am- bros. et sic in margine primi Vaticani manu viri docti erat castigatum: non sequor. *τὸ plus* subintelligitur. lib. II. in Eutrop. 'Concessoque cupit vixisse colonus, Quam dominus raptō,' id est, magis cupit: ita passim scriptores. *D. Heins.*

*Siculi mugitus ferre juvenci*] Nota res. Illud non indignum observa- tione, posteriorum seculorum tyran- nos idem supplicium usurpasse. *Barth.*

188 *Quam tales*] Omissa est vocula *potius.* Libro II. in Eutropium: 'con- cessoque cupit vixisse colonus, Quam Dominus raptō.' Vide ibi notata. *Idem.*

*Quam*] Id est, potius quam: sed enim *profuit*, quod supra, nescio quam vim habet. Dixit vero Livius: 'Ora- tionem precibus quam jurgio similem.' Tacit. 'Pacem quam bellum opta- bant.' *Claver.*

*Choros*] Saltationes cantusque quos modo dixit: pietatis scriptores in uni- versum hoc genus nocturnarum insa- niarum execrabile habent. *Barth.*

190 *Media Carthagine ductæ*] Ex- tractæ. *Barth.*

191 *Connubia*] Concubitus. Vel et conjugia indigna. *Idem.*

193 *Ingerit*] Invitis, et contra om- nia facientibus.

*Discolor*] Nigrior parentibus. *Barth.*  
*Discolor infans*] *Degener* Isingrin.  
 prim. Vatic. aliique sex. *D. Heins.*

195 *Peditum præcurrunt agmina longe*] Ut Romanum Principem cursores. *Barth.*

197 *Proturbat avita*] Non perturbat, conjectura Raphaelengii: confirmant aliquot ex nostris, etiam prim. Vaticanus.

200 *Fas erit*] Metuo ne hæc turbata sint. Ambros. optimæ notæ: *Fas erit?*—*Errantesque solo natali reddere cives*: in priore versu hiatus relictus erat. Moreti, et sec. Vatic. *Fas erit atque solo natali.* Tholos. *Fas erit errantes natali.* Reginus, *me reddere.* Med. et Rottendorphian. *mihî*: latet aliquid: mox *ni Jupiter*, non *nisi*, præstantiores aliquot cum primo Vaticano: idem Vatic. pro diversa lectione paulo post *patiemur inultas*, non *inultam*. *D. Heins.*

201 *Iret adhuc in verba dolor*] Erumperet. *Barth.*

202 *Voces adamante notabat Atropos*] *Parcas* Jovi amannenses et dictorum ejus exscriptrices facit antiquitas, ut scilicet in fatorum illico numerum venirent quæ elocutus esset summus Deorum. Nam verba Jovis fata irrevocabilia. *Idem.*

204 *Nec te, Roma, diu*] Verba summam Majestatem spirantia. *Idem.*

205 *Honorius*] Non ego, ait, sed mihi majestate proximus Romanus princeps. *Idem.*

206 *Securæ*] Æternitatem Romano Imperio spondet.

*Vestrum tenorem*] Jugis constantia, *tenor*. 'Fortunæ tenor' Petronio perpetua ejus inconstantia. *Barth.*

208 *Aflavit Romam meliore juventa*] Deorum spirabili afflatu vegetari, reflorescere omnia, traditio vetus.

*Meliore juventa*] Ætates urbibus, instar hominum, adscribi, notatum jam aliis. *Barth.*

211 *Erexit galeam*] Ipsa armatura,

ipse homo, cristis crescere videtur. *Idem.*

213 *Humentes Noctis equos*] Ab rore nocturno. Virgilius: 'et jam nox humida cælo Præcipitat.' Noctis auriga autem somnus. *Idem.*

214 *Volvebat sidera cursu*] *Curru* Gyrald. prim. Vatic. et tres alii: sic et Nocti suus apud poëtas currus: unus Ambros. *lapsu*. Pro *conus* prim. Vatic. et sex ex nostris *cornus* paulo ante: galeæ enim jam meminerat. Puto scribendum *Lævis et excussa*: non *Et levis*: *læve* enim et *rubigine scabrum* contraria. Naso in Fastis, lib. iv. 'Aspera Rubigo parcas Cerealibus herbis, Et tremat in summa læve cacumen humo.' *D. Heins.*

215 *Dicorum proceres*] Ambitio hominis! Nec communes Deos facit suos Principes.

*Majorque minorque*] *Seniorque* prim. Vatican. et octo alii ex nostris: ut infra: 'Italas senior tendebat in oras.' vi. Cons. Honor. 'Seniore supernas Jam repetente plagas.' *D. Heins.*

*Majorque minorque*] Pater et avus Honorii. *Barth.*

*Majorque minorque*] Intellige Theodosium comitem, avum Arcadii et Honorii, qui divinis fere honoribus consecratus est, quia, ut ex Drepanio loquar, debuerat esse Imperator. At Valens, audita aruspicum designatione, super literis Θ. E. O. Δ. plurimos quorum nomina ab iis incipiebant morte mulctavit, inter quos huic Theodosio majori, qui jam invidia similium obtrebatur, caput abstulit Carthagine. Fuit autem vir bello strenuus, et cujus laudibus L. Paçati oratio et Ammiani paginæ quasi gestiant. *Claver.*

219 *Sic cum præcipites*] Navi comparatur Respublica. Sic Imperator navis magistro. *Barth.*

*Sic cum præcipites*] Hæc comparatio visa est quibusdam nimis frigida et exsanguis. *Claver.*

*Artem*] Moderandæ navis scientiam. *Barth.*

220 *Verbera mutat*] Non motat vel mutat, libri meliores, et sic ex conjectura Raphelengius: pro *descensura ratis* quartus Vaticanus *Descensura*. Forte *desessura*, a desidendo, proprio hac in re verbo. Rottendorph. *Defensura*. 'In campum desidit apex' in antiquis membranis habuimus Epithal. Honorii, vs. 26. de navibus III. Cons. Honorii: 'Successæ sedere rates.' Naso, IV. Fast. 'Sedit limoso pressa carina vado.' Videantur annotata nostra ad tertium Æneidos Virgilianæ, v. 555. ubi id ipsum verbum revocabimus. *D. Heins.*

221 *Cæca sub nocte*] Caligine, aut vera nocte. *Barth.*

222 *Ledæi sustentant*] Castor et Pollux Spartæ ex Jove et Leda prognati. Seneca: 'geminum Tyndaridæ genus Succurrunt timidis sidera navibus.' *Idem.*

223 *Circulus ut pateat Lunæ*] Ultimus ætheriorum, sub quo demum omnia morti obnoxia. *Idem.*

224 *Ad oras*] *In oras*, et mox *simulac*, non *simulut*, Gyrald. aliique. *D. Heins.*

225 *Bosporus arctas*] *Bosporos* prim. Vatic. et excerpta Pomponii. *Idem.*

*Bosphorus*] Descriptio Byzantii visenda apud Xiphilium Severo. *Barth.*

226 *Arcadii*] Hic Princeps non adeo fuit laudatus: nam vel a puero nescio quid sinistri exercuit. *Claver.*

*Urbi Eoæ*] Romæ Orientali. *Barth.*

228 *Permixto tremuerunt gaudia fletu*] Ut solet insperata gaudia sequi fons lachrymarum. *Idem.*

230 *O mihi post Alpes nunc*] Post eas summo labore emensas. *Idem.*

231 *Unde tuis optatus ades*] Ex Maroniano Ænea II. Æneid. 'O Lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrum, Quæ tantæ tenuere moræ, quibus, Hector, ab oris Expectate venis?' &c. *Idem.*

232 *Feræ*] Plurimas barbaras gen-

tes et ante Principatum et ejus iniitiis domuit Theodosius. *Idem.*

233 *Præsidium*] Tutela, confugium. Horatius: 'O et præsidium et dulce decus meum.' *Idem.*

234 *Lugentque pium*] Clementem: quali Principe mortuo luget mundus.

*Fortemque requirunt*] Ob tumultus secutos. Quos compescuit tamen egregie Stilicho. *Barth.*

*Lugentque pium fortemque requirunt*] *Longeque pium* prim. Vatic. et Pricæanus a manu prima: neque aliter Oiselianus: pro, longum: Gigantomachia: 'nec te Proserpina longe Umbrosæ tenuere fores:' infra hoc ipso libro: 'in solis longe fiducia telis.' *D. Heins.*

235 *Rupit suspiria*] Ex imo pectore. *Barth.*

236 *Hoc erat in fratres*] *In fatis*, Regius, Pomponii et Gevartii excerpta. Ovid. Trist. 'Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris?' Lib. I. Metam. 'Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus.' Lib. I. Fast. 'Sic erat in fatis: nec te tua culpa fugavit:' nihil tamen mutandum: paulo aliter secundis curis hæc distinguit Barthius. *D. Heins.*

*Hoc erat*] Ironica indignatio abrupto sermone. Virgil. Æn. II. 'Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per enses, Eripis!'

*Medio*] Interveniente, conciliante. *Barth.*

237 *Germanaque dissidet aula*] Una, totius mundi reatrix, a consensu fratrum. *Idem.*

238 *Tanti sit palma furoris*] Discordiæ tantæ, tantorum odiorum concussionumque Mundi pretium sit salus Gildonis, impetente Honorio, defendente Arcadio. *Idem.*

*Fit causa furoris*] *Sit palma* Gyrald: et quatuordecim alii: bene. *D. Heins.*

239 *Egregius morum*] Mores, omne genus virtutis.

*Magno*] Magno pretio. Maro:



' magnoque optaverit emtum, Intactum Pallanta.' *Barth.*

240 *Pietas infracta*] Contusa, confracta; particula enim auget vim verbi.

*Recedat*] In vicem ejus objecto odio, terrarumque orbe civilibus dissidiis discusso. Sane felicitas fuit seculi compositum hoc bellum. *Barth.*

*Infracta recedat*] *A fratre* Isingrin. prior Leid. Pricæan. et unus Petav. prim. Vatic. cum decem aliis in *fratre: fraterna* scribendum puto. Barthius vulgatam scripturam tuetur. *D. Heins.*

241 *In primo genitore*] Considera, inquit, merita, sive virtutes, Gildonis: in me primum, parente tuo. Loquitur bellum civile cum Maximo et Victore, insigni virtute Theodosii confectum. *Barth.*

242 *Dissidium*] *Discidium* pri. Vatican. aliique plurimi: sed frustra. paulo ante habuimus, 'mundus germanaque dissidet aula.' *D. Heins.*

*Sub ictu*] Sortis nimirum. Locutio proverbialis: Sub uno ictu esse omnia. Ictus enim subita et improvisa percussio. *Barth.*

245 *Auxilio favere Getæ*] *Fovere* Ald. et scripti aliquot cum prim. Vatic. Lucan. 'Votis tua fovimus arma.' Barthius tamen pro vulgata scriptura digladiatur: superiori versu, *qui non adjucit* unus Medic. concinne: ut et Palatinus: *egentem auxilio* præterea, *non euntem*, unus Ambros. Naso Trist. l. El. iv. 'Causa mea est melior, qui non contraria fovi Arma.' *D. Heins.*

247 *Fluitante fide*] Ambigua, instabili. *Barth.*

*Si signa petisset*] *Tulisset* duo Med. et Palat. ut lib. II. de Rapt. *signa Deis adversa tuli: mox detecto* legendum cum omnibus scriptis. nisi quod primus Vaticanus *defecto*: hoc est, defectionem molito: minus dolerem, si palam a me defecisset, seque hostem meum esset professus. Isingrin. *defenso*: in Oiseliano etiam *defecto*. Raphelengius Delrium secutus *dejec-*

*to*: frustra. Nihil hic difficultatis. Detectum hostem vocat apertum, non occultum: nec damnandum  $\tau\delta$  *defecto*. *D. Heins.*

248 *Obvia*] Contraria. *Barth.*

*Obvia detecto*] Hoc dicere voluit: Si, debellatis hostibus, obviam mihi progressus, gratam sibi meam victoriam fuisse significasset; minus illi succenserem. Quid subaudiatur, nemo non videt. *Delrio.*

249 *Restitit, &c.*] Medium se gerendo, ut ait Livius, hæc illave defensus, prout invaluissent. Arma aperta palam vites, ait Tacitus, fraus et dolus occulta, eoque inevitabilia. *Claver.*

*In speculis fati*] Speculabundus Fortunam, et ad ejus momenta fidem collibrans. Natum a speculatoribus, qui locis tutis et altis dispositi nunciabant advenientem hostem. *Barth.*

250 *Libravit geminas eventu judice vires*] Quo fortuna partium, eodem ejus inclinabat favor. *Idem.*

251 *Ad rerum momenta*] Libra velut præsentem. *Momenta*, nutus et renutus. *Idem.*

252 *Fortuna simul cum Marte pependit*] Martem enim Fortunæ, hoc est, consilia sua eventui apta habuit Gildo, ut sermocinatur Theodosius. Noster codex etiam erectiorem sententiam præfert, in hæc verba: 'Victori; cum Marte simul Fortuna pependit.' Qua verborum collocatione etiam lucidior sententia. Fortunam suam Marti dubio applicavit; hoc est, fidei, quam mihi debebat, rationem prorsus nullam habuit. *Idem.*

*Simul cum Marte pependit*] *Mente* Gyrald. et sex alii cum excerptis Pomponii Vatican. quod damnat Barthius. prior cum *mente* Mazarin. Mox *Etsi* pro *O si* idem Gyrald. et octodecim ex nostris: ac primæ Edd. Excerpta Put. *At si*. Forte *Quod si*. nam quartus Vatican. *Ut si*. *D. Heins.*

253 *Cupidis astris*] Sic blandiuntur Principibus suis Poëtæ: Horatius ad

Augustum: 'Neve te nostris vitiis iniquum Ocior aura Tollat.' *Barth.*

254 *Exemplum sequeretur Tullii*] Res gesta nota. Vide Livium, Florum. *Dumis laniatum* ait Claudianus quod raptus equis per loca senta, flagris ante cæsus. Fufetium scribendum, non Sufetium, docuerunt pridem docti viri. *Idem.*

255 *Aptarem membra quadrigis*] Aptandi verbum in deliciis Claudiano novi: hic tamen *raptarem* malim: quod Rubenii excerpta confirmant, et prima editio. Virgil. 'Raptabatque viri mendacis viscera Tullus.' idem de Hectore: 'Raptatus bijugis ceu quondam.' Vetus poëta apud Ciceronem, libro 1. Tusc. Quæst. 'Vidi, videre quod me passa ægerume, Hectorem quadrijugo curru raptarier.' noster lib. 1. in Stilich. 'Tu neque vesano raptas venalia curru Funera.' *D. Heins.*

257 *En iterum calcat*] *Nunc iterum* prim. Vatic. et potior cæterorum pars. *Idem.*

*Calcat*] Responsa ut Principis, vel et Dei. *Calcat*, cum contumelia negligit et proculcat. *Barth.*

258 *Post patrem fratremque*] Deceptos et delusos, quia crediderunt. Perfidia Gildonis toto hoc opere traducitur, cum infamia gentis. Sequentia clare docent, Arcadio addere voluisse Gildonem detractam Honorio partem. *Idem.*

259 *Inque tuam sortem*] Partem Imperii Paterni. Ab Eutropio Eunuchio totum hoc fuisse, et ejus instinctu Honorium voluisse Africa intervertere Gildonem, scriptor Zosimus. *Idem.*

260 *Mercede placebit Proditio*] *Seditio* prim. Vatic. pro diversa scriptura: quomodo et sex alii. Forte *Deditio*: sic et peccatum Præfatione libri 11. in Eutropium. præcedentia confirmant. *Proditio* minus hic ferenda, quia *proditior* paulo ante præcessit. *D. Heins.*

261 *Læsi fratris*] Honorii. Quem

ob crimen fugisse dicit Gildonem. Intellige fratris liberos cæsos.

*Transfuga*] Ob id miuime carus habendus. *Barth.*

262 *Levis ingenio*] Ut probatum scelere in ipsum Theodosium jam commemorato.

*Discrimine summo*] Licet adeo, inquit, res nostræ fuerint accisæ, ut dubiis nobis de vita periculis eximenda, jamque sub ictu lethi constitutis, immineant extrema omnia, tamen antiquis moribus salus non placeat quam attulerit proditor. *Barth.*

263 *Suspensa morte*] Tamdiu dilata. Licet, inquit, aliquando necessario utamur proditore, tamen, pulsus malis, luce recepta, illum odimus, et pœnæ etiam subdimus. *Idem.*

*Suspensa morte salutem*] *Suspensam* malo cum uno Ambros. et *nusquam* pro *nunquam* cum priore Leid. *D. Heins.*

264 *Nunquam gratus erit*] Proditor ipse nunquam poterit amari.

*Luce reperta*] Reparata. *Barth.*

*Damnamus luce reperta*] Gyrard. Isingrin. et quatuor alii, *recepta*. neque aliter diversa scriptura prim. Vaticani: quod secutus Raphelengius. nihil temere mutem. Virg. *Æn.* 1v. vs. 14. a fine: 'Quæsivit cælo lucem, ingemuitque reperta:' sic 'fraude reperta' libro 1. in Eutrop. 'nec fraude reperta Cautior elusi fremitus vitare mariti,' et libro 11. vs. 589. 'hac fraude reperta,' non *arte*: ex antiquis membranis. Statius, *Theb.* x. 'subitus mox fraude reperta Exclamat.' *Theb.* vi. 'fraude reperta Raptus in excelsum,' de Antæo. *D. Heins.*

265 *Nec nos patimur committere tali Hoc genus emptori*] *Nec ros* cum Claveriana editione Barthius: quomodo tert. Vatic. sec. Ambros. et Mazarin. *Idem.*

*Nec nos patimur*] Hoc est, nostro lubitu, nostroque assensu nunquam Imperatorio generi vestro eam maculam inurētis, ut proditione alter

alterius velit partem divisi Imperii concerpere, ad seque transferre. Indignum nimirum facinus genere et indole Regia, suaque sobole, ait Theodosius. Potest et Eutropium turbaram redemptorem intelligere.

*Committere emtori*] Possunt referri hæc ad Eutropium. Committere emtori, si argutari velis, sit emere. *Barth.*

267 *Hic vendit*] *Hoc* scripti fere omnes: próbe. pro *nec nos duo vos. pro committere*, unus *Med. concurrere*. hæc sana non videntur. *D. Heins.*

*Vendit patriam*] Summo a parricidio scelere. Patriæ enim a parentibus honor debetur summus.

*Plerique in tempus abusi*] Contestata res gentium historiis, proditores post operam suis moribus interemtos. *Barth.*

268 *Tenuit sic Graia Philippus Opida*] In Oiseliano *renuit*. *D. Heins.*

269 *Pellæo libertas concidit auro*] Notæ artes Regis astutissimi, dictis etiam celebrata; ut cum nullum locum inexpugnabilem autumavit, quo adigi posset asellus auro onustus.

*Pellæo*] Per contemptum non raro nominatur Urbs ante Philippum et Alexandrum contemptum oppidum.

*Auro*] Notum Oraculum: Ἀργυρέαις λόγχοισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις. *Barth.*

270 *Romani scelerum semper sprevere ministros*] Ferro enim et virtute, non auro et negotiationibus, bella gerabant. *Idem.*

273 *Petit*] *Petiit. Idem.*

274 *Patrare*] Conficere, perficere.

*Per famuli nefas*] At quis hic famulus? Explicant historici. A. Gell. 'regis Pyrrhi amicum,' lib. III. cap. 8. vocat. Valer. Antiati veteri historico 'Timochares Ambraciensis' dicitur. *Dempster.*

*Ductosque Camillus*] Historia apud Livium, lib. v. *Barth.*

275 *Pueros obsessæ, &c.*] Apud Flo- rum narratur hæc hist.

277 *Moveat*] Concutiat, convellat.

*Quod respuit alter in hostem*] Scelus videlicet prodicionis. *Barth.*

*Quod respuit alter in hostem*] *Quem* Lovan. *Lego, quem respuat, vel, quod respuat.* flagitium prodicionis. pro *prælia solvant* prim. Vaticani discrepans scriptura tollunt. *D. Heins.*

279 *Condonat habenas*] *Cum tradit* plerique scripti, aut *cum tradat, cum donat, cum turbat, cum prodit, et similia.* Puto, *cum tradit, velnum tradit:* possit et *cur donat, vel, num.* *Idem.*

280 *Tanta provincia*] In alias sex divisa; Carthaginem, Numidiam, Tripolim, Byzantium, Mauritiam Siftensem, Mauritiam Cæsariensem. *Barth.*

281 *Animus mutaverit anceps*] *Nutaverit* legendum cum melioribus libris. Aldus et scripti nonnulli *animus mutaverit:* unde *animus nutaverit* olim emendandum videbatur, quod Silium sic locutum existimarem l. i. 'Stantem pro muro et nutantem membra Caycum:' sic enim Oxon. liber, non *mutantem, vel mutantem:* vel cum Colon. 'mutantem vana:' vel cum P. Victorio 'mutantem verba:' l. vi. 'Arduus ille super tumidis cervicibus altum Nutat utroque caput:' sic Colon. optimus: l. xvii. 'Quos ubi nutantes conspexit Amilcare cretus Terga fugæ:' quomodo prima editio, non *mutantes:* nunc accuratius loca illa perpendenti primo versu *nudantem membra,* et tertio *nudantes terga,* scribendum videtur. Est enim Virgillii illa imitatus Æneid. v. 'Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt Infensi.' medius versus distinctione post τὸ super juvandus. Ad Claudianum igitur ut revertamur, cum Lovan. *animus nutaverit* exhibeat, nullus dubito *animus nutaverit anceps* legendum: sic alibi, 'Ambiguus vitæ jacuit:' et 'Ergo animi victus:' et Cons. Manlii, v. 211. 'Sic patiens animi per tanta negotia liber Emergit:' quomodo vetus liber: nihil magis obvium: apud Apuleium in *Metamorph. libris:* Impos animi, infirmus, æger, saucius, vecors animi,

furens, externatus, attonitus animi, festinus, recreatus, tenellus animi: et similia. apud Maronem: fidens animi, amens, inops, infelix animi: furens, præceps, miseratus animi: egregius et præstans animi. apud Silium: ardens, æger, dispar, erectus, furens, turbatus animi. apud Statium: florens et eximius animi. apud Catullum, 'vagus animi,' Galliambo. apud nostrum, 'victus animi,' libro II. in Rufinum; libro II. i Eutropium, 'exiguus animi.' *D. Heins.*

282 *Refuum*] Iustar reciprocantium fluctuum. *Barth.*

283 *Mauri fuit Africa munus*] Malim *fluit*, si superiori versu *refugum* pro *refuum* cum Tholosano legas. Posset et scribi *Maurique fit Africa munus*. Barthius vulgatum tuetur. *D. Heins.*

*Mauri fuit*] Portento enim simile aliquando fuisse Africam Latronis unius Mauritani donum. Munus ejus qui donat. *Barth.*

284 *Massylas fraudes, bilingues Insidias*] Afri omnes populi malignitatis et dolosorum animorum traducuntur. *Idem.*

*Bilingues*] Ambiguas. Aliud sensu, aliud lingua tenentes.

285 *Doli spirantia virus*] *Soli* cum scriptis et primis edd. legendum: ut apud Juvenal. Sat. III. 'facilem stillavit in aurem Exiguum de naturæ patriæque veneno:' vidit veram quoque scripturam secundis curis Barthius. *D. Heins.*

*Verba doli spirantia*] Totus Principis sermo in eo est, ut Afram omnem gentem, natura cæli, solique conditionibus perfidiæ infamet, filioque cavendam præpingat. *Barth.*

286 *Ne consanguineis certetur cominus armis*] Hoc enim agebat sive Gildo, sive per eum Eutropius, ut Honorium Arcadio committeret, ipse iis bellantibus securior foret, aut excusso jugo provincia abuteretur pro sua. Sane magna Honorii felicitas, nec sine causa tantopere alibi celebrata

Orosio, qui interventu fortuito Masceleris tantis discriminibus tam repente emersit. *Idem.*

287 *Deprecor*] *Ne, precor*, prim. Vatic. et viginti alii: optime: imitatus illa: 'Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella.' Videantur quæ notamus ad Epist. Heroid. XVI. Nasonis. *D. Heins.*

288 *In Mauros hoc crimen eat*] *Oppositis* fratribus. Id factum sane, cum, pacatis Romanis, Mauros fratres fratricidium colliserit. *Barth.*

289 *Molitur*] *Malo molitus: devotior pro devinctior* Ald. et Patav. recte: amat enim eam vocem noster. *D. Heins.*

292 *Cum divus abirem*] Nota consecratio. Quibus ad suum usque Principibus contigerit diligenter notat Eutropius. Donum Principum sequentium, tyrannis nunquam datum.

*Abirem*] Statione cederem. *Barth.*

293 *Res incompositas*] Sane ordinaturus adhuc Imperium, vix superato Eugenio Tyranno.

*Tumidas*] A mari male quiescente, quod tumere tum dicitur. *Barth.*

294 *Stringebat*] *Stringebant* lego cum uno Ambros. dictum alibi. *D. Heins.*

*Etiamnum*] Vetitos pace, tamen remanentibus odiis. *Barth.*

297 *Quiescet*] *Lege quiesset*, ut recte prim. Vatic. et alii aliquot, pro *quievisset*: sic *extinxem* pro *extinxissem* apud Virgil. et similia. Silius, lib. VIII. 'Ignosset, quamvis avido committere pugnam, Varroni, quicunque simul tot tela videret.' Inepte vulgo *ignoscet*. lib. XI. 'Tum deus ut liquidi discisset stagna profundi, Tellurisque globum media tellure locasset.' Sic optimus Coloniensis. Vulgati *discussit* et *ligasset*. lib. XVI. 'Vos hodie posco, superi; protractis ad arma Quod profugos, satis est:' ita idem codex. Perperam nunc legitur, 'protractus ad arma Quod profugus.' apud Maronem, 'pœnam traxe per

omnem' pro traxisse. *Æn. xi. Vixet pro Vixisset: et jusso pro jussuro: in hoc tamen Claudiani loco prim. Vatic. pro diversa lectione quievit: pro qui-erit puto. D. Heins.*

298 *Quod libera tanti]* Quid cum membranis scribo. Barthius *ne libera cum Cujacianis libris, et nonnullis editionibus. Idem.*

300 *Metu]* Principis, qui compescere eos auctoritate poterat. Fuisse bellicorum et armorum peritum etiam hostill in eum alioquin animo, testatur Zosimus.

*Dissensus acerbus Sed gravior consensus]* Dissensus enim bellum inter fratres civile confecturus erat: Consensus novum omnino Principem illaturus, spreto stirpe Theodosii. *Barth.*

301 *Et gravior]* Sed scripti quidam. *D. Heins.*

302 *Tenerumque rudemque]* Non tamen usque adeo talem. Constat enim Arcadium natum esse triennio ante Imperium Theodosio collatum. Jam imperavit hic annos xvii. sex cum auctore suo Gratiano, undecim solus, et cum filiis: ut vigesimum ætatis annum egerit moriente patre. *Barth.*

303 *Veros Principis]* Qui non egerent Moderatoris. *Idem.*

304 *Quem tu tremuisse fateris]* Vide Zosimum. Sane magno malo fuisset ei citra Stilichonem Rufinus. *Idem.*

308 *Ceu præsens numenque]* Numina ubique præsentia etiam pagani fingeant omnia contueri.

*Si tanta recusas]* Si te non movent a sententia tot taliaque monita meritaque Stilichonis: reverentia tamen ejus moveare, a fovendo hoste publico, qui socer est fratri tuo, et sic tibi pene Pater. *Barth.*

*Si tanta recusas]* Si jussa Oxon. placet: sequenti versu *rd at bis repetendum cum scriptis: perperam vulgo aut. D. Heins.*

310 *Mæa Serena]* Fratris filiæ Honorii, nuptæ Stilichoni. *Barth.*

313 *Tulisset]* Tulissent rectius prior *Delph. et Var. Clas.*

Leidens. duo Vaticani, et Pricæanus. *D. Heins.*

314 *Permitte]* Non obnitere. Die pellat, aut ne obsta: res erit confecta. *Barth.*

315 *Ille licet sese]* Similia prorsus, *iv. Cons. Hon. vs. 103.*

318 *Consilium]* Prudentiam. Non abs re ubique in Stilichone a nostro commendatam.

*In omnes Æqualem casus animum]* Nullibi ad motus aut Fortunæ aut effectuum mutantem, aut secus agentem quam res postulet. *Barth.*

320 *Inveniet virtute viam]* Secundum tritum illud Nasonis: 'Invia virtuti nulla est via.' *Idem.*

*Sic Divus, et inde]* Malo, at inde.

324 *Tutior]* Porro non mutabilis. Negat postea fratris possessionem turbaturum. *Barth.*

325 *Longo sermone]* A tanto scilicet tempore. *Idem.*

*Sermone volutant]* Retexunt prim. Vatican. Putean. Oiselianus, et Patavin. probe: quo sensu sæpe Prudentius. Statius Theb. iii. 'multumque et ubique retexens Legatum sese Graia de gente petendis Isse super regnis: ' libro ix. 'Sed memor Elyea regis, noxasque retexens Tydeos: ' ubi nihil ex scriptis mutandum. pro *percenit* mox idem Vatic. *convenit: et qua fusus, non quo: qua pro ubi.*

327 *Fusus Honorius ostro]* Fortis plerique libri: prior Moreti *fultus: ut Nuptis Honorii: 'hoc navigat ostro Fulta Venus: ' apud Silium, lib. xi. 'Nec pudeat picto fultum jacuisse cubili: ' hinc et fulcrum. Vide quæ notamus Epithalamio Honorii, vs. 151. Statius, Theb. ii. 'Regis Echionii stratis allapsus, ubi ingens Fuderat Assyriis exstructa tapetibus alto Membra toro.' *D. Heins.**

*Ostro]* Veste purpurea stragula. *Barth.*

328 *Carpebat somnos]* Verba inferunt sonum quodammodo suaviter dormientis.

*Claud.*

4 U



*Maria*] Syllaba notanda. In Nuptiis: 'Mariæ sed luce minores Eligat ornatus.' Prudentius *Psychomachia*: 'Nec mea post Mariam potis es perfringere jura.' *Barth.*

330 *Devictos Mauros*] A Theodosii præcessoribus. Vide Ammianum. *Idem.*

*Devictos tenuit fiducia Mauros*] *Devictis tumuit fiducia Mauris* Gyrard. excerpta Læti, et quindecim alii, nisi quod in Regio *dementia*. Noster alibi: 'Tantane vos, inquit, Getici fiducia belli Erigit? hinc animo frustra tumuistis inani?' Val. Flacc. l. i. 'Sed non sponte feror, nec nunc mihi jungere montes Mens tumet.' Quod in *tamen* frustra mutant, lib. ii. 'nec enim alma videri Jam tumet, aut terei crinem subnectitur auro.' Ita locum vexatissimum corrigendum puto. Noster initio Cons. Manl. 'plausue tumet clarescere vulgi:' quomodo vetus liber. Statius *Achilleide*, lib. i. vs. 348. 'vestesque latentes Diducit, sparsumque tumet componere crinem.' ita testatur se in vetusto codice invenisse Cl. Gronovius: vulgati *studet*: sic et *fremere* cum infinitivo apud eundem Statium *Achilleide*: 'non aspera præbet Ora lupis, dominique fremitu captivus inire Imperia.' quomodo vetus exemplar. multi alii *gemit*. vulgati *negat*. vulgatum *tenuit fiducia Mauros* ex illo Virgiliano potest defendi, *Æneid.* primo: 'Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?' *D. Heins.*

331 *Conjurat in arma*] Ne videatur bellum legitimum agnoscere, conjurasse dicit. *Barth.*

332 *Progenies vesana Jubæ*] Numidas dicit. Populi enim Regum suorum soboles perhibentur. *Idem.*

333 *Firmumne jacentem*] Firmi rebellionem habes apud Ammianum Marcellinum, lib. xxix. Zosimum, lib. iv. *Idem.*

*Firmumne*] Hic tyrannus adeo fidens animi vel impudens fuit, ut pur-

puram indueret. Exstat nummus ejus faciem præferens cum hac inscriptione, *Dn. Firmus P. F. Aug.* Hunc Theodosius comes debellavit. *Claver.*

*Firmumne jacentem*] Tres fratremne. cum Glossa, *Firmum*. *D. Heins.*

335 *Rursus habent*] *Avent* corrigat secundis curis Barthius. *Idem.*

*Rursus avent*] Conantur, cupiantque tangere, nobisque ereptam sibi vindicare. *Barth.*

336 *Germani nec fata timet*] Fuit enim Gildo frater illius Firmi, qui non futili bello, in Africa Romanos appetivit. Ammianus, l. xxix. *Idem.*

337 *Notosque senex*] Accuratissimus scriptor alludit militarem vultus torvitatem in seniore Theodosio. *Idem.*

338 *Meam umbram*] Etiam tenuem speciem. *Idem.*

344 *Currus*] Currus triumphantium laureis cincti. *Idem.*

346 *Dii bene*] Bene, ait, tibi consuluerunt, parem meæ gloriæ conferentes, dum, ætatis tanto spatio interlabente, alterum ex fratribus mihi dederunt triumphandum, alterum servarunt tibi. Triginta circiter anni has victorias sunt interlapsi. *Idem.*

348 *Dixit, et afflatus*] *Affatus* Livineius notis in Propertium legi jubet. quomodo et in ora codicis sui idem notarat. quod Tholosanus liber confirmat. nihil mutandum tamen. Umbra Anchisæ, *Æn.* v. 'Jamque vale, torquet medios nox humida cursus, Et me sævus equis Oriens afflavit anhelis. Dixerat; et tenues fugit, ceu fumus, in auras.' quæ noster procul dubio respexit. *Idyllio de Phœnice*, 'longeque coruscis Nox afflata rotis.' *D. Heins.*

349 *Immanibus*] Prægrandibus. *Barth.*

354 *Sancte pater*] Venerande. *Idem.*

356 *Venatu cingere saltus*] *Visus destringere saltus* prim. Vatic. Isingr. et quinque alii ex nostris. Latet ali-

quid. nam *visus ferri* non potest, cum *videbar* mox sequatur. an *visu destringere?* sic et Rutilius castigandus Itinerarii libro secundo, sub initium, ubi pari modo *cingere* nunc circumfertur: 'Italiam rerum dominam qui stringere visu, Et totam pariter cernere mente velit.' posset et legi *venatu stringere*. noster infra: 'quæcumque meo gens barbara nutu Stringitur, adveniat.' l. II. in Stilichon. 'Transvehitur Thuscos Apenninusque volatu Stringitur.' D. Heins.

360 *Injecta mapalia tabo*] Casæ pastorum Libycorum. Festus: Mapalia casæ Pœnicæ appellantur, in quibus nihil est secreti. Leonem regem Animantum, Gildoni componit, ut victoris augeat gloriam. Barth.

364 *Defluxere jubæ*] Quas irati Leones erigunt. Idem.

365 *Injecta vincla Unguibus*] Venatorum veterum mos, captum Leonem quadrupedem constringere. Idem.

*Injectaque vincla Unguibus*] *Ingestaque* septem scripti. bene. IV. Cons. Hon. 'ingesto crispatur purpura vento.' *incensa* Helmæstadiensis. D. Heins.

368 *Hortator me cogit*] Alii *Hortatu*. *Hortatu me tangit* prior Leid. venuste, pro *quonam usque remoti*; olim *remissi* legebam, ut alibi, *me nimium junxere remisso Fata viro*: quod confirmavit postea Rottendorphianus liber. 'posito remissa luctu' apud Statium Lucani Genethliaco. prior Moreti et Farnesianus, *morati*. paulo post *pelagi minas non moras* scripti plerique. Lucan. l. v. 'nubila nusquam Undarumque minæ.' aliter tamen prim. Vatic. Idem.

*Hortator*] Auctor, Impulsor. Barthius.

370 *Transmittere primus*] Paria IV. Consulatu. Idem.

372 *Germania tota feratur*] *Cuncta* Gyrald. prim. Vatic. et quatuor alii: sic alibi 'cuncta vetustas.' et l. II. in Entrop. 'unaque cuncto Pœna ma-

net generi.' Apuleius, *Metam.* III. 'Nam cum fere jam tertia vigilia scrupulosa diligentia cunctæ civitatis ostiatim singula considerans circumirem.' Ita legendum. Paulo ante dixerat: 'Neque parva res, sed pacem cunctæ civitatis respiciens.' lib. VIII. 'Civitas cuncta vacuatur studio visionis.' Ita probe veteres libri. *cuncta* perperam a vulgatis abest. D. Heins.

374 *Rhenum*] Germanos Gallosque Romanis militantes. Barth.

375 *Sedens*] Otiosus velut, et non habens quod agam. Idem.

377 *Alterius*] Valentiniani: ejus ut proprii filii, interfecto Gratiano, Regnum tutatus est Theodosius, sorore etiam in conjugium adscita, quæ cum fratre et matre ad eum profugerat. Idem.

*Alterius*] Theodosius Imperator, princeps grati animi et memor, Valentinianum juniorem, fratrem Gratiani (a quo diadema Orientis accepit) vi armata in integrum restituit; Maximo interfecto: dein secundo Alpes fregit ipsius ulciscendi causa, et debellaturus Eugenium. Vide Sidon. Claver.

378 *Nos prædæ faciles insultandique jacemus*] *Insultandæque*. Palatinus. D. Heins.

380 *Tubam*] Conflictum Bellicum, tuba commissum. Barth.

381 *Auferet*] Velut dolo. Idem.

*Auferet ignavus*] Sic Raphelengius cum Isingr. prim. Vatican. et Putean. Vulgo *Afferet*. Lego *An feret*. Posset etiam reponi, *Ut ferat ignavus?* quod indignantis est. *fati* etiam pro *lethi* prior Moreti. et *decernet* scripti omnes. et *Chaos miscebis non miscebit* Palat. D. Heins.

382 *Decernet Honorius inde, Hinc Gildo*] Gloria autem homini obscuro a nobili manu interire. Barth.

384 *Plus nominis horror*] Alibi idem non semel. 'Fama bella constare.'

385 *Minuunt præsentia famam*] Mi-

vult Gyrald. aliique complures. *utile factu* etiam, non *factu*, prim. Vatic. et multi ex melioribus. *D. Heins.*

*Minuit præsentiā famam*] Hinc absconderunt gentes nonnullæ suos Rectores. *Barth.*

386 *Qui stetit, æquatur*] Itaque sapienter monentur proceres cum dignitate inferioribus non confingendum.

*Campo*] Bello, prælio, Marte. *Barth.*

387 *Majestatem*] Principis Romani supra omnes reliquos mortales. *Idem.*

389 *Est illi patribus*] Est illi, inquit, germanus frater, utroque parente quoad genus, sed minime iisdem moribus, *Mascelaris*, aut quocunque tandem nomine iste Regulus consitus fuit.

*Est illi patribus*] Inepte vulgo *paribus*. iisdem parentibus. *idem* pro *isdem* prim. Vatic. atque nonnulli, et *patruus* pro *patribus*. *D. Heins.*

*Non et moribus isdem*] Ut non raro diversa sunt studia adolescentium iisdem parentibus ortorum. *Barth.*

390 *Mascezel*] Præclarum inventum *Stillichonis*, qui destitutus occasione belli indicendi, Principis Honorii nomine, quod sine *Arcadii* offensa non poterat; hunc *Maurum* justo dolore, sed privata injuria accensum in fratrem *Gildonem* cum valida manu quasi summisit: unde victor reversus est, at non multo post *Mascezel* in ponte quodam ambulans, signo *Stillichone* dato, in aquam detrusus est; quod factum *Christiani* quidam justo Dei judicio ascribunt; *Zosimus* invidiæ. At *Gildo* in breve coactus sibi ipsi manus intulit. *Claver.*

*Mascezel*] Sic *Gyrald.* prim. Vatic. excerpta *Læti*, aliique nonnulli cum *Aldo*. mira diversitas hujus nominis in scriptis. Vulgo *Macezer*. *Masceziel* vocat *Orosius*: sed scripti meliores ibi quoque *Mascezel*, ut hic. et sic *Marcellin.* in *Chronico*. apud *Amnianum*, lib. *xxix.* *Mascizel* est. *Jornandi* et *P. Diacono Mascelzer*. *Mas-*

*celzel* Monacho *Altissiodurensi*. *Zosimo* *Μασκέλληλος*. corrupte. *D. Heins.*

*Piacula fratris*] Distingue: *Mascizel*; fugiens qui dira *piacula fratris*, *Spesque suas vitamque tuo commisit asilo*. *Barth.*

393 *Patrias in pignora contulit iras*] Quas in patrem gerebat *Gildo*. *Idem.*

394 *Quosque manu pueros parvos*] Et quos ipse sinu parvos *Gyrald.* prim. Vatic. et quinque alii. tres itidem: *Et quos ipse manu*. duo *Quosque sinu pueros*. hinc proverbium in sinu aliquem gestare, et in sinu ferre. Pro *Occidit* recte *idem* *Gyrald.* prim. Vatic. et quinque alii, *Obtruncat*: quo verbo frequenter usus est *Virgilius*. *D. Heins.*

396 *Dispulit*] Ipsa dilacerata cadavera disjecit, quod summæ immanitatis.

*Tumulo arcuit umbras*] *Crudelitas* summa, jam inde a *Creonte* *Thebano*, theatris decantato. Hic vero res augeatur cognatis cadaveribus in quæ sævitur. unde ait: 'Naturamque simul fratremque, hominemque, cruentas Exuit.' *Barth.*

398 *Tenuem invidit arenam*] Sepultura etiam erat arena injecta cadaveri; adeo sancta et necessaria res censebatur. *Horatius* de *Archytæ* cadavere: 'Quamquam festinas, non est mora longa, licebit Injecto ter pulvere curras.' *Idem.*

399 *Refugo sole*] Prodigio summis sceleribus detestandis notato. *Idem.*

400 *Reddidit*] Non prior intulit, sed scelus scelere ultus est. *Redditur*, quod repercutitur. *Idem.*

402 *Hic odium*] Ita scripti multi. prim. Vatic. aliique complures *Hinc*. quidam etiam *Hoc*. Vulgo *Hoc*. *Barthius* *Huic*. et sic quintus Vatic. *D. Heins.*

*Perdita jura*] Omne fas. Merito ergo fratrem deseruit et expugnavit *Mascezel*. 'Nulla enim amicitia esse supra leges debet.' *Barth.*

403 *Nudi pulvere Manes*] Velut in-

damento necessario despoliati. *Barth.*

404 *Si flentibus aram*] Clementiæ et Misericordiæ ara, Athenis nobilis. Erat in ipso Foro Urbis. Fuit vero et Romæ ara clementiæ, eodem, puto, instituto, licet non frequenti pariter usu. *Idem.*

*Flentibus aram*] Aram misericordiæ, quam Pansan. scribit in foro Atheniensium fuisse constitutam. Eumenius Rhetor: 'inde est,' inquit, 'quod Atheniensis humanitas aram misericordiæ instituit.' *Debrio.*

405 *Nomen statuistis Athenæ*] Numen recte Barthius. quomodo et scripti omnes. *Βαυδς δέου* Athenis. cujus Pausanias, Theophilus ad Institutiones, alii meminerunt. Cicero etiam teste Scholiaste Statii, sed locus ille vulgo corruptus. *Si proprium numen*, non *Et*, quintus Vatic. paulo nervosius. paulo ante *proditâ jura* non *perditâ* alter Moreti. placet. Sic *proditâ jura Senatus* Lucan. lib. iv. sub finem. *D. Heins.*

406 *Pandionias phalanges*] Nota historia vel ex ultima Thebaide Papinii. *Barth.*

407 *Rogos meruere maritis*] Prior Moret. *mariti*. Lego *maritos* pro *maritales*. sic Evadne Ovidio dicta, 'Ausa maritales viva subire rogos.' et nostro, 'Casta maritali successit Thessala busto.' laude Serenæ: 'curru Pisæa marito Fugit tela Pelops:' sic enim scribendum, non *marino*. 'mariti ignes' apud Statium, Thebaid. viii. quod male codices mutant, et 'maritum fœdus' Theb. xii. Ovid. Epist. Hypermn. 'Quam tu cæde putas fungi potuisse marita:' sic legendum: cum veterrimus liber *marito* exhibeat. de quo pluribus ad illum locum. Martial. lib. iv. Epigr. 31. vs. 5. 'Arserit Evadne flammis injecta maritis.' nam ita et illic emendandum puto. *D. Heins.*

408 *Si mæstas squallore comas*] Barthius *mæstæ comæ*. Aldus et scripti plerique *mæsto sq. comæ*. Puteaneus

*sparsæ comæ*. Lego *passæ*. de qua voce pluribus ad Ovidium. posset et legi, *mæsta squallore coma*: quod Claverianam editionem occupavit. *mæstas comas* eleganter dici ad Maronem monui Æneidos xi. vs. 35. *mæsta squalore coma* etiam corrigebat Berneggerus ad Flori iii. 1. *Idem.*

*Mæsta squalore coma*] Loquitur de supplice habitu quo Adherbal Romanos movit in Jugurtham. *Barth.*

409 *Adherbal*] Vide Salustium Jugurtha. *Idem.*

410 *Mersit*] Stirpem ejus, atque adeo ipsum in liberis. *Idem.*

413 *Clade*] Excisione domus. *Idem.*

414 *Agnoscatque suum*] Orans et obsecrans, sed nihil proficiens. In morte Gildonis, ut plerisque cæteris hujus seculi rebus, dissentiunt scriptores. Zosimus verbis supra positus sua manu strangulatum scribit. Orosius mavult ab aliis, vii. 36. *Idem.*

417 *Portu Etrusco*] Pisis, Urbe Hetruriæ. *Idem.*

418 *Herculeam, &c.*] Hic vero intellige cohortes a Maximiano Herculio, et a Diocletiano Jovio, institutas: alias Herculiani et Joviani milites dici queant. *Claver.*

420 *Festinant adeo*] Cum vero non nisi difficulter vexilla movebantur, insignem aliquam exercitui cladem imminere summi ominum observatores Romani credebant; inducti iis, quæ primum Flaminio, post M. Crasso evenerunt. *Debrio.*

422 *Dictaque ab Augusto legio*] Nempe Honoriana.

424 *Dictis ante tamen*] Adhortatio militaribus animis utilis, ob eamque eloquentia Imperatori necessaria. *Barth.*

425 *Aggere conspicuus*] Tribunali castrensi, quod cespite congerebatur.

*Circumfusa juvenus*] Locus enim castrorum medius erat, quem scandebant exercitum allocuturi. *Barth.*

426 *Nixa hastis*] More concionia

**Militaris.**

*Pronasque ferox*] Pulchra emphasis his verbis : in ipso enim silentio non cessat militaris ferocia. *Barth.*

427 *Gildonem domitura manus*] Omen victoriae anticipat. *Idem.*

428 *Tempus agit*] Ac si dicat : Tempus ipsum jam præcipit exsequi res promissas, occasionem ingerens, initium operis faciens. *Tempus agere rem*, opportunitatem summam notat. *Idem.*

*Tempus agit*] *Agi* Cod. Moret. vide notas ad lib. i. de Rapt. vs. 219. deinde *doluistis non meruistis* omnes libri. *D. Heins.*

429 *Justo*] Pleno, omnibus modis absoluto. *Barth.*

430 *Civiles abolete notas*] Victi enim sub Maximo Eugenioque multi erant in hoc exercitu, Orientali enim milite tyrannos Theodosius subdiderat ; militem suis signis reliquum adscribens. *Zosimus*, libro iv. *Idem.*

*Civiles abolete*] *Honorius Imp.* hortatur milites ad prælium futurum ; eosque monet, ut notam seu dedecus in comitatu Maximi vel Eugenii adquisitum, fide ac virtute aboleant ; sic bello Getico 'expurgate nefas.' *Claver.*

431 *Gallos causa*] Gallicus exercitus, qui omnium in Occidente fortissimus, hic intelligitur.

*Causa*] *Ovid.* 'Vincuntur Parthi causa, vincentur et armis.' *Propert.* 'Frangit et attollit vires in milite causa.' Ait vero gentem Gallicam invictam esse robore, nec esse domabiles, nisi causa legitima destituantur : estque hæc vere pia sententia. *Claver.*

*Causa*] Legitimus enim Princeps, a Principe adscitus, *Theodosius.* *Barth.*

432 *Barbariem omnem*] *Gildoni* contractam. *Idem.*

433 *An Mauri fremitus*] *Distinctio corrupta.* scribe : *an Mauri, fremitus, raucoque repulsus Umbonum, et nostros*

*passuri cominus enses ? Fremitum.* *Romani militis* intellige : quos jam a prima Republica ensibus quaterere clypeos solitos ex *Livio* discas. De collisione armorum *Polybius*, lib. xv. ultimo *Scipionis* et *Annibalis* congressu. *Idem.*

434 *Umbonum, et nostros*] *Vestros* *Gyrald.* prim. *Vatic.* alii multi. bene. idem *Vatic.* *fremitum*, non *fremitus* : quod et alii nonnulli confirmant : idem *codex*, *gladiisque micantes*, non *galeisque.* *Palatinus galeaque.* *Oiselinus radiisque.* *D. Heins.*

435 *Galeisque micantes*] *Cum* ad conflictum ventum concutiendæ galeæ, armaque cætera, enitidata antehac, ut terrori sint hostibus, et oculorum præstingnant aciem. *Barth.*

436 *Longe telis*] De longinquo utilibus. *Idem.*

437 *Exarmatus erit, cum missile torserit hostis*] *Ut* hodie Arabes nudi pene, solis jaculis armati. *Fingit* tamen de hostibus ista bonus Imperator hic, ad milites audacia inspirandos ; quo genere mentiri consultum *Duci.* *Idem.*

438 *Prætentat pallia læva*] *More* gentilitio pugnandi, non paucis de *Barbaris* usitato. *Idem.*

441 *Arma oneri, fuga præsidio*] *Arma* graviora quam quæ fugaces non impedire videantur. *Oneri* esse dicitur, quod molestia afficit.

*Connubia mille*] *Vide* *Collectanea Andr. Tiraquelli Legum Connubial.* cap. 7. *Barth.*

442 *Non illis*] *Non ulli* meliores scripti. *D. Heins.*

443 *Numero languet pietas*] *Immani* copia evanescente patrio affectu. *Barth.*

*Numero languet*] *Ovid.* 'Alterius vires subtrahit alter amor.'

444 *Umbratus dux rosis*] *Corona* grandiori caput tectus.

*Marcidus*] *Enervatus* crapula luxuque. *Marcidi* enim qui torpent hesternis epulis. *Barth.*

446 *Morbis*] *Senium* *Gildonis* nullo



negotio colligas ex Ammiano. Possis et læsam virilitatem intelligere, quem morbum dicunt Poëtæ. *Barth.*

448 *Choreas*] Ultima luxus et ebrietatis deliria. *Idem.*

450 *Quas vigilat, Veneri noctes*] Viro forti et cordato ingens opprobrium noctes vino et Venere perduxisse. *Idem.*

451 *Mori satius, vitæ quam ferre pudorem*] Nemo tam miser ut turpia honestis proponat. *Idem.*

452 *Nam quæ*] Abrupta oratio, indignationis repentino obortæ. *Idem.*

453 *Illyricis damnis*] Ab Alarico. Duo hi tyranni potissimum ab obitu Theodosii rem Romanam afflixerant, Gildo et Alaricus. *Idem.*

454 *Jus*] Imperium. Sæpe sic noster. *Idem.*

*Jus Latium*] Omnis antiquitatis peritus poëta, *jus* pro Imperio et potestate posuit, quod Juriscons. perquam familiare est. *Delrio.*

458 *Prædo*] Gildo. *Barth.*

459 *Notum*] Africam, Australem.

*Insuperabile*] Si insuperabile, quomodo ruet? Si ruet, quomodo insuperabile?

*Caput rerum*] Caput principalis cujuscunque rei portio, a parte corporis humani gubernatrice, qua demta, truncus est reliquum. Tacitus, *Annal.* i. 'Fixum Tiberio non omittere caput rerum, neque se Remque publicam in casum dare.' *Barth.*

461 *Tot jura, tot urbes*] *Lege rura* cum prim. *Vatic.* aliisque nonnullis: vidit jam Cl. Barthius. *D. Heins.*

464 *Despectas leges*] Romanæ generatim, quæ gentibus subactis sacræ: Gildonem his spretis profanum dicit vi. *Cons. Hon.* vs. 103.

465 *Tertia jam cervix*] Maximus et Eugenius a victore Theodosio carnifici traditi.

*Rotetur*] Ad celeritatem abscissionis. Secundo *Eutrop.* 'matrique rotatum Conspexere caput.' De Pentheo a Mænadibus perempto. *Barth.*

466 *Funereis*] Qui mero sanguine imperare sueti. Theodosius Senior Dux, apud Ammianum, lib. xxix. 'Comes Valentiniani sum ad opprimendum Latronem funereum missus.' *Idem.*

467 *Fulvusque Tonantis*] Similem felicitatem in Angurio Aquilæ habes apud Ciceronem, qui suos ipse ex Mario versus producit, i. de *Divinat.* *Idem.*

*Fulvusque tonantis*] Vel hinc colligere quis posset, verborum satis proprium fuisse nostrum: cæterum hæc comparatio, vel ex Homeri *Iliad.* M. vel ex Virgilio desumpta est. *Delrio.*

468 *Ad liquidam æthra*] *Ab liquida æthra* undecim nostri: ut *Cons. Manlii*: 'Cum subito liquida cessantem vidit ab æthra:' alludit et *Rottendorphianus*, in quo *obliqua æthra*: mox *pedibus sævis non curvis* prim. *Vatic.* aliique nonnulli. *Virgiliana* imitatio est: qui *Æn.* xii. 'Namque volans rubra fulvus Jovis ales ab æthra *Litorea* agitabat aves, turbamque sonantem Agminis aligeri: subito cum lapsus ad undas *Cygnum* excellentem pedibus rapit improbus uncis.' *Collectum* pro *Correptum* *Helmæstadiensis* aliique nonnulli. *D. Heins.*

*Ad liquidam*] Ut *Aquilam* sereno cælo descendisse dicat. *Aquilæ* augurium etiam aliis rebus felix. *Barth.*

471 *Hæsit in ungue caput*] Signum Gildonis decollandi. *Idem.*

474 *Pendula bella*] De bello cum *Pygmæis* gruum *Aristoteles*, *Animal.* viii. 12. *Idem.*

475 *Clangore*] Perperam scripti plerique *Clamore*. *Stat. Thebaid.* v. de gruibus: 'illæ clangore sagaci Umbram fretis arvisque volant:' et *Theb.* xii. de iisdem: 'Tunc hilari clangore sonant:' apud *Homerum* quoque in simili comparatione *κλαγγή γερῶων* *Iliad.* Γ. Extat et hæc comparatio apud *Oppian.* lib. i. *Haliect.* et *Lucanum*, lib. v. et *Val. Flaccum*, lib. iii. ubi *Arctos ad patrias* cum ve-

teri libro non *agros patrios* legendum: 'patrium Aquilonem' Statius in hac comparatione dixerat. *D. Heins.*

*Ingenti clangore*] Gruum clangor absonus, ob asperas arterias Alexander Aphrodisæus, *Problem. cxxv.*

*Æstiva relinquunt Thracia*] Ubi æstivabantur, pulsæ nunc hyeme. Ægyptum autem fugiunt adulta æstate rursus, ob nimios calores, inque Thraciam æstivatum redeunt. *Ælianus, Animal. II. 1. Barth.*

476 *Strymona*] Fluvius cælebris, dividens a Macedonia Thraciam. *Idem.*

477 *Textitur alis Litera*] Græcancum nimirum A. Lucanus, lib. v. de gruibus tempestate sparsis: 'Et turbata perit dispersis litera pennis.' *Idem.*

*Textitur alis*] Durus ablativorum concursus: lege *ales*: *ales littera* quomodo 'ales planta' apud Silium, lib. v. 'ales plumbum' et 'ales jaculum' apud eundem lib. III. et XVII. 'ales arundo' apud Prudentium. et similia, pari modo peccatum lib. II. in Stilich. 'jam fama loquacibus alis Pervolat Oceanum linguis:' cum *ales* scribendum sit: inepte *alas famæ loquaces* dari quis non videt? famam recte alitem fingit. sic *ἄνεα πτεροβέρα, alata verba*, passim apud poëtas Græcos: de gruum littera Sympos. *Ænig. xxvi.* 'Littera sum cæli penna perscripta volanti:' male vulgo *volantis*. *Martial. lib. ix.* 'Quod penna scribente grues ad sidera tollant.' *Idem in Xenii:* 'Turbabis versus, nec littera tota volabit, Unam perdidideris si Palamedis avem:' *conscriptur* etiam non *inscribitur* prim. *Vat. et Oiselianus:* iidemque paulo ante: 'nec mons aut silva retardat.' *D. Heins.*

480 *Arripiunt naves*] Gubernaculis sibi adsumtis. Non potuit melius describere incensam Oratione Principis militiam. *Barth.*

481 *Et vela legunt*] *Ligant* undecim scripti: quod placet: vela enim non leguntur nisi cessante vento aut post

navigationem confectam: neque aliter prim. *Vatic.* pro diversa lectione: apud Statium, *Sylv. libro IV. ad Marcellum:* 'Thebais optato collégit carbasa portu:' apud Maronem, *Æn. III.* 'Vela legunt socii et proras ad litora torquent.' *Georg. I.* 'atque omnis navita ponto Humida vela legit.' *Lucanus, lib. III.* 'legere rudentes, Et posito remis petierunt litora malo.' *D. Heins.*

483 *Alphæa Pisæ*] Urbem dicit Etruriæ, in cujus sinu collecta hæc classis. *Barth.*

*Pisæ*] Urbs in Tuscia a Pisanis, qui Arcades erant, condita. *Clæver.*

485 *Aulis*] Ubi congregabantur naves classis ad Trojam ituræ. *Barth.*

488 *Aut rumpite funem*] *Isingr. et Mazarin. jam vellite:* duo alii *jam rumpite.* prim. *Vat. et Patavinus* cum *Oiseliano:* 'Vellite proclamant socii, jam vellite funem. Sane *τὸ solvite* minus concinnum, quia *solvit* præcessit: quanquam et id Latinis scriptoribus usitatum. *Virgil. Æn. lib. III.* 'fugite atque a littore funem Rumpite.' *idem et:* 'convellere funem a terra' in *Georg.* dixit. *Lucan. lib. v.* 'Rumpite quæ retinent felices vincula proras.' *D. Heins.*

491 *Cupio tellurem figere rostris*] *Cupidi tellurem figite* *Farnesianus. Idem.*

493 *Revolant mergi*] Inauspicata avis navigaturis, quod mergantur scilicet semper: auspicati cygni, quod nunquam toti. *Barth.*

494 *Occiduis Sol*] In Solis, Lucis, Noctis Monosyllabis versibus claudendis affectant aliquam emphasin scriptores. *Idem.*

495 *Lunaque conceptis*] Vide ad *IV. Cons. Hon. vs. 427. Idem.*

496 *Et confusa vagos*] *Gyrald. et plerique ex nostris contusa.* quomodo legendum monui ad *vs. 22. Cons. Olybr. alii, concussa. confusa* *Farnesianus. D. Heins.*

*Crines*] Radios siderum et ignes qui ex iis descendere, aut ruere quan-

doque videntur ad terram, non alio frequentius nomine censent Poëtæ. *Barth.*

499 *Major Honorius auctor*] Nomen sanctum gentibus divinumque celebrat alibi Auctor, qui rem aggredi suo imperio suadet. Maro: 'Magnanime Ænea, non si mihi Jupiter Auctor Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cælo.' Noster respexit verba Cæsaris apud Lucanum, l. v. 'Fisus cuncta sibi cessura pericula Cæsar, Sperne minas, inquit, pelagi, ventoque furenti Trade suum,' &c. *Idem.*

501 *Plaustris*] Contemtim, et militariter. Rustica et castrensis violentia pro ineptiis habet illa commenta, ut putat, cælestium formarum. *Idem.*

504 *Augusti Fortuna*] Felicitas illa velut fatalis, cujus genius celebratur, jurabatur, in Fortuna Cæsaris. *Idem.*

*Augusti Fortuna*] Tacitus: 'Parando potius quam impéria ducum seiscitando res militaris continetur.' 'Jussa exsequi, non interpretari decet; cætera,' ait Livius, 'diis curæ erant et Imperatori.' *Claver.*

506 *Cæcis saxis*] Scopulis pelago latentibus. *Barth.*

*Humanæ speciem*] Scripti plerique *specie*. Patavin. et Claverii codex in *speciem*. probe. Cons. Manlii: 'Inque chori speciem parcentes ardua flammas Scena rotet.' Apuleius Met. iv. 'Hæ arbores in lauri faciem prolixæ foliatæ sunt.' *D. Heins.*

*Magna*] Maximam insularum hanc habuit aliquando antiquitas. Sardinia autem a Sarde, filio Herculis. Vide Silium, l. xii. *Barth.*

508 *Sardiniam veteres dixere Sicani*] *Sandaliam* excerpta Pomponii Læti. *Sardoniam* Mazarin. et duo Medicei. Lege *Sardoam*. noster bello Get. *Sardoosque habitare sinus*. ut recte illic Claverius. Virgilius Eclog. *Sardoam herbam*, ubi pari modo *Sardoniam* etiam veterrimi libri agnoscunt mendose. Serenus Sammonicus, cap. 25. 'Ut mihi Sardeis videatur proximus

herbis: apud Græcos enim ω est, *Σαρδώνιος*: quæ littera syllabam longam facit. Stephanus, *Σαρδῶν, ἡ νῆσος ὁ κατοικῶν Σαρδώνιος καὶ Σαρδῶος*. Rutilius, lib. i. Itiner. 'Nec quæ Sardoo cespitate massa fluit.' quomodo scribendum. *Sardoam fugam* ante dixerat. 'Sardoa ora' apud Lucan. l. iii. apud Nasonem, Fast. iv. 'Sardoaque regna sinistris Despicit a remis.' 'Sardoa gramina' Nemesiano, Eclog. iv. Priscianus periegesi: 'pulsatur ab undis Inter Sardoam pelagus Celta tamque refusus.' et mox: 'Sardoo pelago circumflua tellus.' sic utroque loco castigandum ex vetustis membranis. *D. Heins.*

509 *Dives ager frugum*] Sardinia, terra bona, infelix cælo, ut loquitur fere Pomponius Mela. *Barth.*

512 *Procax*] Procurrens in mare. Secedit enim pars illa prominens quodammodo a corpore reliquo suo. Claudius potuit et fluctibus procacem intelligere, ut sunt *Austri procaces* in Æn. i. *Idem.*

*Subitisque sonora Fluctibus*] *Flatibus* plerique codices, cum primo Vaticano: bene. Sic 'procaces Austrós' Virgilius dixerat. *D. Heins.*

513 *Insanos*] Convitio nautico, quod ita hæsit ut montes illi vulgo insani vocarentur. *Barth.*

*Insanos*] Majuscula litera scribi debet. Nam Florus: 'Sardiniam Gracchus arripuit: nihil illi gentium feritas, atque Insanorum montium, nam ita vocantur, immanitas profuere.' *Claver.*

*Infamat*] Traducit vulgo. *Barth.*

514 *Pestifer aër*] Quo infamis Sardinia. *Idem.*

516 *Quos ubi luctatis*] Gyrald. *jactatis*. *D. Heins.*

*Luctatis*] Magno discrimine eluctatis. *Barth.*

518 *Sulcos*] Urbs Sulci Sardiniae, condita Carthaginensibus. Stephanus. *Idem.*

519 *Olbia*] Sardiniae civitas non

ignobilis, Corsicam contra. *Barth.*

*Olbia*] Sardinia oppidum. *Claver.*

520 *Libyam contra*] Ei e regione. *Barth.*

521 *Calaris*] Sive Caralis, ut jam olim hic legendum ad Livium monuit Henricus Glareanus, variantibus libris: princeps urbium Sardinia, nobili portu celebris, quo convenisse in Africam transmissuram Honorii classem indicat noster. *Idem.*

*Tenuemque per undam*] *Per undas* prim. Vatic. aliique plerique, tertius Vaticanus *umbras*, pro *Calaris* in mul-

tis veterum *Caralis*. quomodo etiam in vetustis codicibus Solini et Marciani Capellae sæpe scriptum occurrit. eamque veram esse scripturam Glareanus ad Livium contendit. Videantur hoc loco Barthii curæ secundæ. *D. Heins.*

525 *Prorisque reductis*] In pontum: puppibus terræ fixis. Virgilius, l. vi. 'Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci Ancora fundabat naves.' *Barth.*

526 *Suspensa*] Funiibus videlicet. Maro idem: 'fessas non vincula naves Ulla tenent.' *Idem.*

## XVI.

### DE MALLII THEODORI CONS. PROLOG.

FLAVIUS Manlius Theodorus, Vir Clarissimus et Doctissimus, Consul fuit anno Urbis Conditæ MCLII. Reparatae Salutis CCCXCIX. quadriennio post Olybrium et Probinum. Collegam habuit in Oriente Eutropium Eunuchum: ut alterum egregie laudavit, alterum Consulum vehementius etiam vituperavit, eodem tempore, Claudianus. Spadonis nomen, ipso damnato, inque Cyprum aposito, erasum est Fastis, unde nec in Chronologorum monumentis comparet, solo Manlio Togati Magistratus locum obtinente. Ita Fasti Græci, Cassiodorus, cujus vulgatis libris male inserta est vocula 'Manlius et Theodorus.' *Barth.*

Alloquitur quippe Consessum summorum virorum qui honoris Manlii ergo convenerant Mediolani. Hac enim in Civitate Consulatum sumsisse credibile est: Romæ certe non sumsisse docet, cum ad jam Consulatem scribit, Symmachus, lib. v. E-

pist. 11.

Præfatio hæc videtur mihi omnium amœnissima, et quadam alacritate commendabilis: varia enim doctrina conspicuus vir ac laudandus. *Claver.*

1 *Doctæ subjecta catervæ*] Judicio exposita summorum doctissimorumque virorum. *Mos Consulum* amplissimos accersire, quorum præsentia Magistratus initia decorarentur. *Barth.*

3 *Vero quam celsius actam*] *Auctam* prim. Vatic. aliique quatuordecim aut quindecim cum Pomponii Læti excerptis. Idem prim. Vatican. paulo ante *tantæ subjecta catervæ*, ita tamen ut et τὸ *doctæ* habeat adscriptum. Sic idem in fine epigrammatis, *quicquid ubique micat*: addito, *vel, in orbe*: *ubique* etiam multi alii: et placet. *D. Heins.*

*Vero quam celsius actam*] Jam dum prægloriosum illud publicæ inscriptionis decus fama tenuisse hinc vi-

des. Ex præceptis autem Sapientiæ veram potius gloriam quam ingentem quærit. *Barth.*

4 *Servasse labor*] Laborat enim ea magnitudine sua, utpote modum excedens, qualia omnia instabili loco pendent. Seneca *Œdipo*: 'Quicquid excessit modum Pendet instabili loco.' *Idem.*

5 *Continuis crevit fiducia castris*] Malitia, quam sectantes audaciores effici constat. *Idem.*

6 *Miles habet*] Militaris audacia. *Idem.*

*Miles*] Non solus militavit, Horatius, aut Naso, et ante illos Ennius.

7 *Culina Romani Senatus*] Ita nostri omnes. Claverius *Lumina* ex suis: sed nulla opus mutatione. *D. Heins.*

*Culina Romani*] Ita omnes libri nostri. Nec causa mutandi. Summus enim Magistratus, Apex Nobilitatis Romanæ hac voce censetur. Ausonius ad Syagrium: 'Cujus ego Comes et Quæstor, et, culmen honorum Consul, collega posteriore, fui.' *Barth.*

8 *Quibus exultat Gallia*] Non semel Galliæ eruditissimos viros suo ævo tribuit hic Scriptor. *Idem.*

*Gallia*] Id est, Mediolanum, quæ etiam a Gallis condita; eam vero Maxim. Imp. Romæ videntur prætulisse.

9 *Omnibus audimur terris*] Rara felicitate, ut et celebretur ubique, et ipse intersit suis laudibus: quam sibi gratulatur et Martialis: 'Hic est quem legis, ille, quem requiris, Toto notus in orbe Martialis, Cui, Lector studiose, quod dedisti Videnti decus atque sentienti, Rari post cineres habent Poëta.'

*Per aures Ibimus*] Scite, velut recitatio ista iis omnibus locis audiretur, quibus legendus obveniret, post edi-

tionem, liber. Similiter *per ora virum ire* alii dixerunt. Aures notant Judicium, ab recitatione consueta ante promulgationem; tot enim Judices ibi, quot auditores. *Barth.*

11 *Ut perhibent*] Nam cum Jupiter mundi medium locum vellet agnoscere, ex ortu atque occasu duas aquilas dimisisse fertur, quæ volatu lassæ in Parnassi vertice consederunt.

*Spacium Naturæ*] Natura Universum. Priscianus *Periegesi*: 'Naturæ genitor, quæ mundum continet omnem.' *Barth.*

12 *Regni nescius ipse sui*] Scita irrisio. *Idem.*

13 *Armigeros*] Silius Italicus, l. x. 'Armiger haud aliter magni Jovis anxia nido Cum dignos nutrit gestanda ad fulmina fætus.'

*Æqualibus alis*] Ætate et robore. *Barth.*

15 *Parnassus*] Hic mons a Musis nobilitatus est in terræ medio. Statius, medium cæli nuncupat; ubi Lutatius, Umbilicus terræ Parnassus. *Claver.*

16 *Alternas*] Ambas dicere vult. *Barth.*

17 *Curat*] Studet, satagit. *Idem.*

18 *Certius in nobis*] *In vobis* prim. Vatican. *D. Heins.*

*Nobis*] Qui honoris ejus gratia, subque nutu ipsius huc convenimus: generoso animo sese agnoscit ducibus Achivis permistum. *Barth.*

19 *Hoc ego concilio*] Vides ut flourit illo etiam ævo Mediolanum, non ita pridem Galliæ regi subditum, ubi Parrhasius etiam Claudianum hunc explicavit: sane hic fere orbi comparatur. *Claver.*

20 *Quicquid ubique micat*] Senatam Romanum, illic præsentem, certe bonam aut meliorem partem.



## XVII.

## DE MALLII THEODORI CONSULATU.

*Panegyricus in Consulatum Fl. Mallii Theodori*] Ita concinnavi titulum ex veteri marmore apud Onuphrium Panuinum in Fastis. Basis :

DEDICATA VI IDUS NOVEMB.  
CONS. FL. MALLIO THEODORO  
V. C.

Perperam igitur in membranis *Manlius* vocatur. Oiselianus codex: *Incipit Panegyricus dictus Theodoro consuli*. D. Heins.

Eruditissimum, eloquentissimum, tantumque non divinum hunc librum, humanæ sapientiæ mysteria magnam partem indicantem, si enarrare ex merito velis, Græciæ Latiiue penetrabilia omnia necesse erit ut excutias. *Barth.*

1 *Ipsa quidem virtus pretium sibi*] Quippe virtutis possessio, summa felicitas. Felicitas absoluta non est, nisi quæ omnia in se habet. Unde extra virtutem bonum nullum. Unde natum hoc, ipsam sui esse pretium. Seneca Epist. LXXXI. 'Virtutum omnium pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad præmium: recte facti merces est fecisse.' Eodem spectat illud Plauti: 'omnia ei adsunt bona quem penes est virtus.'

*Ipsa quidem, &c.*] Hæc Panegyris recitata est anno 399. Eutropio et Theodoro Coss. sed Eutropii nomen erasum est, *μόνον Θεοδώρου γεγραμμένον*. Fuit autem vir ille in philosophia maxime versatus, et qui Geometriam et Astrologiam, ut ait Poëta, colerit; sed rebus agendis minus fuit idoneus, ut fere fit. *Claver.*

*Pretium sibi*] Causa sui appetendi ipsamet sibi, nullo sub præmio, nullâ

externa commoditate, fructu alio nullo. *Barth.*

2 *Fortunæ securæ*] In animum enim virtute compositum nullum jus Fortunæ. Et sic Manlium hunc ipsum Fortunæ domitorem vocat B. Augustinus. Ausonius: 'Judex ipse sui totum se explorat ad unguem; Quid Proceres, vanique ferat quid opinio vulgi, Securus.'

*Fascibus ullis*] *Fastibus* multi scripti: dictum alibi: pro vulgata tamen scriptura stat primus Vaticanus. *Mox viret* pro *nitet* Florentinus S. Marci: venuste; ut indicamus lib. 1. de Rapt. vs. 236. et *tumet* pro *petit* sequenti versu Pricæanus: etiam eleganter. vid. bello Gild. vs. 330. *D. Heins.*

*Fascibus ullis*] Ullo omnino honorum genere. Ambitionem animo sapientis omnino excludit. *Barth.*

3 *Erigitur*] In arrogantiam. Fortunam aut successus vix optabiles non debere extollere animum sapientis sciscunt docti. Livius, lib. xxv. 'Nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsentem credere Fortunæ, cum quid vesper vebat incertum sit. Is demum vir erit, cuius animum nec prospera flatu suo efferat, nec adversa infringat.'

*Plausuæ petit clarescere vulgi*] Ut auræ popularis captatores. Vanus animus aura captus frivola, *Vulgi mancipium*, apud Phædrum, Fab. LXXVIII. *Barth.*

4 *Opis externæ cupiens*] Cum opibus enim *subsidiisque*, vulgi Idolis, parum virtuti commercii, nisi ut iis utatur aliorum emolumento. *Idem.*

5 *Divitiis animosa suis*] Domesticis bonis, animi nimirum ex sapientia immobili moderatione. Non cupiens quæ non habet; quorum copia est, iis contenta. Horatius, Carm. 29. libro III. 'Fortuna Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii, benigna. Laudo manentem; si celeres quatit Pennas, resigno quæ dedit, et mea Virtute me involvo, probamque Pauperiem sine dote quæro.'

*Animosa*] Vox contemptum divitiarum inferens. *Barth.*

6 *Ex alta mortalia despicit arce*] *Arx* vera, omnium mortalium contemptus, et conscientia bene factorum, ut loquitur M. Brutus. Virtutis unicæ immobilis cultus, Sapientiæ recessus. *Idem.*

7 *Attamen invitam*] Non *Hanc tamen*, potior codicum pars. *D. Heins.*

*Invitam blande vestigat, et ultro Ambit honor*] Fere sic fieri videmus, ut quem abstinere homines dignitatibus vident, iis promptius impeditum velint, cum res sit magnæ æstimationis etiam apud imprudentes fulgorem Ambitionis contemnere. Virtus ita dum non postulat honorem, gloriam adipiscitur. *Barth.*

8 *Docuit toties*] An *decurit*? *D. Heins.*

10 *Te quoque*] Etsi non egens, neque operi forte manum admovens, æque tamen quieti velut rusticæ vacabat Theodorus, speculationibus indulgens in locis ei dedicatis, atque Heroës illi veteres Romani. *Barth.*

11 *Emeritum pridem*] Militiæ togatæ annis velut emensis. Veteranus miles post emerita stipendia, signis abscedens, condebat sese in secusum.

*Desudatisque*] Labore et industria superatis, exantlatis, &c.

*Remotum*] In optatam quietem et otium rebus bene gestis promeritum. *Remotus* enim solum designat. Horatius, lib. II. Carm. 3. 'Seu te in remoto gramine per dies Festos recl-

natum bearis Interiore nota Falerni.' Et *remotus*, prorsus sepositus. *Barth.*

12 *Eadem rursus complexa potestas*] Bis eundem Magistratum gessisse Theodorum indicat. Fuit autem iterum 'Præfectus Prætorio,' ut indicant Inscriptiones Legum, XLV. et XLVI. Cod. Theodosii de Hæreticis. *Reducem*, ex alio vitæ Instituto. *Idem.*

14 *Accedunt trabes*] De more, homo Romanarum rerum veterum per tinax, consulatum præponit cæteris omnibus dignitatibus. *Idem.*

15 *Splendor*] Magnificentia, gloria. *Idem.*

16 *Culmen utrumque tenes*] Magnanimitatis et gloriæ.

*Talem te protinus anni Formavere rudes*] Laus omnibus fere magnis viris data, puerili ætate, virili fuisse animo. *Barth.*

17 *Dignum vita curuli Traxit iter*] Alibi de puero dixit: 'fatisque loqui jam digna futuris:' *τὸ* *vita* autem *juventæ* applicandum.

18 *Traxit iter*] Non satis placet. Forte *Stravit* a manu Claudiani est: sic *iter sternere ad gloriam* et similia passim in usu optimis scriptoribus. Statius, Theb. XII. 'tibi fama benignum Stravit iter.' *D. Heins.*

*Primæque senes cessere juventæ*] Senes, inquit, indolem venerabantur in juvene divinam. Insigne hoc encomium, cum senilis ætas summa sit contemtrix et cavillatrix juventutis. *Barth.*

19 *Dulce loquendi Pondus*] Nervositas, gravitas. *Idem.*

20 *Attonitas sermo qui duceret aures*] Eloquentiam Theodori commendat. *Idem.*

21 *Undare*] *Opulentiam undantem* æquare vult Ciceronianæ atque Demosthenicæ: sic idem Petronius de eadem: 'mox flumine largo Plenus, Pierio defundes nectare verba.'

*Foro*] Ubi campus exerendæ Eloquentiæ, patrocínio reorum, quo nobilitas Romana inclarescebat.

*Opulentia linguæ*] Fusa quædam abundansque copia. *Barth.*

22 *Tularique reos*] Studia primævæ nobilitatis Romanæ priusquam ad honores gerendos accedere possent: summi enim tituli erat eloquentem esse. *Principum liberos* id etiam studuisse adeo verum est, ut et hinc laudem inscriptionibus publicis ambiverint.

*Ipsa hæc amplissima sedes*] Curiam dicit. *Barth.*

23 *Orantem stupuit*] Verba facientem. *Stupuit* ad eloquentiæ vim pertinet, attonito quodammodo auditore. *Idem.*

24 *Pars Libyæ*] Proconsulem Africæ puto intelligi, aut potius vicarium Africæ, virum spectatiss. *Claver.*

*Libyæ moderantem jura*] Proconsulem Africæ intellige. Moderatores eo ævo Provinciis præfecti. *Barth.*

26 *Exiguæ peperere moræ*] Quibus iis adfuisti. Nisi sis patium inter utrumque honorem, minorem et majorem, intelligit.

*Populumque clientem*] *Patronum* Manlium. Clientes proprie, quippe bonis commodisque affecti ab Patrono Manlio. *Barth.*

27 *Testantur*] Indicis suo declarant. *Idem.*

28 *Macetum*] Id est, Macedonum: nam et *Μακερία* dicitur Macedonia Stephano. *Claver.*

*Condita Pellæ Mænia*] Conditoem ergo suum, summi honoris ipsius gratia, Manlium dixerunt Pellæi, ut Eutropium Consulem eodem anno Constantinopolitani. *Barth.*

*Credita Pellæ Mænia*] Vult Poëta Manlium Macedoniæ fuisse præpositum. Delrio vult Præfectum fuisse Prætorio Illyricæ; quod totam Græciam complectebatur. Et sane recte pro Macedonia *Pella* usurpatur: est enim celeberrima urbs illius provinciæ. *Dempst.*

*Credita Pellæ Mænia*] Sic membræ næ pleræque cum primo Vaticano:

quomodo et in ora libri sui legendum notarat magnus Scaliger. Vulgo *condita*. Tibi Macedonia et Pellæ mænia sunt commissa: frustra pugnat pro vulgata scriptura Barthius: cum sequentia illa, *commissæ revocasti gaudia genti*, satis nostram scripturam adstruant. Hujusmodi nævos plures expunximus ad Remed. Amor. Nasonis, v. 65. *D. Heins.*

31 *Bellante Philippo*] Argute. Bella enim et gerebat et seminabat qua poterat, ferro et ingenio metuendissimus Princeps. *Barth.*

32 *Cum regia*] *Regia* regnum denotat. *Idem.*

33 *Aula*] Imperator ipse. Quæstorem fuisse Manlium docent sequentia. *Idem.*

34 *Terris edicta daturus*] Magna dignitas, ingens honos Quæstoris in Comitatu aulaque Imperatoris. *Idem.*

35 *Oracula Regis*] *Regum* pr. Med. et Palat. ut rescripta Principum intelligat et constitutiones. *D. Heins.*

*Oracula*] Ad majestatem servandam, populosque totius Imperio subjectos retinendos, Romani Principes plerasque suas domesticas res divinitati adscribunt, Decreta præcipue, Responsa, Edicta, quæ oracula perhiberi voluerunt, quorum magisterium penes Quæstorem erat, viros insigniter eruditos, quorum ore loquerentur, qui se Divinos videri volebant.

*Regis*] Principis Romani, contempta religione prisca. *Barth.*

*Oracula Regis*] Hic designatur Quæstor, vir inlustris, sub quo leges dictandæ et preces. *Claver.*

Sic et rescripta Principis 'oracula.' *Delrio.*

36 *Eloquio crevere tuo*] Splendorem sumserunt ab eloquentia. *Barth.*

37 *Majestus Romana*] Imperatoria. Sermonem celebrat Manlii gravitati Romanæ congruum.

*Locutam*] Ore quippe Quæstoris loquitur Princeps. *Barth.*

38 *Sacræ mandantur opes*] Comitiva sacrarum largitionum. *Idem.*

*Sacræ opes*] Hæc dignitas Quæsturam sequitur in Notitia: est autem Comitiva sacrarum largitionum: sub qua Præfecti thesaurorum, Comites metallorum, et alii. *Claver.*

*Orbisque tributa*] Universi Orbis, Romanis devicti, sub manum Manlii convenisse dicit. *Barth.*

41 *Abdita sollertia*] Aliis populis ignota. Semper enim metallo fodiendo natura alios aliis industriosiores fecit.

*Pallentes*] Perpetuus color talium operarum. Silius Italicus: 'Et redit infelix effosso concolor auro.'

*Bessi*] Mira sollertia hujus populi ad rem metallicam celebratur, alioquin indomiti barbarique. Sunt vero Thraciæ mediæ populorum Bessi, teste præter alios Livio, lib. XXXIX. *Barth.*

*Bessi*] Lat. Pacatus eleganter vocat Bessum *quæsitorum*, quod aurum in terræ visceribus exquirat. *Claver.*

42 *Ac velut exertus*] Hæc veterum librorum lectio. Unde *expertus* olim concinnabam. Nunc nihil muto. Glossa Ambrosiani unius *exertus, probatus.* Vulgo *excitus.* remigantes exerebant brachia: hinc bene exerti dicuntur. Stadius, Theb. IX. de Diana: 'notamque tremiscit Silva Deam, sævis ubi quondam exerta sagittis Fœcundam lasso Niobem consumpserat arcu.' *D. Heins.*

*Lentandis tonsis*] Tonsæ dicti remi a decutiendis fluctibus, sicut tonsores a decutiendis et tondendis capillis. *Lentare tonsas* dicuntur nautæ, quia lente obluctando majoribus fluctibus aut plane strato mari navim emoluntur. Id indicat Maro ipse: 'et in lento luctantur marmore tonsæ.' *Barth.*

43 *Lateri custos*] Inspector operarum nauticarum; quales singulis lateribus navigii appositos hinc

clarum.

*Tempestatesque futuras*] *Sonoras* sex scripti, et prim. Vatic. pro diversa lectione, Virgiliano hemistichio. et tum malim *Prædocet* sequenti versu: *D. Heins.*

44 *Temperat*] Regit.

*Tempestatesque futuras*] De Prognosticis sermo; qualia Arato, Maroni, Vegetio, lib. IV. Rei Mil. aliisque notata. *Barth.*

45 *Cum Dorida vicerit usu*] Pontum, maritimamque Fortunam velut pedibus subjecerit. *Doris* pontum denotat. *Barth.*

*Dorida*] Pro mari, ut et Virgil. in Gallo.

46 *Subit torquere*] Orditur, Incipit. *Barth.*

47 *Rerum documenta*] *Mentis* pri. Vatic. Lucens. et unus Medic. *D. Heins.*

48 *In omni corpore imperium*] Corpori enim exæquatur universum illud Imperium, quantumcunque etiam. Ejus plura membra plures sunt Magistratus, quorum singulis diversa officia. *Barth.*

49 *Cuncta tellure*] Minima quidem parte; sed hæc est ex ambitione Romana locutio. *Idem.*

50 *Hispana tibi Germanaque Tethys Paruit*] Omnis Hispania et Gallia usque ad Oceanum. Præfecturam Prætorio Galliarum intelligit, Germaniam pro Gallia dicens; nam duæ Provinciæ Germanicæ tum populo Romano suberant, eæque inter septemdecim Gallicanas numerabantur. *Idem.*

*Hispana tibi Germanaque*] Præfecturam Præt. Galliarum accipio, sub qua Hispaniæ VII. Provinciæ, Galliarum XVII. Prov., Britanniarum V. *Claver.*

51 *Nostro diducta Britannia mundo*] A primo domitore Julio Cæsare Britannia hoc habuit, ut velut in alio mundo collocata censeretur, quippe

quæ Romanis eatenus ignota fuerat, qui Terrarum Orbem victoriis emensi esse videri volebant. *Barth.*

52 *Tuas voces*] Responsa, jurisdictionem. Fluvios cum divinitatis participes Poëtæ faciant, magnum est eorum nominibus pro regionum incolis uti. *Idem.*

53 *Lentus Arar*] Flumen Galliæ, Lugdunum præfluens, Rhodanoque se infundens. Lentum alioquin, et stanti simile, Rhodanoque propterea oppositum.

*Rhodanusque celer*] Sic *Rhodanum præcipitem* non semel vocavit Ausonius, sed *Rhodanus ferox* Lucens. pri. Vatic. et quinque alii. ut cæsura consulatur. Silius, l. iv. 'non Pirenen Rhodanumque ferocem Jussa aspernatos.' ita veterrimus liber. vulgo *furentem*. 'feras Rhodani gentes' Lucanus dixit lib. vi. idem lib. i. 'rueant in terga feroces Gallorum populi.' noster lib. ii. in Stilich. 'flava repexo Gallia criue ferox:' alibi 'populos levitate feroces' Gallos dixerat. noster 'ferocem Danubium' vocat lib. ii. in Rufin. 'alii per terga ferocis Danubii solidata ruunt.' Seneca Hercule Furente: 'Quis Tanais, aut quis Nilus, aut Rhenus ferox Abluere dextram poterit?' Lucan. l. i. 'Rhenique feroces Deseritis ripas.' *D. Heins.*

*Rhodanusque celer*] Notissimus Galliæ amnis describitur ab Ammiano Marcellino, l. xv.

*Dices Iberus*] Ob. metalla Hispaniæ, præcipue aurum. *Barth.*

55 *Te iudice*] Præfecto, Præposito. *Barbarus Rhenus*, qua non parebat Romanis. Eratque 'tum limes Imperii.' *Idem.*

56 *Unius sit cura viri*] Iterum Romano Imperio terrarum orbem addicit. *Idem.*

*Quodcumque rubescit Occasus*] Sic scripti fere omnes cum primis editionibus. Lucens. *Occasum. Occasu* prim.

Vatic. et Pomponii Læti excerpta. prior Moret. et duo alii, *quocumque rubescit Occasus*. noster locutionem hanc vehementer amat. paulo post: 'Quodcumque recedit Litibus, incumbit studiis.' Bello Gild. 'quod Nilus et Atlas Dissidet, Occiduis quod Gadibus arida Barce, Quodque Parætonio secedit littore Ganges, Hoc sibi transcribit proprium.' Lib. i. in Eutrop. 'quicquid se Tigris ab Hæmo Dividit.' vi. Cons. Honor. 'Omne Palatino quod pons a monte recedit Mulvius.' Statius, Theb. xi. 'Hoc quodcumque madent campi, quod sanguine fumant Stagna, quod innumero Lethæa examine gaudet Ripa, meæ vires.' Lucan. lib. iii. 'Quicquid ab Occiduis Libye patet arida Mauris.' *D. Heins.*

57 *Quodcumque dies devexior ambit*] Universum Occidentis Imperium: diversis tamen temporibus. *Barth.*

58 *Assiduos honores*] Nunquam interruptos, velut altero alterum assidente, perpetuave catena adhærente.

*Cursus*] Ad majora festinantis intellige. Sic alibi transcursu Stilichonem egisse memorat, quæ alii vix summo labore potuerint. *Idem.*

*Honores*] Magistratus, dignitates.

59 *Una ætas*] Sequitur haud dubie togatorum doctissimum. Marcus enim Varro seorsim ab aliis sentiens, ætatis spatium xv. annis definivit. Itaque una juvenili ætate, hoc est, ab anno xv. ad xxx. Manlium omnes honores emensum autumat Claudianus: vel sane ab anno xxx. usque xlv. Alios alio ordine alias ætates distinxisse tradit Censorinus c. 14. de Die Nat. *Idem.*

*Interfuit ætas*] *Interfuit* cum Delrii libro et Juniano legendum. pri. Vatic. pro diversa lectione *intervenit*. probe etiam Gyraldinus *æstas*. ut l. ii. in Eutrop. 'Sed vaga lascivis fueret discursibus æstas.' *D. Heins.*



60 *Gradus fati*] Summas Potestates et Magistratus Romanis fatales habitos, alibi monuimus. *Fata* sic pro ipsis dignitatibus aut honoribus ponebantur, ut commutare eorum *Fata* perhibentur Principes, quos in melius erigunt. *Gradus* autem intervalla, de minoribus ad majores, plerisque rebus adscribunt. *Barth.*

*Intulit annis*] *Induit* alter Moreti, quomodo vi. Cons. Hon. 'quem non aliena per arva Induit hospes honor.' plura de hoc verbo ad l. II. de Rapt. vs. 93. *D. Heins.*

61 *Parta quies*] Post diuturnos labores gratissima. Claudianus secessum studiorum gratia Manlii loquitur; quibus optimum virum ita immersum fuisse, ut rerum communium curam velut omnem abjecerit. *Barth.*

62 *Privatum*] Ab administratione publicorum officiorum, privata vita velut in portum venit, et tranquillitas censetur. Quies autem quæsitæ erudito viro ad commentandum speculandumque.

*Portum*] Certam fidamque stationem, tutam ab omnibus turbis et tempestatibus. *Barth.*

63 *Ingenii redeunt fluctus*] Non *fructus*, octo scripti. portus paulo ante meminerat. persistit in ea locutione. *fructus* vel *fluctus* prim. Vatic. *D. Heins.*

*Aliique labores*] Inest huic alii contentus quidam occultus et ingeniosus priorum laborum. *Barth.*

64 *Vitæ pars nulla perit*] *Perire* dicit, quæ male impendatur, ut parum vitæ habere ambitiosum hominem præ quieto.

*Quodcumque*] Quacunque ratione. Nos *quodcumque* ad vitæ partem reducimus. *Quodcumque* vitæ iudiciis demere potest, impendit literis. *Barth.*

*Quodcumque recedit Litibus, incumbit studiis*] Forte scribendum *recidit*. hoc est, demit. sic infra: *quæ pars injusta recidat*. ubi etiam *recedat* multi

*Delph. et Var. Clas.*

veteres. Vide tamen quæ paulo ante ad vs. 57. pro vulgata scriptura diximus. *D. Heins.*

65 *Litibus*] Forensibus negotiis. *Barth.*

66 *Aut curam imponit populis, aut otia Musis*] Sic et scripti. malim nihilominus, *impendit*. *D. Heins.*

*Imponit populis*] Leges nempe suis oraculis velut. Virgil. Georg. I. 'has leges, æternaque fœdera certis Imposuit Natura locis.'

*Otia Musis*] Otium, studia curarum fugientia, expers vita tumultuum. *Barth.*

67 *Cecropiæ senectæ*] Antiquitatis Græcanicæ. Senes sunt Philosophi, auctoritatem sapientiæ habentes. *Idem.*

*Omnia Cecropiæ*] Hic docetur Mallium fuisse plus satis curiosum in disceptatione philosophica. *Claver.*

68 *Discutiens quod quisque novum*] *Quid* prim. Vatican. aliique nonnulli. Forte, *quod quisque novi*. *D. Heins.*

*Quid quisque novum*] Aures Philosophicæ novarum doctrinarum cupidæ. *Barth.*

69 *Quantaque*] Quot agminibus singulæ sectæ stipentur. Non enim auctores tantum sectarum singularum suas habebant asseclas, sed discipuli quoque sub doctoribus velut, atque eminentioribus inde adhærentes, in una secta diversa agmina conficiebant. Donec eo res redierit, ut Philosophia merus esset titulus; Heroum veterum nomina, qui familias velut fecissent, mera vulgi ludibria, ut ex Gellio, Luciano, aliisque videre licet. *Agmina* ergo scite dixit.

*Sectæ*] *Sectæ* familiæ sunt Philosophorum. Secta enim doctrina quam quis proposuerit sequendam præ cæteris. *Barth.*

70 *Namque aliis, &c.*] Ne singillatim quæque exponam, opponatur ex contentione locus hic Ciceronis Academ. I. IV. et Sidon. Epithalam. Plemii et Araneolæ. *Detrio.*

*Claud.*

4 X

71 *Hic confidit aquis*] Notissima Thaletis doctrina. Lege Plutarchum, Diogenem Laërtium, l. i.

*Procreat omnia flammis*] Ita docet, ut procreari videri velit. Heraclitum dici clarum. *Barth.*

72 *In Ætnæas casurus sponte favillas*] Notissima sive Historia sive Fabula de Empedoclis morte; qui inter deliros Sophistas locum Principem ambiens nuspian reperiri maluit, quam humano more tumulari. Horatius frigidum vocat in ipso illo Immortalitatis saltu dogma etiam illudens: 'Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles ardentem frigidus Ætnam Insiluit.' *Idem.*

73 *Dispergit revocatque Deum*] Mentem sacram docebat Empedocles per universa diffusam movere et vegetare omnia. Ex ea opinione hausit Maro divinos illos versus, quibus mundi animam Deum cecinit: 'totamque infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.'

*Revocatque*] In singula videlicet creaturæ corpora, a cura rerum universarum, totiusque creaturæ.

*Revocatque Deum*] Vel, *diem* prim. Vatican. quod et in multis aliis legitur. minus bene. *D. Heins.*

*Rursumque receptis*] Abundat vox. Satis enim foret, si *receptis* scripsisset. *Barth.*

74 *Nectit amicitias quicquid discordia solvit*] Vetustissimorum Sophorum sententia est, omnia secundum litem fieri, principe assertorum Heraclito. Idem dogma Empedoclis, contraria nimirum Elementa considerantis; inimicitias et amicitias omnia facere, has connectendo, illas dissolvendo in vitam et mortem quicquid spirat et vivit. *Idem.*

75 *Corporis hic damnat sensus*] Supputando eo facile devenit humana ratio, ut, quæ sensibus comprehenduntur, incerto sciri et cognosci, perspicere valeat.

*Verumque videri Pernegat*] De in-

certitudine sensuum quod dixi, plena sunt omnia. Vide Ciceronem Academic. iv. At de cognitione veritatis in rebus loquitur Claudianus: in hac certitudinem non esse, cum Ens ipsum comprehendi nequeat, docet Plotinus. *Barth.*

76 *Hic semper lapsuræ pondera terræ*] Eleganter hominibus operam ipsam adscribit rerum, quas tales considerabant, aut docebant. Celebris autem opinio rapiditatem circumvolutionis cælestis ipso suo impetu sustinere corpus terrestre, in aëre pendens, ne labatur. *Idem.*

78 *Accenditque diem*] Solem dicit; quem Patrem diei Pindarus.

*Prærupti turbine saxi*] Futilium balathronum fuere aliqui qui Solem ingens saxum esse commentarentur. *Barth.*

79 *Unoque tegi non passus Olympo*] Vagorum hominum vanitatem scite arguit. Tot mundos sciscabant nonnulli, quot essent stellæ. *Idem.*

81 *Angusto pectore mundos*] Scite juxta posito Epitheto sententiam suam declaravit, nimirum hominis conatus ridiculos esse ad talium rerum doctrinam. *Idem.*

82 *Vaga primordia*] Atomos doctrina Leucippi, Democriti, Epicuri; cæcæ plagæ nexus et hamuli deliris hominibus ficti. Vise Lucretium: Lactantium de Ira Dei, c. x. *Idem.*

83 *Numina constituunt alii*] Firmant, expediunt, ut sint velut, quæ antea non fuerant certa. Irrisio salsa, ut totum hoc comma, de Philosophis. Dubitatio hæc inter casum et Deos tangitur priore in Rufinum. *Idem.*

84 *Graiorum obscuras*] Quia Consulem Romanum laudat, deprimit Græciæ res, modo literarum, supra armorum. De obscuritate ejusdem gentis scriptorum idem queritur Lucret. lib. i. 'Non me animi fallit Graiorum obscura reperta Difficile illustrare Latinis versibus esse.'

*Romanis floribus*] Ornamentis dicendi, orationis amœnitate. *Barth.*

85 *Vicibus gratis formare loquentes*] Per Dialogos intelligit, modo scribendi Socratico, aliisque Philosophis dilecto. Latinorum Princeps Cicero adeo hoc genus frequentavit, ut per contemptum inde Dialogistæ nomen invenerit. Platonem primum Dialogos introduxisse Favorinus tradidit. *Idem.*

86 *Alterno verum contexere nodo*] Socraticis captionibus, officio Dialecticæ, quod pulchre mihi delineasse visus est Plotinus, Enneade I. I. III. c. 3. *Idem.*

88 *Docta Cleantheæ*] Doctrinam Cleanthis vere commendat. Ejus enim viri ingenium erat hebes, nec proficiebat nisi ærumnabili labore, cui idcirco adeo se dedit, ut alter Hercules diceretur. *Idem.*

89 *Chrysippe, recessu*] De Chrysippo notæ historiæ, exstatque magno commodo omnium literarum Diogenes Laërtius. *Idem.*

90 *Democritus risit*] Sapientium hominum non postremus: summam studiorum et felicitatis humanæ in tranquillitate animæ ponebat, cætera omnia fato ferri visa joco ludibrioque habebat.

*Dixitque tacendo Pythagoras*] Quinquenni taciturnitate initiabantur doctrinæ suæ Pythagorici, ad cœlestia capienda ut fierent idonei. *Barth.*

91 *Uno se pectore cuncta vetustas Condidit*] Antiquitatis notitiam summam eruditionem habet. *Idem.*

*Cuncta vetustas*] Junianus tanta, etiam non male. *D. Heins.*

92 *Major collectis viribus exit*] A ventis, aut spiritibus alioquin aliis. *Barth.*

93 *Ornantur veteres*] Insigniore gloria, quam parit novorum librorum conditio: ut et ampliore labore. *Idem.*

94 *Academia*] Notæ Athenæ Atticæ Sapientum Philosophorumque turbis. *Idem.*

95 *Ut tandem propius discat*] *Discas* codex S. Marci, unus Vatican. et Pricæi. *D. Heins.*

*Ut tandem propius discat*] Usui ipsi, et gubernationi tanti Magistratus admota. *Propius*, certius, facilius, semotis obstaculis. De Finibus, de Summo Bono, de Justitia, Honestate, Virtutibus, quæ hic tanguntur, Philosophorum opiniones hic excutere non est. *Barth.*

97 *Virtus divisa*] Unam statuit virtutem divisam in justitiam, temperantiam, fortitudinem, cæteras. *Idem.*

98 *Objectet vitiiis*] Virtus enim fugere vitia. *Idem.*

99 *Vincat ratione metus*] Ratio mirum in id data homini, ut sapientiæ et bonæ mentis studiosus, vitia omnia deformesque larvas fugiat, superet, declinet, excindat.

*Metus, amores*] Duæ furia tranquillitatis humanæ.

*Frænet amores*] Injecto velut fræno coërceat. Juvenalis: 'pone iræ fræna modumque, Pone et avaritiæ.' *Barth.*

101 *Animaverit astra*] Vitas geniosque suos astrorum corporibus adscribebant veteres, consensu fere Auctorum. *Idem.*

102 *Impuleritque chorus*] Sic Delirius, Schottus et Gronovius: quomodo et ex nostris meliores. Vulgo *Impleritque chaos*: perperam. *Chorus* pro astris posuit. Val. Flaccus, lib. v. 'Qualis ab Oceano nitidum chorus æthera vestit:' sic et *χóρος ἄστρον* passim apud Græcos poetas. Plura exempla conguessit Barthius: qui tamen perperam *Impleritque* tuetur. *Impulerit*, τὸ *animaverit* optime interpretatur. Staius Lacrymis Etrusci, 'Servit et astrorum velox chorus:' Fulgentius Astronomico: 'At chorus astrorum reliquos non tangitur umbris.' Plura collegit Passeratius ad Propertium. *D. Heins.*

*Impleritque chorus*] Numerosos illos et certis legibus in chorum plenum

atque compositum, astrorum cursus intelligit; vatum optimorum consensum imitatus. Manilius, lib. II. 'Signorumque chorus, et mundi flammea tecta.' Chorus enim compositum agmen, scitumque omne denotat, cum nihil lætum fere haberetur priscis Græciæ vatibus sine choreis, chori- que omnibus adessent, sacris, fabulis, ludis, conviviis. Est enim chorus proprium concinentium hominum, et in coronam orbemve cœuntium agmen.

*Implevitque] Impulerit alii. Implevit, suis confecerit, absolverit, numeris. Barth.*

*Impuleritque chorus] Hoc est, cœlorum ex motu concentum, de quo Apollinaris: 'solidum princeps quod Musica mundum Temperet, et certis concentum reddat ab astris.' Delrio.*

*Quo vivat machina motu] Quis ille sit spiritus, qui mundum omnem moveat, et intus agat. Multis de hoc; Deo nempe ipso, Timæus Locrus, Ocellus Lucanus, Aristoteles, Plato. Motu autem vivit machina, alioquin subsessura. Manilius, lib. II. 'Namque canam facita Naturæ mente potentem Infusumque Deum cœlo, terrisque, fretoque, Ingentem æquali moderantem fœdere molem,' &c. Barth.*

103 *Sidera cur] Planetas dicit. Idem.*

105 *An geminæ convertant æthera mentes] Contrariæ scilicet duæ, ut omnia alia secundum litem fiunt.*

*Mentes] Dii. Deum enim animam mentemque machinæ huius universi statuit omnis vere sapientium Philosophorum Schola. Virgilius: 'totamque infusa per artus Mens agitat molem.' Barth.*

106 *Sitne color proprius rerum] Magna disceptatio inter Philosophos, color qui visum subit, sitne in rebus, an lucis appulsu generetur, ipsisve oculorum radiis confiat, inque iis differentiam suam faciat. Vide Stobæi Collectanea Physica, cap. 19.*

*Lucisque repulsu] Lege: Sitne color proprius rerum, lucisve repulsus. Ipsissima veritate. Hæreatne in rebus color, an repulsionem lucis eludant aciem oculorum, fingantque colores. Barth.*

*Lucisque repulsu] Meliores lucisne. iidem paulo ante variisne. quomodo Barthius coniecerat: hoc loco ille malit lucisve repulsu Eludant aciem: quam mutationem minime necessariam duco. D. Heins.*

107 *Luna Recursus nutriat Oceani] Æstum sive reciprocationem Oceani dicit, ignorabile portentum Naturæ, causis semper latituris, ad Lunaria tamen incrementa, horasque ejus sideris fieri, res demonstrat.*

*Quæ Luna] Quota hora. Lunari- bus enim horis velut appensum movetur pelagus. Barth.*

108 *Quo fracta tonitrua vento] Ab Elementis astrisque ad meteororum tractationem venit. Socratico vero et Platónico more omnia refert ad causas naturales.*

*Fracta tonitrua] Qua vi sonitus illi perterricrepi fractis fiunt nubibus. Barth.*

109 *Quis trahat imbriferas nubes] Hoc vero est Divi illius Socratici negotium. Jovi vulgus secuti Poëtæ hanc vim tribuunt, quem Strepsiades per ingens cribrum meientem pluvias facere crediderat.*

*Saxa Grandinis] Ab effectu, saxis pari. Barth.*

*Quo saxa creentur] Creantur plerique: ferantur Aldus et decem ex nostris. duo feruntur. tres ruantur. rotantur Mazarin. Putean. et Rhemensis. Lege rotentur. 'rotare saxa' IV. Cons. Honorii etiam dixit, vs. 330. l. I. in Rufin. 'Haud secus hyberno tumidus cum vortice torrens Saxa rotat: 'saxa rotare' passim apud poëtæ: creentur tamen prim. Vatie. quæ creentur codex Claverii. Quid trahat etiam, non quis, Florentinus S. Marci. et flabra non flagra potiores*

membranæ. Ita et lib. i. in Stilich. 'pigri flabra Bootæ.' Raphelengius cum Claveriano codice, quod et Scaliger probat et Barthius, *flamma excutiat: flagra vel auræ* prim. Vatic. non per auras. certe, nisi *flamma excutiat* legas, non video quomodo hæc cum sequentibus cohæreant. *D. Heins.*

111 *Excutiat*] Ad celeritatem velut excussæ per auras tormento flammæ alludit. *Barth.*

112 *Tristem cometen*] Nuncium utriusque impendentium tristem.

*Figat*] Erudite, ad veterum doctrinam. Physici enim statuebant Cometen non suo sed ætheris motu ferri.

*Crinita*] Duæ Cometarum species: Cometæ, et Pogoniæ. *Barth.*

113 *Compositam puppim*] Philosophica vox. Qui enim, omnibus affectibus liber, contemplationi rerum et virtutis cultui sese dedicavit, dicitur se composuisse. Compositi enim a morte, qui nihil cum rebus jam humanis habent, etiam cadaveribus curatis. Horatius, lib. i. Sat. 9. 'Omnes composui. Felices! nunc ego resto.' *Compositam puppim*, subtractam dicit tumultibus vitæ communis. *Idem.*

114 *Facunda placebant*] Sequentia arguunt concinnius scribi *facunda*; quod in nullo tamen tot librorum offendimus. *Idem.*

*Facunda placebant Otia*] *Facunda* puer olim conjeci. confirmant Barthius et decem scripti: *facunda* vocat *otia* quod libros parerent: *facunda jacebant* prim. Vatic. Male *facunda carmina* et *facundas Musas* dixit Porphyrius Panegyrico ad Constantium. *D. Heins.*

115 *Nascentes libri*] Par ratio librorum et liberorum; et illi enim progenerari nobis dicuntur.

*Ibant in secula libri*] Mira elegantia locutionis, qua scripta genium habentia sensim excedere pectore auctoris, et in æternitatem famæque perennem favorem prodire finguntur.

*Secula*] Æternitatem. *Barth.*

116 *Vidit ab æthra*] Notum Justitiæ numen, primis hominibus conversari solitum, ingruentibus malis pejorum ætatum moribus, cælum repetiisse traditum, ibique juxta libram consedissee. *Idem.*

117 *Viduatas leges*] Velut perpetuas illius alioquin contubernales. Horatius: 'viduus pharetra Risit Apollo.' Quam semper gestabat. Quod inepte cavillantur Grammatistæ. *Id.*

118 *Continuo frontem limbo*] Scaliger et Barthius *nimbo*: qui hoc loco videndus: nec aliter Rhemensis, et opt. Ambros. ex Plauto, Arnobio et Isidoro adstruit hanc lectionem vir eruditus: quibus adde Papiam. 'Nimbus, fasciola transversa ex auro assumpta (lege *assuta*) in linteo, quod est in fronte dominarum positum. Nam et lumen quod circa angelorum capita pingitur, nimbus vocatur, licet sit densitas nubis:' apud Statium tamen Achilleidos primo in optimis membranis legitur, 'gemmatas aut nectunt tempora limbis:' non *vittis*: quomodo vulgati codices: 'frontem limbis imminutam' dixit Arnobius, ubi *nimbis* tamen reponunt homines eruditi: sed et *nimbus* pro nube hoc loco potest sumi: ut apud Maronem: 'Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo Detulit.' *D. Heins.*

*Frontem limbo velata pudicam*] Pudicitæ veteris ratio obtinebat virgines in publicum non procedere, nisi obvelatis vultibus, ut hic justitia domo sua cælesti in terram descensura.

*Limbo*] Fasciolæ illæ, quibus frontem obvelabant fœminæ *Nimbi* appellabantur potius. Isidor. lib. xix. Orig. c. 30. 'Nimbus est fasciola transversa, ex auro adsuta in linteo, quod est in fronte fœminarum.'

*Frontem pudicam*] Nazarius Panegyri. 'In serenis frontibus animorum iudicia perleguntur. Justitia vero quid pudicum magis?' *Barth.*

119 *Deserit auctumni portas*] Statio Virginis nota in Cælo. *Portæ*, ut



*πύλαι* Homero et Tragicis, loca. Chelias noctis dispendia reparare dicit, quod Sole in ea gradiente fere pares lux et tenebræ. *Barth.*

120 *Noctis dispendia*] Damnum, luce ampliorem partem obtinente. *Idem.*

121 *Pax avibus quacumque volat*] Vis et Jus contraria: in Pace Jus, in Bello Vis, unde Justitiæ amica Pax. Hac in terris regnante omnia erant pacata, omnia per se proveniebant, omnium rerum, exclusa invidia atque avaritia, communis erat fructus.

*Volat*] Alis enim prædita fingitur.

*Rabiemque frementes Deposuere feræ*] Alludit officium et beneficium Justitiæ; cui nimirum soli debeatur conjunctio humanæ societatis, cum sine illa, citraque ejus Imperium, omnis vita ferino more coleretur. *Barth.*

122 *Latatur terra reverso Numine*] Insignis hyperbole. Hac enim ratione sub Jovis imperio nemo unquam fuerit justus Princeps, isto demum Consule Justitia in terras reversa. *Idem.*

123 *Prisci auri*] Aurea ætas naturali æquitate vitam colens. *Idem.*

124 *Ligurum se mænibus infert*] *Vastis se mænibus prim.* *Vatic. D. Heins.*

*Ligurum se mænibus infert*] Mediolanum dicit. Eam enim Theodosius Magnus elegerat aulæ sedem, et veteri Romæ quodammodo succidaneam. *Barth.*

125 *Castos Penates*] Non enim alios numen illud æquissimum intraverit: cum Justitiæ vel prima regula sit alieno toro omnique incesta libidine abstinere.

*Castos ingressa Penates*] Contra fugit consceleratorum hominum habitacula, ut ætate jam corrupta. *Barth.*

*Levibus plantis*] Utpote divina aura, ignis ætherius. Quam substantiam Diis suis cum effigie ejusdem humana adtribuebant sapientes prisci.

*Levibus plantis*] Non *plaustris* plerique codices: nec admittendum *claustris*: quod *Barthius* commentus est. Sequenti versu *τὸ* in delendum ex auc-

toritate eorundem codicum. *D. Heinsius.*

126 *Invenit ætherios*] Nobilissimas scientias, Astronomiam et Geometriam tradit in manus Manlio, utpote homine cordato dignissimas. Astrologia enim velut scalæ quæpiam, cælestibus inscendendis.

*Signantem*] Delineantem: Signa enim elementa, prima rudimenta.

*Pulvere*] Usus veterum ad Mathematicum lineas subtilissimi pulveris. *Barth.*

127 *Quos pia*] Cultui numinum dedita: mater et nutrix Mathematicarum disciplinarum.

*Sollicito pollice*] Curiosa opera.

*Deprendit*] Curam intelligit velut fugientes. Ut in illo: ‘Deprendit tacitis dominantia legibus astra.’ *Barth.*

128 *Quæ moveant momenta polum*] Pendentem velut in æquilibrio. *Momenta*, motus hinc inde ducentes pondera, donec constant; et ipse stilus ferreus, indicans æquationem.

*Quæ moveant momenta polum*] Cum *momenta* a movendo deducantur, durius videtur *moveant momenta*: *foveant* putabam aliquando. *D. Heins.*

*Certus in astris Error*] Vagus et rarus circuitus. *Barth.*

129 *Quis tenebras Solis*] *Soli*, et mox *Defectum indicat*, non *videat* aut *inducat*, cum optimis libris scribendum: vide notas ad bellum *Gild. vs. 16.* *Minucius Felix*: ‘Relinquenda vero Astrologis proluxa de sideribus oratio, vel quod regant cursum navigandi, vel quod arandi metendique tempus indicant:’ quomodo et festa apud Romanos indicebantur, quæ non erant stata: male pro vulgata scriptura pugnat *Barthius*. Vide quæ de hoc loquendi modo ad *Senecæ Œdipum* observat exactissimus *Gronovius, vs. 17.* *Lucensis, Defectum signet*: paulo post *veneratus* pro *veneratur* scripti: vidit *Raphelengius. D. Heins.*

*Causisque meantem*] Non pro mira-

culo aut portento habendum, sed raris certisque causis contingentem, et velut ingredientem. *Barth.*

130 *Videat numerus*] Prænnunciet. *Numerus*, calculus, ratio, expensio. *Lucanus*, lib. 1. 'quem non Ægyptia Memphis Æquarit visu, numerisque docentibus astra.' *Idem.*

131 *Pallentem*] Obscuratam, orbatam lumine. *Idem.*

132 *Virginis*] Inculpatæ, quæ cum castitas hominum decreceret, reliquit cœtus eorum. *Idem.*

135 *Tunc sic*] Subitam allocutionem notat. III. Cons. Honor. 'Tunc sic lætus ait: Rex o stellantis Olympi.'

*Sincera bonorum Congeries*] Sic ipsum hominem appellat, exquisita omnium bonorum commendatione, velut in naturam ea hominis transierint. *Barth.*

*Malli*] *Manli* in melioribus scriptis: plerique etiam *Tum sic*. Pal. prim. Med. et alter *Moreti*, *Cum sic*: quam locutionem *Nasoni* sæpe reddidimus ex optimis membranis. *D. Heins.*

136 *Veteris vestigia recti*] Simplicitatem priscam intelligit, omni ævo sequenti laudatam. Rectum, probitatem, æquitatem inconcussam intellige. *Barth.*

137 *Ductos video mores*] Metallo ductos. *Ducere* enim verbum ei rei est. *Virgil.* 'Aut leveis ocreas lento ducunt argento.' *Idem.*

141 *Transmissæ gloria vitæ*] Jam ante enim *Reipublicæ* adfuerat, antequam se conderet in illum suum *Parpassum*. *Idem.*

142 *Humanum curare genus*] In Romanis Magistratibus. Hanc enim ambitionem loquendi perpetuo servat, Romanæ rei humanum genus addicendi. *Idem.*

143 *Nullas recipit prudentia metas*] Nemo eam emeritus est: quamdiu vitæ usus, tamdiu prudentia opus est. Omnium temporum arbitram atque reatricem esse prudentiam, celebre *Isocratis* dictum est. *Idem.*

144 *Sedes*] Honoris locus, fastigium Magistratus. Multis semel; raris, iterum contigisse summos honores dicit. *Idem.*

145 *Sed meritis tantum redeunt*] *Meriti* probe prim. *Vaticanus*: quomodo emendandum clarissimus ac politissimus *Vir Gaspar Gevartius* jam olim me monuit, cujus eruditos in hoc poëma commentarios avide expectamus. Locum merito ut obscuriorem notat curis secundis *Barthius*, sed mendosum esse non est subodoratus. *D. Heins.*

147 *Quos fortuna regit*] *Legit* jam ante annos aliquot scribendum vidi: ut testis idem mihi *Gevartius*. Confirmat *Rhemensis liber*, cujus excerpta viro summo *Dionysio Petavio* debemus. *Nupt. Honorii*: *Dignus quem legeres*. *Laud. Stilich.* *Digna legi vir-tus*: atque ita passim. *Quos fortuna dedit*, vel, *gerit*, conjectura est *Barthiana* in uberiori Commentario. Alias apud illum malebat, *Quis fortuna redit*. Sed nihil verius est nostra lectione. Memini *Sidonium* quoque *Apollinarem* sic non semel locutum. *Idem.*

*Magnoque*] *Magno pretio*. *Maro*: 'magnoque optaverit emtum.' *Barth.*

148 *Abstrusa rerum ratione*] Investigatione rationum et repertorum Philosophicorum. *Idem.*

149 *Patriam*] *Athenas* dicit, servatas Oraculo recte exposito *Themistocli*, homini non literato, sed acris ad omnia prudentiæ.

*Tui Platonis*] *Temporum* etiam eorum Philosophiæ, extra eam quæ *Sacris Literis* debita, princeps *Plato*, Christianis quoque doctoribus commendatissimæ. *Barth.*

150 *Quam qui*] *Eruditioni* et speculationi *Platoniciæ* opponit prudentiam sine illis in *Themistocle*, quo sane vix ullus Principum id genus fuit felicior, naturali virtute pollentem. *Idem.*

*Qui*] *Themistocles*. *Idem.*

151 *Urbemque carinis Vexit*] *Bar-*

thius ex scriptis malit legi, *Textit.* nescio quos dicat scriptos, præter Claverii codicem, qui eam lectionem in coronide profert. nam Pulmanniani et omnes, quotquot ego inspexi, pro vulgata stant, et recte quidem. *D. Heins.*

*Urbemque*] Optime. nam et *κατ' ἐξοχήν* Urbs Athenæ. *Barth.*

152 *Medo*] Persarum Regi, Medis imperanti tum. *Idem.*

153 *Spartanis matribus*] Institutum Lycurgo, gymnastica exercitia fæminis cum viris communia esse; rei rationem rogatus respondisse memoratur, uti in robusto exercitatoque matris corpore firmus valensque fœtus gigneretur; utque ipsæ mulieres, ubi necessitas postularet, armis pariter patriæ adessent. *Idem.*

154 *Sexum vicere*] Viriliter agendo.

*Leges severæ*] Spartanæ Leges notæ severitatis. Valerius Maximus, II. 6. *Barth.*

155 *Ignavo muro*] Satis munitis virtute Legibus oriunda. *Idem.*

157 *Monitus annique silentes*] Nota omnia. Monitus et annos silentes conjunxit, ut supra tacendo locutum memoravit; ignaviæ simul umbraticam sapientiam notans, ut modo ante. Silentio autem auctoritatem secreti Deorum cultus, scitorumque majestatem, sibi peperit Pythagoras; quibus accedentibus nonnullis portentis, cultum pene divinum habuit. Ammianus, lib. XXI. *Idem.*

*Annique silentes*] Scripti nonnulli *animique.* Unde vidi qui *Samii* corrigendum censeret. ut Pythagoræ discipulos intelligat, qui *ἀκουστικοί* propterea dicti. quale mendum et ego ex Martialis lib. IX. Epigr. 48. delevi. vulgo legitur: 'Sic quasi Pythagoræ loqueris successor et hæres, Propendet mento nec tibi barba minor.' Puteanorum fratrum codex *Præpendet tamen.* Vaticanus antiquissimus 'Propendetque minor n. t. b. tamen,' vocum ordine turbato. alius ejusdem

bibliothecæ *Dependet sane.* excerpta Thuanæa optimæ notæ *præpendet sane.* Lego: 'Propendet Samia nec tibi barba minor.' Eximius vir mihiq̄ amicissimus Isaacus Vossius pulcherrimis ad Pomp. Melam Observationibus malit: 'Propendet meta nec tibi barba minor.' Seligat lector, quam conjecturam ex duabus potioribus arbitretur. apud nostrum tamen vulgata lectio non est sollicitanda. per *annos silentes* quinquennium intelligit silentio a Pythagoræis devotum. Laërtius in Pythagora: *καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ κατετίθεντο τὰς οὐσίας, εἰς ἐν ποιούμενοι· πενταετίαν τε ἡσύχαζον, μόνον τὸν λόγον κατακείμενοι.* Meminerunt hujus quoque quinquennii Gellius Noct. Attic. I. 9. Jamblichus vita Pythagoræ; Plutarchus de Curiositate; Lucianus vitarum Auctione, Hermotimo, et Gallo; Tzetzes in Chiliadibus; alii. Sidonius Apollinaris, Carm. 15. 'Asserit hæc Samius post docta silentia lustris Pythagoras.' *D. Heins.*

158 *Famosum luxum*] Tarentini vitæ summam ponebant in voluptate, extra hanc omnia adspicientes.

*Æbalii Tarenti*] Spartani. *Barth.*

159 *Insignem curam*] Quo major dignitas enim, eo amplior cura quam non fugiat homo Philosophia sententia, nisi simul ignava opera. *Idem.*

160 *Meritis majora patebunt Præmia*] Præmia autem virtuti data, commendant temporum felicitatem. *Idem.*

161 *Jungere sensus Cum Stilichone*] *Sensus,* consilium, sententiam. Sic Cn. Mattius: 'Curasque acerbis sensibus gubernare:' ratione, intellectu. *Idem.*

162 *Protulit atas*] Male vulgo *per tulit.* contra fidem præstantiorum codicum. et tamen eam scripturam tueatur Barthius. *D. Heins.*

163 *Consilio vel Marte*] Bello et Pace. *Barth.*

164 *Vivere sub regno*] Ita distin-

guendum cum melioribus membranis. idque vidit Barthius ac monuit. *D. Heins.*

*Vivere sub regno*] Hic locus valde anceps et lubricus, o Claudiane! licet ad laudem Honorii hæc referas, videris tamen de tuo Stilichone plus nimio gloriari. *Claver.*

165 *Servire*] Suo quodam servitio. Capiendum ad id quod dicit alibi: 'Fallitur egregio quisquis sub principe credit Servitium: nunquam Libertas gratior exstat Quam sub Rege pio.' *Barth.*

166 *Nostra soror*] Quæ temperet nimirum Justitiam, velut agnata ei, et sanguinis ejusdem. *Idem.*

167 *Fratres amplexa serenos*] Nullus titulus, nulla laus dignior summo principe, Serenitate; qua scilicet Imperator proximus sit supremo numini, quod tranquillum et inturbabile statuitur. *Idem.*

169 *Perfidia*] Opponit hanc pietati: quia nulla magis re Deorum numina contemni credebant veteres quam pejerando. *Idem.*

170 *Furiarum vincla*] Ipsas simul catenis impeditas dicere vult, omnia obtinente Pace, Pietate. *Idem.*

*Vincla veneno*] Colla primus Medicus unus Vaticanus, et Palatinus, rectius, si quid video, delirium certe eam scripturam Barthius appellare non debuit. sequenti versu malim, *Exsultet*, ut a superioribus oratio dependeat. atque ita Vaticanus chartaceus. *D. Heins.*

171 *Exsultat cum Pace Fides*] Fides vero Paci optime jungitur, quoniam sine ejus adminiculo nullam certum est constare inter homines societatem, ut disserit Appius Crassus apud Livium, lib. vi. Ut merito eam 'certissimum humanæ Salutis pignus dicat.' *Barth.*

*Exsultat*] Unus Vatic. *Exsultet*. ut hæc quoque a superioribus dependeat. *D. Heins.*

172 *Inter*] Permixtæ populo, ut

de aureo seculo canunt Poëtæ. *Barth.*

173 *Nobiscum, Theodore, redi*] *Veni* Gyrald. *D. Heins.*

174 *Agrestem dudum*] Agriculturæ deditum: hoc est, secessui rurali.

*Reverti cogis*] Primæ Justitiæ suasioni cedit, quæ probo viro est coactio, nempe quod nefas oblectari virtuti, cui insint cæteræ omnes. *Barth.*

175 *Rubigine ruris*] Desidia radices agente. Ovidius: 'ingenium longa rubigine læsum Torpet.' *Idem.*

176 *Nunquam mihi cura tot annis*] *Nam quæ mihi vetustiores libri. annos etiam Ambrosianus unus. bene. diximus bello Gild.* *D. Heins.*

177 *Sulcis mollire novales*] Agrum colere. *Barth.*

178 *Soli vires*] Fœcunditatem.

*Rupes*] Omnem collem montemque indicat hac voce Claudianus. *Barth.*

181 *Veteranus*] Præmia velut in assignatis agris jam indeptus. *Idem.*

182 *Vector*] Nauta, navigii gubernator. *Idem.*

183 *Collectamque diu*] Gloriam dicit, ambitionis præmium, et laborum pro Republica. *Utcunque* ad instabilitatem rumorum ducendum, a mobilitate vulgi pendentem. *Idem.*

184 *Putiar deponere*] Insuetior locutio, nec mutanda. Tantum enim est, ac si *deponi* dixisset. *Idem.*

185 *Natura fortior usus*] Curtius, l. v. 'Pauci hujus sententiæ fuerunt; cæteros consuetudo, natura potentior, vicit.' *Idem.*

186 *Defluat*] Ipso in usu evanescat. *Idem.*

187 *Desidis aurigæ non audit*] Exemplis e vita communi dictum confirmat.

*Audit*] Attendit, ei obsequitur, obtemperat. Virgilius, Georg. i. 'nec audit currus habenas.' *Barth.*

192 *Animosque ferarum Exuimus*] Malim *exuimur*, frequentissimo poëtis Græcismo. *D. Heins.*

193 *Nitidis sensibus*] Purificatis: talibus enim adeundos Deos sapien-

tiores sciscunt. *Barth.*

194 *Irruet intrepidus flammis*] Omnia pericula spernet. Horatius: 'Justum et tenacem propositi virum Non civium ardor,' &c.

*Irruet intrepidus flammis*] *Flammas* prior Moreti, et optimus Vaticanus a manu secunda. quod elegantius. In Epigrammatis: 'Sic ope sanctorum ne barbarus irruat Alpes.' Prudentius Apotheosi, vs. 480. 'Ecce Gerasenos legio irruit effera porcos.' ubi tamen *rui* in veterrimis codicibus legitur. Guntherus Ligurini lib. iv. 'Teutonus hostilem cum civibus irruit urbem.' et libro ix. 'Protinus hostiles infesto milite fines Irruit.' Avienus Descriptione orbis: 'virides sulcans terras Achelous Irruit Hadriaci tergum maris.' Ammianus, libro xvii. 'Has enim oras Parthiscus irruens obliquatis meatibus Istro miscetur.' Minucius Felix Octavio, de fulminibus agens: 'Adeo passim cadunt, montes irruunt, arboribus incurrunt, sine delectu tangunt loca sacra et profana.' ubi perperam *diruunt* reponitur. Valerius Flaccus, lib. iii. 'gravis irruit Othum Phleias, et trepido Pollux impingitur Hebro.' Ubi *invenit* perperam nunc circumfertur. sequenti versu *confertos hostes* et *inermis* legendum, ut potiores scripti. sic 'arma conferta' et 'conferta legio' apud Silium. Vulgo *confertos* et *in armis*. D. Heins.

196 *Ille vel Æthiopum pluviis solabitur æstus*] Pluvia solatur æstus, quia temperat ac frangit. Hoc ergo vult, Justitiam vice pluviae functuram apud Æthiopas, ac nimios æstus mitigaturam. Tacite autem tranquillitatem animi subindicat, quæ per Justitiam acquiritur et comparatur. Æstuavit in hoc loco plus quam vellem doctissimus Barthius. Libri nostri manu exarati nihil variant, altero Moretano deterioris notæ excepto, qui cum Delriano, *Ille per Æthiopum*: sed ea non est illius codicis præstan-

tia, cui multum deferas. *Idem.*

*Ille vel Æthiopum*] Cælum enim ei mittere pluvias dicit, vel in mediis Æthiopum æstibus, alludens animum immobilem virtutis possessione. *Barth.*

197 *Illum trans Scythiam*] *Tanaïm* primus Mediceus et Palatinus: placet. D. Heins.

*Trans Scythiam vernus comitabitur aër*] Ubique serenam inturbabilemque vitam vivet. Sapientis justique viri constantia describitur a contemptu exilii; quam subierunt multi ob contemptum fortunæ, virtutisque cultum, summi sapientum Coryphæi. *Barth.*

198 *Habenas*] Moderamen Imperii Romani currui regendo exæquat. *Idem.*

*Suscepit habenas*] Hic profecto exprimitur dignitas Præfecti Præt. Occidentis, sub quo Italia, Illyricum occidentale. *Claver.*

200 *Prima Padum Tyberimque ligat*] Duos celebriores Italiæ fluvios conjungit. Cl. tamen Blondellus *Trebianque* malit. Sequenti versu pro *Lydos* Raphelengius ex conjectura viri illustris *Lybias*. nec dissentio. quod et Barthius amplectitur. Tentabam olium *Numidus*. D. Heins.

203 *Cyrnon*] Corsicam, a fœmina Corsa. *Barth.*

*Cyrnon*] Corsicam intelligit. Strabo: *Κύρνος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖται Κόρσικα.*

*Trifidam*] Talis toto situ Sicilia.

*Retentat*] *Retinet*. Exemplo Maronis, lib. v. 'pars vulnere clauda, retentat Nexantem nodis.' *Barth.*

204 *Tyrrhena funditur*] Affunditur. Sonum undæ ubertim appellentis proponit. *Idem.*

*Tunditur unda*] Et hic Scaligeri conjecturam Raphelengius expresserat: quod Puteanea excerpta, Rhemensis, et Ambros. unus confirmant. Vulgo *funditur*. Catullus: 'Littus ut longe resonans Eoa Tunditur unda.'



nam sic scribendum, non *resonante*. Virgil. *Æn.* v. 'Est procul in pelago saxum, spumantia contra Littora, quod tumidis submersum tunditur undis.' Tibullus, libro II. Eleg. 4. 'Stare vel insanis cautes obnoxia ventis, Naufraga quam vasti tunderet unda maris.' Horatius, Epod. XVII. 'Non saxa nudis surdiora navitis Neptunus alto tundit hybernus salo.' Guntherus Ligurini libro IV. 'Nec mora: Dalmatici qua fluctibus æquoris Ancon Tunditur.' Priscianus Periegesi: 'Post hæc Æoliæ tellus prærenditur oræ, Fluctibus Ægæi primis quæ tunditur alti.' Prudentius Cathem. 'Salsosque candens spuma tundit pumices.' Unus Med. *finditur*. alius, *clauditur*. quomodo et Vaticanus secundus cum Palatino: qui *clauditur urna*. Forte *plauditur*. quatuor *refunditur*. D. Heins.

205 *Nec te tot limina rerum*] *Lumina* Barthius: quomodo complures ex nostris. Inter quos et optimus Vaticanus. tres alii, *tot te limina*. Malebam olim *culmina*. ut lib. I. in Rufin. 'jam non ad culmina rerum Injustos crevisse queror.' et sic Claverii editio. sed cum in quatuor codicibus *nec te molimina rerum* offenderim, omnino scribendum videtur, *nec tot molimina rerum*. Ovid. *Metam.* xv. 'Magna quidem rerum molimina vidit in extis.' et alibi: 'Magna tenent illud numen molimina rerum.' *Idem*.

206 *Velut altus Olympi Vertex*] De cacumine seu apice montis Olympi, Augustinus, lib. I. contra Manichæos. *Barth*.

210 *Sub pedibus nimbos*] *Ima* pars montis, pes Poëtis. *Idem*.

211 *Sic patiens animus*] *Animo* tredecim scripti. unus, *animos*. duo, *animi*: quod verum puto. vide notas bello *Gild.* vs. 281. D. Heins.

*Patiens animus*] Omnia enim vincit, quantumvis aspera tolerantis patientia, omnia levia facit quæ atrocia videbantur, ubi animus repugnabat

fato, nolensque subibat ejus legem.

*Per tanta negotia liber*] Quibus inhærescit, libertatemque suam quodammodo vendit et addicit animus præceptis veris sapientiæ non imbutus. Libertas est, nulli subdita, omnibus imperans. *Barth*.

212 *Similisque sui*] Constantia Justitiæ animum ita occupante, ut non mutet unquam vultum, rideat fortunam, spem, timorem, voluptatem, vigore perpetuo nobilis, nec a se desciscens.

*Justique tenorem*] Strictam velut lineam. *Barth*.

213 *Non gratia suadet*] Persuadet. Sic scriptores alii. *Idem*.

214 *Intactaque pectora lucro*] Avaritiam vel Principem omnium Heroum suorum pectoribus eliminat. *Idem*.

215 *Fuerint aliis hæc forte decora*] *Decori* optimus Vaticanus. Superiora rectius sic legantur, si per libros liceat: *Nam spretas quid opes intactaque pectora lucro Commemorem?* D. Heins.

216 *Quæ crimina purget*] Non, ait, virtutibus tuis accenseam expulsionem vitiorum, aut iis te carere, cum præsentia earum has laudes contemnat. *Barth*.

217 *Servat inoffensam divina modestia vocem*] Animi compositi tranquillitas elucet placiditate sermonis, non commoto affectibus animo, ut in voces erumperet iracundas. Sedatum animum summam sapientiæ declarant scriptores. *Idem*.

*Modestia*] Hic locus valde notabilis; sunt enim multi adeo stolidi, ut si quibusdam virtutibus excellere se sentiant, id quasi per compita velint publicari: saltem ea vitia, quibus non urgeri se putant, palam deprecantur; quod alienum est a modestia. *Claver*.

218 *Nec lumina fervor Asperat*] Immanis enim illa commotio animi nobilissimum etiam sensuum inficit, ut scintillæ quædam furoris in ipsis oculis appareant. *Barth*.

219 *Rabidas diffundit sanguine venas*] Iracundos tumere venis, rube fieri, sanguine foras eluctabundo, quotidie videmus. *Barth.*

*Suffundit sanguine venas*] Non diffundit, ad Statium Gronovius ex antiquis libris: recte nostri propemodum omnes accedunt. *D. Heins.*

220 *Tempestas oris*] Feritate expressa velut fluctibus. Sic irarum fluctus apud Maronem. *Barth.*

221 *Sontes expulsa corrigis ira*] Ne videaris ad affectum tuum vindicem agere: sed tanta animi tranquillitate vitia punis, ut invitus quodammodo legibus parere, pœnas exigentibus, videaris. *Idem.*

222 *Dentibus unquam Instrepis horrendum*] Furentis Iracundiæ modo, quem notare licet in hominibus bile transversa raptis. *Idem.*

223 *Fremitu nec verbera poscis*] Ut in famulos irati Domini. *Idem.*

224 *Qui fruitur pœna, ferus est*] Quem delectant cruciatus sontium: exempla suppeditant Tyrannorum voces et spectacula. *Idem.*

*Qui fruitur*] De hac feritate dictum etiam in Rufinum. Seneca: 'Ferina rabies est, sanguine et vulneribus gaudere.' *Claver.*

*Legumque videtur Vindictam præstare sibi*] Non tam secundum earum rigorem, quam affectum suum, supplicia exercens. Cordatum enim virum nullo vindictæ gaudio eam exercere volunt sapientiæ præceptores in noxios: sed procul odio et tyrannica lætitia, justitiam facessere. Seneca, lib. i. de Ira, c. 16. *Barth.*

225 *Felle Canduerint*] Ignis enim quidam pestilens est ira, cujus flos est candor. *Idem.*

226 *Ardet stimulis*] Ab hoc ardore Pythagoræi non cædendum esse ignem dicebant, cum iratum hominem non efferandum vellent.

*Ferturque nocendi Prodigus*] Nocere homini sapientiæ abominabilis animi. 'Sapiens non est, qui nocet.' *Barth.*

227 *Ignarus causæ*] Non enim perspicere aut æstimare sinit iracundia aut crudelitas animi causas motuum et pœnarum.

*Diis proximus ille est*] Non potest humana felicitas in majus extolli, quam cum divinæ proxima collocatur. Hinc proverbium venit: 'Diis proximus;' de præclaro viro. *Barth.*

228 *Ratio, non ira*] In hoc data est homini Ratio, ut moderetur eum, et, principatu suo usa, admoveat divinitati, subtrahatque rebus fortunæ parentibus. Est enim in humano pectore, quod sibi constat, occulta quædam sapientia, gubernatrix affectuum, quam cum sequetur homo, videbit se superiorem omnibus calamitatibus, intra se habere divinam ductricem operum suorum, directricem conatum, ad cujus consilium tranquille possit vivere domitor opinionum, Dominus affectuum, itaque composito animo felix, ut Deorum vitam vivat inter mortales.

*Facta rependens*] Justa libra aut statera examinans. *Barth.*

229 *Consilio punire potest*] Non affectu, aut odio.

*Mucrone cruento Se jactent alii*] Sæpius paria in Honorianis et Stilichonis Laudibus, dulcissimis et sapientissimis monitis. Serio sapientibus priscis adeo crudelitas et sanguinis amor displicebant, ut etiam cocis atque venatoribus eo nomine cohabitare abnuerent. *Barth.*

230 *Feritate timeri*] Bruto fædoque amore cædium: quo homo transit in naturam ferarum. *Idem.*

231 *Addicto censu*] Ita meliores nostri. vidit quoque Raphelengius. *D. Heins.*

*Adductoque hominum cumulent*] Fiscum qui præferunt privatorum commodis, tyrannos regnant: qui secus, laudantur. *Barth.*

*Addictoque*] Hoc est, damnato ad judicatumque. *Delrio.*

232 *Lene fluit Nilus*] Commendatio

tranquillitatis a fluminibus profundis, non rapidis. *Barth.*

*Lene fluit*] Qua regione lene fluat, docet Plin. Curtius vero docet, 'altissima quæque flumina minimo sono delabi.' Vide Diodor. *Claver.*

233 *Utilior*] Quotannis enim Ægyptum irrigans, ne imbribus ea egeat, aut ulli terrarum fœcunditate concedat, efficit. Tibullus: 'Te propter nullos tellus tua postulat imbres, Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.' Illud de Nilo memoria dignum ab Æliano commemoratur, ejus aquam non mulieres modo, quod Aristoteles prodidit, sed pecudes etiam fœcundas reddere: quare tantæ utilitatis flumen variis Poëtæ epithetis decorarunt: quin imo Silius sacrum nominavit; vel quia Æliano teste, Nilum enndem, quem Osyrim credebant; vel quia Nilum Ægyptii consecrarunt. *Delrio.*

*Nullas confessus murmure vires*] Prim. Vatic. nullo: rectius. superiori versu pro *sed cunctis amnibus*, idem, *cunctis sed amantibus*: forte, *cunctis sed et amnibus*. *D. Heins.*

234 *Acrior et rapidus*] Ita scripti octo. prim. Vaticanus et multi alii *ac. Acrior ac rapidus tacitas*: duo aut. unus *ut*. Lucensis *ad*. Cl. Gevartius *Acrior ut* conjiciebat. In Claveriano, *Acrior at Rhodanus*: quod perperam arrisit Barthio. Duos enim maximos fluvios conjunxit, Nilum et Istrum: idque exemplo Lucani ac aliorum. pro *extat* Mazarinianus *exit*. quod malo: pro *tacitas ripas*, frustra alii *tactas* vel *tractas* vel *fractas* vel *raptas*. Maronis illa videtur respexisse: 'Ceu septem surgens sedatis amnibus altus Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus Cum refluit campis.' Liris apud Silium, lib. iv. 'foute quieto Præstringit tacitas gemmanti gurgite ripas.' Statius iv. Syly. 'Qualis Cinyphias tacente ripa Pœnos Bagrada serpit inter agros.' de Nilo Lucan. x. 'quos inter in alta It convalle tacens

jam moribus unda receptis.' quam veram illic lectionem esse alii jam viderunt. 'pigra vado Langia tacenti' apud Statium, Thebaid. iv. et mox: 'Una tamen tacitas, sed jussu numinis, undas, Has quoque secreta nutrit Langia sub umbra.' lib. iii. 'tacent exhausti solibus amnes.' Naso, Fast. iii. 'Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.' Pont. iv. El. x. 'Et tacite peragens lene Melanthus iter.' *Idem.*

*Tacitas prætermeat ingens*] Danubii placiditas grandis alioqui et velut gravidam amnis fecit proverbium vulgare vetus Germanis; esse omnium annium uxorem, ut ob strenuitatem maritum Rhenum. *Barth.*

235 *Clementia sævi Gurgitis*] Sani scripti plerique: sic contra *insanæ aquæ* apud poëtas: assecutus etiam est elegantiam hujus lectionis Barthius curis posterioribus. *D. Heins.*

*Eadem clementia sani*] Sanus enim gurgis, cujus immensitatem clementia in ostia deducit. *Barth.*

236 *Gangem*] Flumen illud magno cum fragore ipsis statim montibus erumpit: dein ubi mollis contigit planities, in quodam lacu hospitatur; inde lenis fluit. *Claver.*

237 *Lapsisque minentur Pontibus*] Collapsis minentur diluvium agris. *Barth.*

*Lapsisque minentur Pontibus*] Melior scriptorum pars *lassisque*: quod verum: diximus nonnihil lib. iii. de Rapt. vs. 352. Barthius tamen vulgatum malit. *lassa procellis ratis* libro in Rufin. i. vs. 276. ut illic emendamus. *D. Heins.*

239 *Pax*] Communis fluctibus et humanis animis.

*Pax majora decet*] Notatum supra, divinitati homines admovere tranquillitatem magnanimam.

*Majora decet*] Translatione a rebus supra Lunam, quæ in summa florentissimaque pace sunt perpetuo. *Barth.*

243 *Largitor facilis*] Alii *Largitur.*

*Largiri* olim conjiciebam, quod in sex codicibus postea deprehendi, quos inter Palatinus, Barthio quoque inspectus, nec intellectus hoc loco tamen: unus *Largiris*. egimus de hoc loco III. Cons. Hon. vs. 88. Vaticanus optimus a manu prima *Largior et*. quæ lectio in nonnullis aliis etiam occurrit membranarum. *D. Heins.*

*Largitor*] Vox peculiarem magnanimitatem dantis indicans.

*Comitatur*] Comes nota felicitatis. Secundo Stilichoniarum, pariter ejusdem Herois decoribus accenset: 'nec prospera flatu Attollunt nimios, quin ipsa superbia late Discessit, vitium rebus solemne secundis, Virtutumque ingrata comes.'

245 *Frons privata manet*] Eadem prorsus laudata in Stilichone. *Barth.*

246 *Qui crevisse putat*] Sapientem non debere tantum tribuere fortunæ, ut ejus bonis posse sese crescere arbitretur. Uno tenore animi omnem vitam obeundam dicit. *Idem.*

*Qui crevisse putat*] Delrio leg. quo: hoc sensu: fatetur se ea dignitate indignum, qua ad altius fortunæ et dignitatis fastigium evector est.

247 *Jucunda remoto*] *Modesto* Isingrin. Aldus, et aliqui ex nostris membranarum. *fastum modestum* eleganter vocat aliquid temperati mediique inter fastum et modestiam. mox pro *insania* *Pricæanus vœsaniam*. *D. Heins.*

248 *Quæ non seditio*] Adscribitur viris solidæ virtutis in vulgus ea auctoritas, ut tumultus seditionesque prodeuntes in confertos turbatores confutent. Maro, *Æneid.* I. 'si forte coorta est Seditio, sævitque animis ignobile vulgus; Tum Pietate gravem et meritis si forte virum quem Conspectere, silent, arrectisque auribus astant.' *Barth.*

250 *Barbaries media*] Locus corruptus. *Livineius, Media barbaries*. *Scaliger Barbaries Medo*. unus liber ex nostris, *medio*, alius *mediam*. quod *Barthio* placebat. *Pricæanus, mediis*,

vel *mediam*. *Ambrosianus* optimus *medii*, vere. quomodo in *Electis* primus restituit *Cl. Gevartius*. vide notas lib. II. in *Rufin.* vs. 309. Neque aliter *Claverius* edidit, haud dubie ex *Cujacianis* libris, eamque lectionem *Barthius* quoque pro genuina curis secundis est amplexus. *D. Heins.*

*Medii quam non reverentia*] *Medius* idem qui *Mediator*, duobus dissentientibus interveniens. *Lucanus*, lib. I. 'Crassus erat belli medius mora; qualiter undas,' &c. *Medii* tam honorifica appellatio oriunda esse potest ex loci dignitate, quæ apud veteres prima erat trium.

*Reverentia*] Ob eruditionis claritudinem, quæ quidem talis est, ut ipsi etiam hostes eam venerentur. *Barth.*

251 *Sitiens*] Animi enim pabula sunt flores *Eloquentiæ*. *Athenæus*: τροφαὶ γὰρ τῶν ψυχῶν οἱ καλοὶ λόγοι.

*Sermonis mella politi*] Elegantissima comparatio eloquii cum melle, nectare, et id genus dulcibus; frequentata scriptoribus. *Petronius*: 'His animum succinge bonis, sic flumine largo Plenus, Pierio defundes nectare verba.'

252 *Deserat Orpheos*] Locus *Barthio* mendii suspectus, qui *Deferat* malit. *Disceret* editio *Camertis*. Ego nihil temere immutem. Quis, inquit, *Orpheos* cantus non deserat auditor, tui eloquii melle delinitus? *blanda formidine* optimus *Vaticanus* a manu prima. *D. Heins.*

*Deserat Orpheos*] Relinquat *Orpheum*, et isti accedat. *Testudo* *Poësin* notat, ex more *Musicæ* *priscæ*, quæ jungebatur versibus vocalis. *Barth.*

253 *Teneri primordia mundi*] Egregium opus *Theodori* hoc utinam ad nos pervenisset! *Placiditatem* morum, vitæque, cum gratia carminum et doctrinæ conspirantem prædicat. *Idem.*

255 *Pagina*] Libri. *Idem.*

256 *Augusto judice merces*] *Præ-*

mium tantorum laborum dicit Consulatum, quem summi honoris loco viris eruditissimis tribuebant Principes, unde tantopere eo paullo ante donatus gloriatur Ausonius, Plinius Panegyrico. *Barth.*

257 *Illumque habitum*] Consularem togam.

*Quo jungitur aulae Curia*] Consularis Imperatoriae dignitas. Non enim ullum legimus ex magistratibus alium suscepisse Principes, penes quos plenum omnium rerum arbitrium erat. *Barth.*

258 *Socios proceres cum Principe jungit*] *Socio* quatuor scripti. concinne. sic et Barthio iudicante. mox *refloruit pro refloreat* quatuor libri. *patuit* etiam et *stat* legendum cum melioribus. alii *pateat* et *stet*: quod frustra secutus Raphaelengius. *Stat labor optimus Vaticanus* et *Crescant virtutes paulo ante*. Raphaelengiana lectio Barthium habet approbatorem. *D. Heins.*

259 *Quem quater*] Anno enim Consulatum Manlii praecedente quartum eum honorem gessit Honorius Imp. Anno Christiano 398.

*Perfecto anno*] Expleto a sese. Stringit fatuam et inertem ambitionem multorum retro principum, qui plures Consulatus nomine tantum inierunt, paucis diebus gerendos. *Barth.*

263 *Ornetur propriis*] Eadem commendat in Stilichone II. Laudum.

*Propriis industria donis*] Meritis nulla ambitione, nullis donis ipsi subtractis. Ipsa enim virtus suorum sibi donorum mater est. *Barth.*

264 *Ambitus, invidiae*] Portenta duo humanorum laborum quibus virtus saepius quam ulla vi hostili concutitur, et praemiis ingenuitatis suae intervertitur. *Idem.*

266 *Non hic violata curulis*] In invidiam Orientalium partium hoc dicit, quibus Consulatum iniit cum Mallio hoc nostro Eutropius Eunuchus. *Idem.*

267 *Incestant*] Contemerant, violent. Virgilius: 'totamque incestat funere classem.' *Incestaré* de mortuis dicitur, quorum tactus abominabilis. *Idem.*

268 *Solisque gerenda Patribus*] Senatoribus et viris. *Idem.*

269 *Romae latura pudorem*] Sic in Eutropium: 'Heu caeli terraeque pudor! trabeata per urbem Ostentatur anus, titulumque effeminat anni.' *Idem.*

270 *Votorum*] Bonorum successuum. *Idem.*

271 *Aonios lucos*] Musarum chorum. Papinius: 'Neque enim Aonium nemus advena pulso.' *Idem.*

272 *Felix Helicon*] Omnis chorus liberaliter eruditorum hominum. *Idem.*

273 *Riserunt floribus amnes*] *Rubuerunt* optimus Vaticanus. ut Nuptiis Honorii: 'Mavortia signa rubescunt Floribus.' sed nil mutandum. Vide quae notavi ad Nasonem Metam. xv. vs. 205. *D. Heins.*

*Riserunt floribus*] Subito natis: portentum enim laetificum indicat.

*Docti amnes*] Qui doctos faciunt potiores. *Barth.*

275 *Radio descriperat*] Ad Matthesin Manlii nostri pertinet, non ad Poësin. *Idem.*

277 *Limina nostri*] Allusus mos Romanus quo officii gratia novus Consul producebatur ab amicis aliisque proceribus, ad capessendum honorem. *Idem.*

278 *Visimus aedes*] Post hunc versum in optimo Vaticano, priori Leidensi, et uno Moreti libro alius legitur, quem suo loco inserendum curavimus. Oxoniensis et Lovaniensis codicum margini etiam adscriptus erat. Qui tamen omnes constanter *Notior est Stilichone domus*. nullo sensu. Quare admittendam censui felicissimam Gasparis Gevartii conjecturam reponentis: *Notior est Helicone domus*. quomodo per literas me nuper



monuit esse corrigendum. Scriptum videlicet erat ab imperita aut prope-  
ranti manu, *Notior est Stelicone*, dua-  
bus posterioribus literis τοῦ est perpe-  
ram repetitis, et omisa aspiratione  
in *Helicone*. qui errores in vetustissi-  
mis membranis frequentes admodum  
occurrunt. Dubium mihi non est,  
Lector, quin mecum subscripturus  
sis palmarie huic restitutioni loci  
valde perplexi. Paulo ante dixerat,  
noster, 'Concinuit felix Helicon,' tan-  
quam Theodoro nequaquam alienus.  
hinc etiam illud Uranie paulo ante,  
sorores alloquentis, 'quin limina nos-  
tri Consulis et semper dilectas visi-  
mus ædes.' Non inconcinne etiam  
legas, *Notior hæc Helicone domus*:  
Hæc domus notior est nobis ipso He-  
licone. *D. Heins.*

280 *Fasces subiisse libet*] Sub ejus  
magistratu censeri.

*Miracula plebi*] Portentosas bestias,  
miraculi instar singulas videndas. *Mi-  
raculum*, quicquid stuporem movet,  
inusitata figura. *Barth.*

281 *Nomen celebrate*] Musas cele-  
brare id hortatur, quod nullis non.  
Musicis instrumentis theatra persona-  
bant. Nomen adjicit, quia nomina-  
tim in plausibus ciebantur præsentis  
Heroës. *Idem.*

282 *Jovis æquorei*] Neptuno dica-  
tus Circus Maximus. *Idem.*

284 *Arion*] Equus fabulis notus.  
*Idem.*

285 *Illustrat circum sonipes*] Lecti  
ex certis oris equi. Sic *Phrygiorum*  
subjugatio maximarum editionum  
prætoribus conceditur a Valente et  
Valentiniano. L. XIX. de Prætor. et  
Quæstor. C. Theod. *Hispanorum* men-  
tio plurimis locis apud Symmachum,  
&c. Varios equos nominat Claudianus,  
ob fastidium, quod unius generis  
greges populo faciebant. *Idem.*

*Sonipes*] Ludos Circenses designat.  
In Circo fuisse δώδεκα θύρας, ait Ce-  
drenus, quæ referant τοῦ Ζωδιακοῦ κύ-  
κλου οἴκους δώδεκα. additque per solum

Terram universam: per Euripum,  
mare intelligi. *Claver.*

287 *Stagna Tagi*] Notissimus His-  
panie amnis, auro fluens. *Barth.*

288 *Liquidas*] A perpetua unctione  
Palæstritarum. Hinc *lubricos* ipsos-  
met vocat Sidonius, lib. II. Epist. 2.  
*Idem.*

*Alciden*] Ovid. 'Altera pars Circi  
custode sub Hercule tuta est.'

289 *Cuncta Palæmonis*] *Uncta* le-  
gebam aliquando. sed vulgata defen-  
di potest. *D. Heins.*

*Palæmonis*] Alludit nobilissimas  
Græcarum urbium palæstras, quarum  
Olympie Elide celebratæ in hono-  
rem Jovis, Isthmie Palæmonis me-  
morie institutæ.

*Explorata*] Examinata, subacta cre-  
bris certaminibus. Papinius Equo  
Maximo: 'Atque exploratas jam  
laudet Vesta ministras.'

*Coronis*] Agonibus, certaminibus.  
*Barth.*

291 *Juga Taygeti*] Mons Laconie.]  
*Mænala*] Arcadie in Tegea mons.  
*Barth.*

292 *Trivie supplex*] Ob successus  
venationis. *Idem.*

293 *Latonia*] Mars et Diana utri-  
usque Ludi præsules, auctore Ter-  
tull.

294 *Colla ferarum Arte premat*] *Constrangulet* injectis manibus et la-  
certis belluas: *Arte*, agilitate corpo-  
ris intellige, qua sola tantarum bel-  
luarum insultus evadere poterant.  
*Barth.*

295 *Arte ligent*] Quomodo hæc in-  
telligenda sint, docet ad silvas Statii  
Gronovius, c. 25. et illum hoc loco  
secutus curis secundis Barthius. fa-  
cessat ergo Marcilii Conjectura, *Arte*  
*legant*. cum τὸ *legat* proximo versu  
præcesserit. *D. Heins.*

*Ligent*] Ἐπιβόμαχοι enim operas suas  
in id locabant, aut bestiarum jugulum  
petere, aut pectus venabulo fodere.  
apud Ovid. legi: 'Guttura ligare la-  
queo.' *Claver.*

297 *Prodigia*] Genera bestiarum populo Romano eatenus invisa. 'Monstra' vocat Calpurnius.

*Cædis sitientem*] Poëtarum Theologia Dianam perpetuis venationibus gaudere, etiam apud superos, in consortio numinum.

*Deferat arcum*] Ubique ipsam cædibus præsentem Dianam adesse debere autumat. *Barth.*

*Differat arcum*] Sic Vaticanus et multi alii. Vulgo *deferat*. Junianus *desinat*. ut apud Statium, 'Titania desine bella.' vera tamen lectio, quam edendam curavimus. III. Laud. Stilich. 'Retibus et clatris dilata morte tenendæ Ducendæque feræ.' IV. Cons. Hon. 'prælia differ In juvenem.' et sic alibi. vidit Barthius quoque veram lectionem. *D. Heins.*

298 *Ursi magna quos mole*] Cumpri-  
mis spectaculis expetitam hanc feram constat: scilicet quod mole et robore diutius resisteret una multis, et lassaret plures congressores. *Barthius.*

*Mole ruentes*] *Rudentes* Aldus et magna scriptorum pars cum optimo Vaticano. ruditum ursis dat, qui asinarum proprius, ut leonibus Virgilius et bobus, Caco etiam VIII. *Æneid.* *D. Heins.*

302 *Optat*] *Optet* cum Aldo scripti. et mox *malint* unus Mediceus pro *mallent*. Idem.

*Mallent fregisse*] *Frangere Heroas* eos quos devicerant, more Leonum, &c. aiunt Poëtæ. *Barth.*

303 *Fulminei pardi*] Ob velocitatem et impetum. *Idem.*

305 *Viridis*] A virore quodam ex flavedine, quem in maculis Pardorum notare licet, lib. III. in Stilichonem: 'Tum virides Pardos, et cætera colligit Austri Prodigia.'

*Adulter*] Corrupto scilicet Leænæ genere. *Adulterium* enim permistio non congruorum. Sunt tamen qui Leænâ inter feras conjugium servare, nec misceri alieno concubitu tra-

*Delph. et Var. Clus.*

dant, ut Basilins Seleuciensis. *Barth.*

306 *Hi maculis, &c.*] Leopardos innuit, qui maculosi; ut et lynx, quæ Maroni dicitur 'maculosa.' *Claver.*

*Hi maculis patres referunt*] *Referant* in prim. Vaticano. Putem legendum: *Qui maculis patres referant.* *D. Heins.*

307 *Alpina quicquid tegitur*] *Libyarum* recessus ob spectacula excussos mentio frequens in auctoribus. *Barth.*

310 *Molles ludi*] Gymnasia omnium flagitiorum, turpitudinum, incestuum.

*Nota dulcedine*] *Dulcedo* omnem ludionum facetiam notat, tam vocis Musicæ, quam instrumentorum. Non inconcinne legas *nota dulcedine ludii*. Nam de hominibus loquitur, non ludis ipsis. *Ludii*, ludionum omne genus. Nil tamen muto. *Barth.*

*Dulcedine*] 'Nosses jocosæ dulce cum sacrum Floræ.' *Martial.*

310 *Nostra dulcedine ludi*] Malim *nota* quomodo a Scaligero ad Manihum citari monet Barthius. neque aliter Claverii editio. sic I. II. in Eutrop. 'nota dulcedine prædæ.' *D. Heins.*

312 *Qui, qui, &c.*] Locutio elegans: intelligit enim mimos, qui honestiore vocabulo Apollinis parasiti; citharædos, tibicines, comicos, tragicos. Mimi autem fuere meo iudicio subtilissimi, qui gesticulatione manuum potuerint animi sensa exprimere. *Claver.*

*Qui lætis risum salibus*] *Pantomimos*, Ludionum omne genus dicit. *Pantomimi*, omnibus ludicris apti. *Barth.*

313 *Qui nutu*] *Nictu* prim. Vaticanus. bene. Ovid. I. III. *Metam.* 'Et quantum nictu formosi suspicor oris, Verba refers aures non pervenientia nostras.' ita enim vetus liber. alii, *nutu*. Vulgo *motu*. *D. Heins.*

*Qui nutu manibusque loquax*] *Ingens* horum hominum in scena Romana gloria, qui ore et gestibus, quæ vel-  
lent, exprimerent, populo non aliter capienda, quam si verbis enunciareu-

*Claud.*

4 Y

tur. Hos, digitis, manibus, gestibus, loqui, autumant scriptores.

*Tibia flutu*] Tibicines in spectaculis noti. *Barth.*

314 *Plectro pulsanda chelys*] Citharædos dicit, et id genus alios.

*Socco*] Comædos dici notissima res, ut statim Tragædos. *Barth.*

316 *Levi tactu*] Plectrorum. *Idem.*

317 *Innumeras voces*] Organum, quod speciatim nunc vocant, Musicum intelligit. *Idem.*

*Innumeras voces segetis moderatus ahenæ*] Fuit cum *tegetis* scribendum opinarer. *D. Heins.*

318 *Intonat*] *Intonet* Lucensis et præstantissimus Vaticanus, aliique nonnulli, et mox *concitet, jaculentur, et ædificent.* Barthius assentitur nescio quibus, qui *pedibusque trabali vecte pro penitusque* legunt: et sane *rd penitus* hic otiosum ac supervacuum videtur. pro *laborantes undas* possis *relabentes* reponere. *Idem.*

*Erranti digito*] Unum pro omnibus dicit. *Error* Poëtis omnis velocior cursus, cujus ordinem non facile comprehendas.

*Penitusque*] Notando more, ut ipse sibi ventum suffecerit: Modulator. De Hydraulis veterum Vitruvius, l. x. Athenæus, l. iv. Observandum hic gladiatorum mentionem in rebus spectaculorum non fieri a Claudiano, quippe qui sublatis ante fuerint Edicto Constantini, quod retulit uterque Codex. *Barth.*

319 *Concitat undas*] Ctesibii inventum. Vide Vitruvium, ix. 9. *Idem.*

*Undas*] Totus hic locus agit de organo hydraulico. Vide Athenæum et Vitruvium. *Claver.*

320 *More avium sese jaculantur in auras*] Saltatores et funambuli, qui miris modis corpora vibrare, et tantum non volare norunt. *Barth.*

321 *Crescentia*] Tabulata in sublime crescentia refert Senec. in Epist.

322 *Quorum compositam*] *In Arcem.* Ex multis hominibus una arx componitur, ei imponitur puerulus, pede

vinctus, qui mirificos saltus in summo ciet. *Barth.*

*Augmentatus in artem*] *Arcem* conijiciunt Scaliger et Barthius. recte. confirmant potiores scripti. Sed quid sibi vult *rd augmentatus*? Codices certe nonnulli *agmentatus: aumentatus* Helmæstadiensis. *Lego amentatus:* quod verbum et in Lucano extat. atque ita optimus Vaticanus et Ambrosianus præstantissimus: ne dubita. paulo ante dixerat, 'qui se jaculantur.' Lucani versus est l. vi. 'Cum jaculum parva Libys amentavit habena.' Silius l. xiv. 'Inde atros alacer pastosque bitumine torquet Amenante noto Pænorum aplustribus ignes.' quomodo in optimo Coloniensi libro scriptum est: ut *Modius* jam monuit. obloquitur tamen illi solens, ut pertinacissimæ est inscitia, *Dausqueius.* Vulgati *Adventante noto,* inepte. Posset tamen *Adjutante noto* legi. *Marcianus Capella* lib. v. 'In causis mihi elatius anhelanti amentatas hastas crebro et pila plurimum valentia ministravit.' *D. Heins.*

324 *Pendula*] Id nos docuerint vel hodierni funambuli melius ac certius, quam verbis explicari queat. *Claver.*

325 *Pegma*] Est confixilis machina, Apuleio. Vel machina lignea instar domus exædificata, paulatim per se surgens, et multis tabulatis in sublimis crescens, variisque statutis referta: ea in scenam, pueris insidentibus, aut alio aliquo ludicro ornatu deducebatur.

326 *Spargentes ardua flammæ*] Hæc corrupta sunt. nec libri juvant. *Lego* minima mutatione *parcentes.* sequentia confirmant, ubi *fida incendia hæ flammæ* vocantur. Scriptum primo fuit *parcentes,* c in g mutato, ut sæpissime in antiquis libris: codices certe quidam cum Vaticano optimo *pergentis in ardua.* Sic apud Martialem nunc legitur, lib. i. Ep. 105. 'Picto quod juga delicata collo Pardus sustinet improbæque tigres.' cum *deligata* scribendum sit: sed de his alibi. *Silius,*

lib. xiv. 'Qua nondum tamen impulerat vim Dardana lampas, Parcebatque vapor.' ita scribe, non *intulerat*: sic 'Parcendo secare' apud nostrum Bello Getico: et vr. Cons. Honorii, 'jugulum parcentibus offert.' Statius Epithalamio Stellæ: 'Ast illam summa leviter (sic namque jubebas) Lampade parcentes et inertis strinximus arcu:' ubi perperam *inermi arcu* nunc scribitur, non enim vult Statius nulla sagitta tactam fuisse Violantillam, sed levi sagitta: sic Paris apud Nasonem: 'Nec mea sunt summa leviter destrecta sagitta Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.' Idem Statius Lacrymis Etrusci: 'victis parentia fœdera Cattis.' Achill. I. Nunc levibus sertis, lapsis nunc sponte canistris, Nunc thyrsa parcente ferit.' Theb. III. 'pars spicula dextra Nequicquam parcente trahunt.' VII. 'propre monitus iramque parentis Ede nihil parcens.' Serenus Sammonicus, cap. 7. 'Sic pavidum corpus dextra parcente foveto.' Ausonius Epitaphiis Heroum, Epit. XXI. 'Dum parcente manu molle olus excolitur.' 'Parcentes ego dexteris Odi' apud Horatium Od. III. 19. *D. Heins.*

*Ardua flammas Scena rotet*] Flammas artificialibus emissis, munitis ante tabulariis. *Barth.*

330 *Fida incendia*] Miraculo spectatorum, velut ars histrionum naturam Elementi mutaverit. Ipsam celeritatem circumacti ignis in causa esse ne noceat tabulatis, sententia est. *Idem.*

331 *Lascivi subito*] Vaticanus optimus, cum uno Petaviano, Mediceo, Ambrosiano, et quatuor aliis, *Lascivæ*. ut *lembus* fœminino genere ponatur, quomodo *phaselus* apud poëtas. *D. Heins.*

*Subito aquare*] Unda subito arenæ immissa. vide Martialis Spectac. Simili prodigio, ad oculos vulgi, speluncæ fiebant in arena, enascebantur arbores, et aquis subito natis innatabant marinæ belluæ. *Barth.*

*Lembi*] Subitam Naumachiam designat. Dio testatur Neronem, bellis interfectis et venatione exhibita, subito aquam induxisse, ubi certamen navale exhibuit. *Claver.*

332 *Remigibus canoris*] Musicis instrumentis et celeusmatis personantibus.

*Spument immissa canoris*] Hanc veram lectionem puto, quam Lucens. Gyrald. prim. Vatican. et plerique alii ex nostris agnoscunt: septem *immersa*: totidem *immensa*. Forte pro *emersa*: sed alterum magis placet. Vulgo *inversa*: quod Barthius tuetur. *admittere* simili de re dixit Spartianus in Alexandro Severo: 'Fecit et stagna stupenda admissis mari:' de *immittendi* verbo nonnihil diximus I. II. in Rufin. vs. 376. Vetus Epigramma in catalectis Pithœi: 'Hic, quem cernis, Athos immissis pervius undis, Flexibus obliquis circueundus erat.' *Immitti* verbum theatrale. Apuleius, Met. x. de Amphitheatro: 'Quæcunque ad exitium mulieris bestia fuisset immissa.' *D. Heins.*

*Inversa*] Vi remorum. *Barth.*

334 *Duplici vitta*] Sacerdos, velut gloriæ et æternitatis, duplicibus infulis, duplici corona, insignitus. Quo genere Deo dilectos, et singularibus in bonum publicum homines meritis Poëtæ describunt.

*Duplici vita subnixus in ævum*] Non sunt audiendi Codices, qui *vitta* aut *mitra* reponunt cum Barthio: pro *mitra* tamen *duplici merito* possit legi. unus præterea ex nostris *duplici fama*. sed frustra. Vult æternitatem duplici nomine Theodoro obtigisse, quam et scriptis immortalibus sit consecutus et consulatu, fastis inserendus: τὸ *vitta* erudite tuetur Gronovius ad Statii Silvas, p. 359. *D. Heins.*

*In ævum Procedat*] Exeat in memoriam cultumque hominum. Consiliibus autem a tanto honore æternitatem spondebant nominis, relatis videlicet in Fastos Romanos, quos non nisi cum Imperio perituros norant:

Imperium vero ipsum nulli fatorum Deorumve debile censebant. *Ævum*, notat æternitatem. *Procedere*, ad gravitatem et sanctitatem facit Virgilius: 'incipiant magni procedere menses.' *Barth.*

338 *Trabeata domus*] Consulibus perpetuo venerabilis. *Idem.*

339 *Servatoque ordine fati*] Ne Filii moriantur ante Patres, quo modo turbati ordinem fatorum dicebant, ut notatum jam aliis. *Idem.*

## XVIII.

## IN EUTROPIUM LIB. I.

In codice Cujaciano notatum erat librum tertium injuria temporis esse amissum: et sane in primo Vaticano sub finem libri secundi habebatur, 'In Eutropium lib. III. explicit. Incipit Epithalamium Laurentii.' Quod carmen, 87. versibus constans, indignum judicavimus proferri in lucem. *D. Heins.*

Erat Eutropius ex æmulis Stilichonis, cujus astu Senatusconsulto in insulam Cyprum relegatus fuit. Sed contra Poëtam nostrum stat historica veritas. *Dempst.*

1 *Semiferos partus*] Prodigia, hoc est, quicquid monstrosarum rerum accideret, contraque communem cursum atque ordinem naturæ, iratorum numinum indicia, et monitus, et impendentium infortuniorum argumenta credebat veterum superstitio. *Barth.*

*Semiferos partus*] Semiferi partus sunt humana belluinaque natura coitu commixta, quales putabantur olim Satyri, Fauni, Centauri, D. Hieronym. de vita Pauli: vide Plin. VII. 3. et XXII. 24. Lucret. I. IV. contra opinionem vulgarem multis disceptantem: monstruosi sane hi partus, publicis ceremoniis expiabantur, quia nunquam sine futuræ cladis augurio contingebant: hinc Lucan. 'matremque suos conterruit infans: de omnibus illis prodigiis consulendus Livius, quem vide. *Dempst.*

*Partus*] Talium monstrorum natiuitates crebro observatæ, nunquam

non perculerunt hominum mentes, et raro etiam non indicarunt tristia infortunia. Sic Romæ infantem cum Amibidis canino capite editum a Cornelii Gallicani conjuge scribit Phlegon Trallianus in Historiis Admirandis. Sic infans cum Elephantino capite apud Liv. I. XXV. Et eodem porcus humano capite proditus memoratur, ut et lib. XXX. *dimidii* homines, ambigui, apud Tacitum, Annal. II. &c.

*Metuendaque pignora matris*] Metuenda, quia nec communi infortunio exempta erat mater, et præterea nocuisse matribus talia portenta a natiuitate, vel Lucanus testis: 'Monstrisque hominum partus, numeroque modoque Membrorum, matremque suos conterruit infans.' *Barth.*

2 *Mænibus in mediis*] Et mediis scripti: mox pro *visasque* Aldus et manu exarati quatuordecim *binasque*; sed nihil opus: *diras* etiam pro *duras* unus Medicus. *D. Heins.*

*Mænibus in mediis*] Ab hominum prodigiis ad bestiarum portenta gradum facit. Sic iisdem temporibus, a morte statim Alarici, qui Romam spoliaverat, in Hispaniis bestię irritatæ pestilentia, mortuorum catervatim hominum pastu, etiam vivis velut bellum intulere. Sic Lupos, et alias belluas in urbibus conspectas, prodigiorum loco notant multi. Lucanus: 'silvisque feras sub nocte relictis Audaces media posuisse cubi-



lia Roma.' *Barth.*

*Luporum Murmur*] Lupos in urbe visos inter prodigia habitum: de morte Julii Maro, Georg. I. fine: 'Per noctem resonare lupis ululantibus urbem.' Silius de Cannensi clade, lib. VIII. 'Castra quoque et vallum rabi-dæ sub nocte silenti Irrupere feræ.' Lucan. de civilium bellorum denunciatione: 'silvisque feras sub nocte relictis Audaces media posuisse cubilia Roma.' *Dempst.*

3 *Attonito pecudes pastore locutas*] Multa hoc genus notata Julio Obsequenti, c. 22. 'Bubonis vox in Capitolio audita. Bos locutus.' Idem c. 24. 'Bos locutus et nutritus publice.' Expressam vocem memorat Livius, talium superstitiosus, I. XXXV. *Barth.*

*Pecudes locutas*] Armenta olim locuta prodit D. Augustinus de Civit. Dei lib. III. id primum factum Anno Urbis 292. P. Volumnio, Serv. Sulpitio Coss. Liv. I. Dec. lib. III. Id vero sæpius contigisse discas ex Plin. VIII. 45. sed maxime ante bella civilia et conjurationem Cassianam. Georg. I. fine, 'pecudesque locutæ.' Tibull. lib. II. Eleg. 6. Vide nostrum, lib. II. in Eutrop. princ. et de bello Getico: 'territat assiduus Lunæ labor,' &c. *Dempst.*

4 *Lapidum duras*] Pluisse lapidibus sæpius memoratur Livio et Obsequenti. Juvenalis, Sat. XIII. 'bimembri Hoc monstrum puero, vel mirandis sub aratro Piscibus inventis, aut fætæ comparo mulæ, Sollicitus, tamquam lapides effuderit imber.' Livius, lib. VII. *Barth.*

*Lapidum diras hyemes*] Nec minus in portentis, lapidibus e cælo pluisse, ut annotavit Jul. Obsequens, cap. 3. 30. 32. quod contigisse historica fide relatam est a Plin. II. 56. ubi non tantum 'lapidibus,' sed et 'lateribus coctis pluisse.' Tibull. ante eum I. II. Eleg. VI. 'Multus ut in terras depuleritque lapis:' quod quoties accidebat, pontifex vel prætor Urbanus, novendiale sacrum offerebat, indic-

batque prodigii expiandi et procurandi gratia. Alexand. Neapolitanus Gen. dier. I. v. c. 27. Tiraquell. ibid. *Dempst.*

5 *Sanguineo rubuisse*] Sanguine pluisse autumat. Petronius prodigiis belli civilis Pompeiani: 'Sanguineoque recens descendit Jupiter imbre.'

*Jovem*] Aërem, ætherem.

*Puteosque cruore mutatos*] Prodigium hoc inter decem miracula Dei recenset Moyses, II. 7. *Barth.*

6 *Visas concurrere Lunas*] Ignibus cælestibus hinc inde discurrentibus. Cujus generis sunt apud Obsequentem et Livium multa. *Idem.*

*Concurrere Lunas*] Plures Lunas simul visas, Cn. Domitio, C. Fannio Coss. habes ex Plin. II. 32. Plut. in Marcello in princip. ut et plures Soles, c. 31. ne poëtica vanitate hæc dicta existimentur; quæ omnia expiari credebantur, cladesque denunciata averti, Sacro concepto Jovi prodigiali, hoc est, prodigiorum depulsori. Plaut. Amphitr. 'Prodigiali Jovi Aut mola salsa hodie aut thure comprecatur oportuit?' licet scrupulum injiciat Tibull. lib. II. El. 6. his verbis: 'Sed tu jam mitis Apollo Prodigia indomitis merge sub æquoribus.' *Dempster.*

7 *Geminos Soles*] Obsequens capitibus, 29. 41. 66. 68. Livius sæpe, qui et tres Soles recenset visos, lib. XXI. Caussam hujus conspectus naturalem indicant Physici.

*Orbis*] Omne genus humanum. *Barth.*

9 *Heu terræ calique pudor*] Execratio.

*Terræ calique*] Hominum et Deorum.

*Trabeata*] Consularibus insignibus ornata. Nam Consulium effigies urbibus circumlatas, et dedicatas, plurimis locis constat.

*Trabeata anus*] Elegantissime. Simul enim et emasculatum, et inutilem, et deformem, et ominosum, et honore omni indignum *anum* voca-

vit. *Barth.*

10 *Titulum effæminat-anni*] Muliebria officia Eunuchorum, nec ad eos pertinet quod virile est, sed contaminatur tactu velut ipso eorum et effæminatur. Noster hoc opere: 'quodcunque virorum Est decus, Eunuchi scelus est.' *Idem.*

11 *Pandite Pontifices*] Recludite, ait, o qui Sibyllinorum carminum custodiæ estis præpositi, arcana scrinia fatidicorum versuum, consulite quid hoc dirissimum portentum ferat infortuniorum! Respondet mox sibi, velut Oraculorum ipsorum nomine, 'Consule lustrandi fasces, ipsoque litandum Prodigio.' Pontificum fidei credita erant carmina Sibyllina, et ab iis consulebantur. Imo Quindecimviri ad ea adeunda destinabantur ex collegio Pontificum. Gellius, I. 19. *Pandere* ipsum religiosa et destinata sacris rebus vox est. Ut alibi, I. de Raptu Proserp. 'Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum.' *Idem.*

*Cumana vatis*] Sibyllini libri consulebantur, quoties grave reipub. imminerebat periculum: eorumque cura penes pontificem summum erat. *Dempster.*

12 *Fulmineos libros*] Quibus disciplina fulguritorum procurandorum continebatur, et alia quæcunque superstitione Romana inoleverant. Vide Ciceronem, lib. II. de Divinatione, Arnobium, alios. Ex Etruria acciri solitos aruspices et id genus divinatorum, clarum ex scriptoribus multis. *Barth.*

*Fulmineos ignes*] Aruspicina inventum fuit Hetruscorum, a quibus ad Romanos migravit. Vide Tull. I. I. Divin. Fulmina autem quæ ad auguralem spectare disciplinam putabantur, erant tredecim: 'postularia, pestifera, consiliaria, monitoria, hospitalia, regalia, peremptalia, fallacia, deprecatoria, attestata, auxiliaria, bruta et atterranea.' ex Cæcinnæ, Sen. I. II. nat. quæst. c. 49. in genere tamen *diurna Jovi, nocturna Summano dedi-*

*cabant*: D. Augustin. I. I. Civit. c. 23. quæ expiari solebant solemnni religione, fulmine nempe terræ defossæ mandato, et ara a pontifice structa venerato. Fest. I. II. Juvenal. Sat. VI. 'qui publica fulmina condit.' Lucan. I. I. 'dispersos fulminis ignes Colligit, et terræ mæsto cum murmure mandat.' Locus autem hic *bidental* vocatus. Vide Horat. de arte Poët. in fine. *Dempster.*

13 *Immensumque nefas*] *Immersumque* aliquot veteres. *D. Heins.*

*Immensumque nefas*] Inauditum, vix animo comprehendendum. Eunuchum omnibus exemplis diritatis exigit.

*Fibris*] Extispiciis, et omnibus sacrificiorum ritibus. *Fibra* jecinorum proprie velut fimbriæ. *Barth.*

14 *Nova*] Inaudita hactenus, quibus similia mundus non viderit. *Idem.*

15 *Tentat jam transfuga mundi*] *Tendat* Oxoniensis et Pricæanus: eleganter. Et tum *portendant* superiori versu cum plerisque scriptis amplectendum. VI. Cons. Hon. 'nostra pericula tendit Posthabitis pulsare suis.' Bello Get. 'nudatum frondibus Hæmum Tendit hyems vestire gelu.' Infra hoc ipso libro, vs. 300. 'cum tenderet artus Exsanguis onerare toga.' sic enim ibi legendum. Ovid. I. XI. Met. vs. 532. 'Pars igitur tendebat adhuc invadere pinum.' quomodo scripti aliquot. Val. Flacc. I. III. 'Nutat ab arce ratis remisque obsistere tendit.' Lib. IV. 'Cur tenditis ultra In famulas sævire Jovis?' Horatius, lib. I. Od. 29. 'Socraticam domum Mutare loricis Iberi, Pollicitus meliora, tendis:' quæ vera lectio. lib. III. Od. 4. 'Fratresque tendentes opaco Pelion imposuisse Olympo:' atque ita Virgilius, Silius, Stadius, alii. *Tentat* tamen hoc Claudiani loco non est temere sollicitandum. *D. Heins.*

*Tentat*] Injuria quædam in hoc verbo occultatur. *Barth.*

16 *Ruptone Niphate*] Barbaricis copiis perrupto. Alibi: 'bis rupimus

Alpes.' Erat Niphates ad Occidentem terminus Persicæ circa ea tempora ditionis. Ammianus, lib. xxiii. *Barth.*

17 *Oriens*] Quicquid Romanarum provinciarum est ad Orientem Solum. *Idem.*

18 *Morbi lues*] Pestilentia. *Lucas*, omnis morbus qui inficit.

*Nulla colono Responsura seges*] Dicuntur arva respondere Rusticorum labori, cum spem eorum non frustrantur. Virgilius, *Georg.* i. 'Illa seges demum votis respondet avari Agricola.' Sic mendacem fundum Horatius, qui destituit spem coloni, l. iii. *Carm.* i. 'Non verberatae grandine vineae Fundusque mendax.' 'Ingratum agrum,' Martialis, lib. x. *Epig.* 47. *Barth.*

20 *Jugulo*] Qua victima. Diræ autem aræ sunt dirorum numinum, dira portendentium. *Idem.*

*Diras aras*] Aras offensas, figurate pro Diis ad iram accensis. *Claver.*

21 *Lustrandi fasces*] Piaculo exeundi. Qui finis lustrandi.

*Litandum*] Impetrandum per sacrificia. 'Litamina Sacrificiorum signa, post quæ sacrificare iterum non liceat. Inter litare enim et sacrificare hoc interest: Sacrificare est hostias immolare; litare vero, per immolationem hostiarum impetrare quod postules.' *Litare* itaque dicuntur quibus hostiæ addicunt, aut abdicunt.

*Ipsa litandum Prodigio*] Ut moris erat, utque responsa vatium consulebant, prodigiis ipsis pleraque mala monstra expiabantur. Sic Androgyni deportabantur in mare: 'aves funestæ' captæ exurebantur: et talia, quæ apud Obsequentem legere est. Pariter faciendum Eutropio consulit, velut ex vatium persona, Claudianus. Et factum est sane jure merito homini impudentissimo et avarissimo. *Barth.*

22 *Quodcunque parant*] *Canant* tertius Vaticanus cum Isingrini libro. *D. Heins.*

23 *Eutropius cervice luat*] Supra aliquid voluit agens de Rufino: huc vero pertinet locus D. Augustini satis elegans: 'Melius est ut pereat unus quam unitas.' Virgil. 'Unum pro multis dabitur caput.' *Claver.*

*Sic omnia volvis*] *Omnia volvere* dicit ob instabilitatem perpetuam rerum omnium alteratricem. Juvenalis: 'Sunt in Fortunæ qui casibus omnia ponant, Et nullo credant mundum rectore moveri.' *Barth.*

*Sic omnia volvis*] Ita ex veteri libro Claverius. Vulgo *nobis*. Aldus *omina*. Livineius, *si qua omnia*. Barthius, *sic omnia nobis?* frustra. Lib. iii. de Rapt. 'Sic numina fati Volvimur.' Infra hoc ipso libro: 'tantone libet mortalia risu Volvere?' ut quidem antiquus codex. Statius, *Theb.* xi. 'Quas volvis, Gradive, vices?' Lucretius ista respexit: 'non tam cæco trahis omnia cursu, Teque nihil, Fortuna, pudet.' *D. Heins.*

24 *Hoc regni, Fortuna, tenes*] Ita in impotentes incivilesque loqui indignabundi solent. Terentius Adelpis: 'quid hoc rei est? Regnumne heic, Æschine, tu possides?'

*Jocandi Savitia*] Ludum enim jocumque Fortunæ censebant exaltare indignos, et dignos honore homines deprimere. Porro ad jocos hunc ludumque Fortunæ pertinet quod ingeniose Plautus dixit miseros a forte illa sua homunculos pro pila haberi. *Barth.*

25 *Humanis rebus*] Vita universa. Ovid. 'Ludit in humanis divina potentia rebus.' Horatius, lib. ii. *Sat.* viii. 'heu, Fortuna, quis est crudelior in nos Te Deus? ut semper gaudes illudere rebus Humanis?' Pulcherrime Claudianus bacchari dicit, ebriam velut, nullo gradu constantem, ut passus ambiguos eidem adscribit Ovidius: 'Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat.' *Idem.*

26 *Servili Crimine*] Servis omnibus inferiorem et viliozem et vituperabiliorem facere Eutropium quærit: ita-

que Fortunæ crimina circumagit, ut nulla sint, modo vir sit sexu Romanus Consul. *Crimen* dixit opprobrium, ut alibi sæpius. Alludere et eo potest ut infra Malitiam servilem detrudat Eunuchum, ingenia enim servilia sua natura mala sunt. *Barth.*

27 *Laxata compede*] Metallarios videtur dicere, qui in fodinas destinati, ferreis compedibus attingebantur. Lucanus, l. vii. 'vincto fossore coluntur Hesperia segetes.' *Idem.*

28 *Quirinales cinctus*] Habitus Consulares.

*Ergastula*] Carceres serviles et gladiatorii, in quibus laborandum erat captivis. *Barth.*

*Rupta ergastula*] Ergastulum locus in quo ad opus faciendum servi vincuntur; ab ἐργάζομαι, operor. Isidor. l. xv. c. 6. Suet. Tiber. c. 8. Tull. pro Cluent. 'Qui inter sicarios damnatus est, manus incidit, et apud eum fuit in ergastulo.' De servis ibi vincitis Vetus Scholiastes Juvenal. ad illud Sat. ii. 'Squallidus in magna fastidit compede fossor.' Flor. l. iii. c. 19. 'Frequentia ergastula, catenatique cultores, materiam bello præbuere.' Lucan. l. ii. 'Servilia solvit Agmina,' &c. *Dempst.*

29 *Des saltem quemcunque virum*] Non enim viri sunt Eunuchi, utpote 'Alter quos pepulit sexus, nec auscipit alter.' Eutropio hoc fortuna dedit ut ante ipsum ad parem dignitatem nemo Eunuchus pervenerit.

*Discrimina quædam Sunt famulis*] Hic enim servus honestior habetur qui uni jure hero servitium præstitit, quippe ingenii melioris, cum nequam cæteri mutent sæpe dominos ob malitiam. Certe disciplinas, quibus præ aliis alii instituti erant, discrimina in servis fecisse non est dubitabile. Alii enim Pædagogi. Alii Medici. Crebros fuisse Grammaticos clarum ex libellis Suetonii Illustrinum literis virorum. Hi necesse habuerint suum aliquem præ aliis, ut loquitur Claudianus postea, splendorem. *Barth.*

30 *Sunt famulis, &c.*] Inter servos hi priores, posteriores illi ex Comico. Arist. lib. i. Polit. c. 4. δούλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότης. *Servus ante servum, dominus ante dominum.* Eurip. in Helen. πρὸ δεσποτῶν τοῖσι γενναίοισι δούλοις εὐκλεέστατον θανεῖν: id est, ante dominos generosis servis gloriosissimum mori. Tull. Paradox. vi. legatur, ubi servitutes distinguit. Plaut. Asinar. act. ii. scen. iv. princip. *Dempster.*

*Maculam minorem*] Sed tamen maculam, cum talis sit servitutis Romanæ conditio, ut vix humana. *Barth.*

31 *Domino qui vixerit uno*] Amicum Domino mancipium. *Idem.*

*Qui vixerit uno*] *Uni* codices decem. Paulo ante pro *Des*, prim. Vatic. Lucens. et sex alii *Da*, et *Hoc regni, Fortuna, lues*, Florent. S. Marci non invenuste. *D. Heins.*

32 *Arenas*] Nota impossibilium notatio. *Barth.*

33 *Jura*] *Domina.* *Idem.*

34 *Mutavit tabulas*] Familiares indices servilium operarum; quas toties venditum Eunuchum sæpius mutasse oportebat. Quanta famulitia fuerint Procerum indicat vel Petronianus Eumolpus, cujus familia vel Carthaginem capere potuisse perhibetur.

*Quanta vocabula vertit*] Quot nomina, ait, dominorum mutavit Eutropius, dum, velut vilissimum mancipium, venum it semper, nec constans ullibi servitium reperit? Itaque infra vs. 60. 'Permutatque domos varias: quis nomina possit Tanta sequi?' Videntur notis quibusdam servos notasse, ut in tanta, aliquot sæpe millium, turba, dignosci ipso aspectu possent: hæ notæ utique vocabula erant dominorum, quos Characteres dicit B. Ambr. Orat. in Funere Valentiniani: 'Characteres Domini inscribuntur et servi, et nomine Imperatoris signantur milites.' Potest noster et eo intelligi, quod servorum nomina, cum venderentur ii, mutata

fuerint, ne videlicet mancipio si quod vitium foret, aut si per nequitiam sæpe mutasset dominos, facile crimen proderetur. *Barth.*

35 *Nudatus quoties*] Venalibus enim detrahebantur vestimenta, inspiciebantur, et pertentabantur corporis partes, ne merx mala vitium tegeret.

*Medicum dum consulit emtor*] Non enim oculis manibusque suis credebant, tanta erat vafrities mangonum in tegendis vitiis corporum venalium. *Barth.*

*Medicum dum consulit*] Servos igitur venales medici inspiciebant nonnunquam. Emptor inspicit apud Martial. lib. vi. 'Quidam sine modo, Rufe, diligenter inspectum Velut emptor aut lanista.' *Claver.*

36 *Occultum dolorem*] Morbum. *Barth.*

38 *Cadaver*] Specie et ætate cadaveri quam homini similior. *Idem.*

39 *In rugas totus defluxit aniles*] *Diffluxit* videtur præstare: sed aliter scripti. *D. Heins.*

*Rugas aniles*] Decrepitæ ætatis indies. *Barth.*

41 *Et fœdum ignaris*] Quomodo potuerunt nescire, quum servi ex Æd. edicto gestarint titulum, ubi quid morbi vitiive esset: quis fugitivus, quis noxa non solutus? unde Propertius: 'Aut quorum titulus per barbara colla pependit.' *Claver.*

*Fœdum munus*] Contumeliæ nomen est Eunuchus sanus, nedum morbosus, vetulus, cadaverosus, qualis iste proponitur. *Barth.*

42 *Jugis*] Instar jumenti. Servi enim quadrupedibus æquiparantur, neque sunt in censu hominum cæterorum.

*Vetustum Servitium*] Ætate confectum. *Barth.*

43 *Servitium*] Servus. Salustius: 'Catilina credebat servitia urbana posse sollicitari.' *Idem.*

45 *Debita suppliciiis*] Jam tum scelerato hominis ingenio supplicia promerito. *Idem.*

*Debita suppliciiis*] *Dedita* scripti meliores; vere: in primo tamen Vaticano *Debet*; etiam in Oisiliano. Infra: 'natos hoc dedere pœnæ Profuit.' Ovid. *Metam.* xiii. 'consortia pectora pœnæ Deditit:' ut quidem legendum. Sic et *noxæ dedere*. Ovid. *Fast.* i. 'noxæ tibi deditus hostis Spargitur affuso cornua, Bacche, mero.' Fragmentum de origine urbis Romæ: 'Postquam rem, uti acta erat, comperit, servum noxæ dedit.' Sic Livius quoque, Festus, alii. *Plura* ad Nasonem, *Metamorph.* xiii. 664. curis secundis. *D. Heins.*

46 *Matris post viscera*] Sic locutus alibi, id est, ab ipso ortu. Lucianus tradit Eunuchorum quam Spadonum conditionem esse viliozem: in Jure promiscue habentur, estque fere generale Spadonis vocabulum. *Claver.*

47 *Armenius*] Negotiator, mango. *Barth.*

48 *Mollire mares*] *D. Cyprian.* Ep. ii. ad Donat. 'evirantur mares, omnis honor et vigor sexus evirati corporis dedecore mollitur.' Prima vero pestis insolitæ inventio, ut vult Petron. Persarum fuit: 'Persarum ritu male pubescentibus annis Surripuere viros.' Licet illud de usu, non origine possit capi: nam noster Semiramidi Babylonis conditrici id tribuit, assentiente Ammiano lib. xiv. 'Quis,' ait, 'videns spadonum luridam multitudinem non detestatur memoriam Semiramidis reginæ illius veteris, quæ teneros mares castravit omnium prima?' id autem tenella fiebat ætate, Martial. lib. ix. Ep. 9. ut noster bene dicat raptum Eutropium 'ab ubere ad pœnas.' Maximus sane eunuchorum usus antiquis, Assyriis, Medis, Persis, Græcis, Curtius et Arrianus passim, imo et Romanis, adeo ut necessitate exigente id leges permittant, l. 3. l. 4. ff. *ad leg. Corneliam de sicar.* tamen ne id fieret, edicto cavet Domitianus, in eo non improbus. Xiphilin. in Nerone. Sueton. in Domit. c. 7. Martial. l. vi.



Ep. 2. lib. IX. Ep. 9. quumque malignitas perseveraret infantes evirare, pœnam capitis castrare audentibus Justinianus indixit, l. 1. c. de Eunuchis. Vide locum et considera. *Dempster.*

*Nefandum*] Sane vero, cujus gratia multi homines simul occiduntur priusquam fiant. Itaque et Imperator Constantinus in Orbe Romano Eunuchos fieri capitali supplicio vetuit. l. 1. c. de Eunuchis.

*Mollire mares*] Effœminare. *Barth.*

49 *Fœcundum corporis ignem*] *Inguen* Isingrini Codex; quod Gyraldo placebat: quomodo Farnesianus, Pricæanus et Rottendorphianus ex nostris pro diversa lectione. *Martial.* 'Ne nimis exhausto macresceret inguine Gallus.' Mihi vulgata tamen lectio magis arridet. Mox *officiumque patris non officium*, meliores, et *causas fato pro causam*. Cave etiam *Acturus pretium pro aucturus* cum Delrio legas, aliter suadentibus membranis, et ipso Claudiano. *D. Heins.*

*Ignem*] Vim generandi, qua velut de igne ignis, sic divina operatione, ex homine homo venit in vitam. Contra frigidi, generationi inepti. *Barth.*

*Ignem*] Indicat vim, qua virilitas excitatur aut juvatur. *Claver.*

50 *Uno sub ictu*] Poëtice. Nam plures sectiones requirit Paulus Ægineta. *Barth.*

52 *Ambiguus vitæ*] Notum non paucos infantes acerrimo eo dolore perisse. Ideoque Lex D. Adriani *Castrationem* pœna Legis Corneliæ de Sicariis Homicidisque compescuit. Vide Ulpianum, cap. 4. ad L. Corn. de sicariis. *Idem.*

53 *In cerebrum secti traxerunt frigora nervi*] Res ipsa est, quod de Parotidis venis incisis, circa aures sunt eæ, virilitatem ex ipso cerebro usque exstirpantibus, notant docti.

*Secti traxerunt frigora nervi*] Ut effœminatam, mollem, muliebrem facerent. Fœminis enim plus frigoris

inesse quam nobiliori sexui notum Physicis et Medicorum filiis. Ab incisis autem nervis *Abscissi* postmodo dicebantur Eunuchi.

*Frigora*] Nam calor omnis ad virilem virtutem una cum membris sexum facientibus præciditur. *Barth.*

55 *Fato*] Fatali turpitudini. *Crimen factorum* dicit alibi. *Idem.*

56 *Mansisse virum*] Eunuchus enim vir non est. *Idem.*

58 *Assyriæ commercia ripæ*] Emporium nobilissimum, Babylonem intelligit, quam urbem mediam Euphratis interfuit. Negotiatores Babylonii primarii Asiaticæ luxuriæ. *Idem.*

59 *Galata ductore*] Ii mercatura mancipiorum nobiles. *Idem.*

61 *Stabulis Ptolemæus*] Nam fastidit etiam Dominum describere Claudianus, extremo contemptu mancipii. *Stabula Galatarum* dicit. *Idem.*

*Stabulis Ptolemæus in illis*] *Tabulis* quatuor scripti; ut conjecerat V. Cl. Albertus Rubenius: quod Claverius quoque in editione sua expressit. Supra, 'quot jura, quot ille Mutavit tabulas.' Verior tamen scriptura *miles stabuli*, quomodo primus Vaticanus pro diversa lectione, ut et Farnesianus ac Pricæanus. Confirmant Lucensis optimus cum uno Mediceo: quod verum est: infra v. 156. quomodo vetustus codex: 'ab imis Evectus stabulis summos invasit honores.' *D. Heins.*

62 *Pellicis*] Eunuchi, quem habebat pro tali.

*Pellicis usu*] Non velut propriæ possessione. Uxori enim legitimæ, propriæ, perpetuæ, usuraria opponitur. *Barth.*

63 *Donat Arinthæo*] Hoc nomen varie legebatur, etiam in antiquis codd. fuit autem vir togata et armata militia clarissimus, de quo Ammianus, lib. XXVII. et Græci historici. Est sane epistola apud Basilium, ubi suam tristitiam ex Arinthæi morte indicat; si quidem ab eo non solum

honore affectus est, sed etiam tota Ecclesia ipsi plurimum debuit: quin imo Armenia omnis periisset, ni ejus adventu et occursu Persæ territi fecissent fugam. *Claver.*

*Donat Arinthæo*] Sic Vaticanus cum aliis nonnullis: quomodo apud Ammianum et in Codice Theodosiano legitur. Chronicon quoque Alexandrinum Ἀριθθαῖος. Arinthæi alterius sub Constantio armaturarum rectoris Ammianus meminit lib. xv. et ejusdem forte, qui expeditioni Persicæ interfuerit sub Juliano, et cum Valente in Orientem missus sit a Valentiniano, magister peditum: hunc lectissimum ducem alicubi vocat. Lucensis aliique bonæ notæ *Arentheo*. Vulgo *Aristæo*. Vide curas secundas Barthii. *D. Heins.*

*Dignus haberi*] Indignus, inquit, erat cujus fædo et turpissime abûso a milite et illo altero corpore, quis locupletior factus censeretur. Nihil potuit vilius. *Barth.*

64 *Maturus emi*] Annis bonis, integris, maturis, sublapsis. Integer et validus opponitur *maturus*. *Idem.*

65 *Quæ genuit*] Lege cum Gyrالدينو et duodecim aliis *Quam genuit*. Val. Flaccus, lib. i. 'Quam referam visas tua per suspiria gentes.' Sic enim vetusti codices, quod Carrio non intellexit: *quam pro quantum*. Virgil. 'Quam metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent!' *D. Heins.*

*Divortia*] Tanquam de muliere nupta loquitur ad demonstrandam diurnitatem infamis contubernii. *Bart.*

66 *Hæc erat, heu Ptolemæe, fides*] Concinnius primus et tertius Vaticani, cum Oiseliano: 'Hæc erat, hæc, Ptolemæe, fides?' Statius, Theb. x. 'Hæc erat, hæc metuenda manus, ferrumque quod amens Ipsa dedi?' Naso, Metam. xi. 'Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam?' *D. Heins.*

67 *In gremio*] Amatorio contubernio, instar mulierculæ. Carissima

quæque in sinu nobis esse, gerique dicuntur. *Barth.*

68 *Præsepia*] Nam contubernium ad præsepia paupertatem domini et impudicitiam mancipii simul denotat. *Idem.*

69 *Viduum*] Nihil potuit anilius, et homini turpissimo dicere convenientius, ut est ingeniosissimum Epos istud, totum Satyrico sale sparsum. *Idem.*

71 *Crudelis*] Commune amantium fastidientium convitium. Virgilius: 'O crudelis Alexi,' &c.

*Generis*] Non sexus: is enim jam nullus est. *Barth.*

73 *Uxorisque decus*] Formam, ob quam amabatur. *Idem.*

74 *Nec pignore nitimur ullo*] Magnum est fecunditatis privilegium, etiam in deportati liberis. C. Th. ad Eutropium P. F. P. Tacitus: 'Firma munimenta quibus insistas, numerus liberorum.' Optimum ergo vinculum in conjugii liberi. Juvenal. 'partu retinere maritos.' *Clav.*

*Nititur ullo*] *Nitimur* rectius potiores scripti. *D. Heins.*

76 *Scapulas tutabimur*] Servilissime. *Barth.*

*Scapulas tutabimur arte*] Sollicitus est Eutropius de scapulis suis, nescio quo tumore incurvatis. Forte etiam explicari posset de eo, qui timet sibi a loris vel scutica. *Claver.*

77 *Sic fatus acutum*] Albertus Rubenius post τὸ *acutum* distinguit. vox enim eunuchorum acuta; ut et fæminarum: infra vs. 340. 'vocis acutæ Mollities.' ubi vide Barthium. *D. Heins.*

*Acutum*] Ingeniosum sonat. Petronius: 'O hominem acutum et urbanitatis vernulæ fontem!' *Barth.*

78 *Segnis ad artem*] Malam quidem et maleficam. Eunuchi enim tam naturales quam factitii *κακουργοί*. *Idem.*

79 *Officii capax*] Cum de Eutropii rebus, negotiis, officio, loquitur Claudianus, verba sunt pleraque ambigua,

ita ut ad turpitudinem monstri simul accommodata sint: sic hoc loco *officium*. Barth.

80 *Custodia nulla*] Custodes ponebantur mulieribus matronisque Romanis. Juvenalis, Sat. vi. 'Pone seram, cohibe: sed quis custodiet ipsos Custodes? cauta est, et ab illis incipit uxor.' *Idem*.

82 *Danaën sub turre latentem*] Fabula Danaës corruptæ, inter difficilimarum rerum indicia venit in Parremiam: Ἀργυρέαις λήγχασι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις. *Idem*.

*Sub turre latentem*] Prim. Vatic. e turre. Lucens. et cæteri fere omnes in turre: pro *Eliceret* videtur scribendum *Illiceret* vel *Pelliceret*, si vulgatam scripturam amplectimur. *D. Heins*.

84 *Indomitas*] Libidinis efferæ, et equinæ, ut Prudentius appellat. *Barth*.

86 *Ancillæ tetigisse latus*] Interendendum, ne quis observet. Est ex illo Ovidiano, 1, de Arte Amandi: 'Inserere te turbæ, leviterque admotus eunti Velle latus digitis, et pede tangere pedem.' *Idem*.

*Ancillæ tetigisse latus*] Præcipuum Iasciviæ argumentum latus tangere. de Galatæa Sidon. Carm. 11. 'latus quod pollice fixo Vellis, et occulto spondes connubia tactu.' Ovid. lib. 1. Amor. 'Penelope vires juvenum tentabat in arcu, Qui latus argueret, corneus arcus erat.' Nec plura addo; sunt enim quæ sequuntur, lenonum verius quam studiosorum. *Dempster*.

88 *Furtis quæsisse locum*] Ubi clam conveniatur in concubitu. Sic quicquid occulte et velut cum metu patrat, *furtum* vocant scriptores. *Barth*.

90 *Juvenum flammis*] Amores Laidis quantumque divitiarum ex universa Græcia ad eam confluxerit, notissimi. Unde ad ejus fores universam Græciam jacuisse scribit Pro-

pertius, lib. 11. 'Non ita complebant Ephyrææ Laidos ædes, Ad cujus jacuit Græcia tota fores.' *Idem*.

*Juvenum flammis*] Hæ flammæ quibusdam hactenus obscuræ: supra dixit in Rufin. 11. 'ardentes gemmas' pro diademate: in Paneg. 1v. Hon. *Ignes*. Hæc igitur indicant Laida juvenum amantium donis ac muneribus ditatam; seu flammis, hoc est, gemmis, quæ flammæ in speciem rutilant; tales præcipue pyropi, unde Ovid. de Solis regia: 'Clara micante auro flammisque imitante pyropo.' *Geminum* pro *pelagus*, Isthmon Corinthiacum designat, ut est in lib. 11. in Rufin. Potest etiam intelligi amor flammeus juvenum. *Claver*.

91 *Et gemino*] Non *E gemino* scripti plurimi. Vulgata tamen suos quoque in codicibus vetustis assertores habet, et recte: sec. Vaticanus *De gemino*. Pomponii excerpta *In gemino*: *dotata* etiam pro *ditata* prior Moreti; optime, ut 1v. Cons. Hon. 'Quænam tot Divis veniet nurus, omnibus arvis Et toto dotanda mari.' Mox pro *refundit* alter Leid. et Moreti *refutat*: *refutare* pro *recusare* non novum. Ovid. Art. Am. lib. 11. 'Ferre novæ nares taurorum terga refutant.' sic vetus liber. Glossæ Stephani, *Refutari*, ἀπελέγχεσθαι, ἀποδοκιμάζεσθαι, ἐκβάλλεσθαι. Livineio tamen *refugit* legendum videbatur. mihi vulgata lectio placet. Statius, Theb. v. 'et te per colla refusus Intacta, Crenæe, comis.' Ausonius, Epist. v. 'Cæsariem rutilam per candida colla refundes.' *D. Heins*.

*Serta refundit Canities*] Opprobrium formæ, quæ cum adventu canorum decedit. *Barth*.

92 *Turba procaz noctisque recedit Ambitus*] Omnia ista conjunxit Horatius etiam, Od. 1. 25. 'Parcus iunctas quatiunt fenestras Ictibus crebris juvenes protervi, Nec tibi somnos adimunt, amatque Janua limen.' *Idem*.

94 *Seque reformidat*] Videns non

esse talem qualis olim fuit. *Barth.*

*Damnante senectus]* *Damnare* scripti meliores: quod et Barthius in *Adversariis* vidit. Idem tamen frustra est, cum Zingerlingo oblectatur paulo post pro *retinet mores quos perdidit aetas, retinent et quod* scribenti: nititur eum ista emendatio optimorum codicum auctoritate; quam et admittebam sensus postulat. Idque curis posterioribus vidit ipse quoque Barthius. Pro *Dilectumque diu*, Isingr. prim. et tert. Vatican. Oisel. Florent. S. Marci et Mazarin. *semel.* D. Heins.

95 *Stat tamen]* Ait Claudianus Laidem jam senio voluptatis usu perdit, juniores tamen meretriculas instruxisse technis meretriciis et artibus; ne plane nihil ageret ad quæstum suum augendum. Vel *stat, perstat.*

*Succingit]* Aptas facit officio, instituit. *Barth.*

98 *Cumque omnibus unica virtus Esset in eunuchis]* Puto *Hæc sit.* D. Heins.

*Unica virtus Esset in eunuchis, thalamos servare]* Unde nomen acceperunt, et cui soli primum officio destinati sunt, ut nimirum Venere dominarum frui ipsi non potentes, custodirent eam Dominis, fidelitate sola gratiam eorum promerituri. Utiles habiti instituendis puellis, metu videlicet ne a viris corrumperentur.

99 *Thalamos servare]* Alludit ad nomen: nam Eunuchus, ἀπὸ τοῦ εὐνήν ἔχειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, a cura cubilium et gynæciorum: aut εὐνοὺν ἔχων, bonam habens mentem, nempe Veneris expers, et ob id idoneus castitatis pudorisque custos, Ovid. lib. 1. Amor. El. 2. quare preciosior castratione puer dicitur fieri, Ulp. l. si servus. ff. ad leg. Aquil. sed cum evirati minus fideles viderentur, fæmivas etiam castrari placuit, cujus sceleris auctor Andramytes Lydorum rex. Xanthus apud Athen. lib. XII. Dipnosoph. cap. 12.

100 *Nec verbera tergo]* Cum officium lenonium dextre non peregisset,

aut caruisset eventu libidinis destinatio. *Barth.*

102 *Frustraque rogantem]* *Negantem* prior Moreti: hoc est, recusantem. D. Heins.

104 *Dotalem genero]* Hi erant addictissimi puellis in alias familias translatis.

*Nutritor]* Qui id agat quod nutrix, excepto qua illa mulier. *Barth.*

106 *Pectebat dominæ crines]* Officio muliebri et servili ancilliariorum servulorum. *Idem.*

*Pectebat dominæ crines]* Pectebant dominarum capillos ancillæ, sed non uno modo: nam hæc pectebant, illæ digerebant; quædam ornabant; aliæ acu seu discerniculo discriminabant: nota sunt hæc. Vide Plaut. Pænulo. Ovid. lib. 1. Amor. El. 11. lib. II. El. 7. nostrum Epithal. Palladii et Serenæ, 'legemque capillo Reddit:' sed omnium ambitiosissime idem officium ancillarum in Epithal. Honorii Aug. et Mariæ depingit. Et quia huc propecti sumus, nota, ditiorum capillamenta auro ornari sueta: noster de VI. Honorii Consulatu: 'substringitque comam gemmis.' Ovid. lib. III. Amor. El. 12. 'Virginei crines auro gemmaque premuntur.' Interdum odores admiscebant. Propert. lib. 1. El. 2. princ. at pauperes et plebei ordinis puellæ, vesica crines involuebant. Vide et Martial. lib. VIII. Ep. 33. *Dempster.*

*Et sæpe lavanti]* Quam partem laverit alumna satis conjicio: puto enim non solum post opus, sed et ab urina aquam sumi, ut ait Martial. 'Qua tibi parte opus est, Lesbia, sumis aquam.' *Claver.*

*Sæpe lavanti Nudus in argento]* Aquariolum et Balnearium servulum fuisse innuit. Eunuchi præfecti Balneis muliebribus. Cæterum Balnearii servi inter vilissima mancipiorum. Erant qui in balneis potissimam vitæ voluptatem ponerent: quod et Seneca alibi reprehendit. *Barth.*

107 *Nudus in argento*] Argentum est vas, quo in balneis matronæ utebantur. Phædrus, lib. iv. 'mundum muliebrem,' ait, 'exposuit, et lavationem argenteam:' adi Lamprid. in Commodo. Scio non semper argentea fuisse vasa, sed ex concha. Vetus Interpres Juvenal. ad Sat. III. Plaut. Rudente: 'cave tu harum conchas spernas:' et puellis gratæ erant conchæ. Ovid. Metam. lib. x. Fab. 8. et Paulus JC. l. 3. sent. Tit. 7. 'mundo muliebri legato ea cedunt, per quæ mundior lautiorque fœmina efficitur, ut speculum et conchæ.' Itaque hæc de privato apparatu. Erant etiam in thermis publica lavacra argentea. Stat. lib. i. Sylv. v. 'argento felix propellitur unda, Argentoque cadit.' Qui ministrabant lavantibus fœminis, *Aquarioli* dicti. Tertull. Apolog. cap. 43. 'Lenones, productores, aquarioli.' Fest. lib. i. Aquarioli mulierum impudicarum sordidi asseclæ. Juvenal. Sat. vi. 'veniet conductus aquarius.' Atque hinc credibile est, nomen Gallicum *maquereau* derivatum. Turneb. xiv. 12. *Dempster*.

*Lympham portaret*] Instar vilissimi aquarii. Barth.

108 *Cum se rapido fessam projecerat æstu*] Elegantissima notatio mulieris multo Sole se abjicientis in thorum. Delicatæ ventulis factis fovebantur, ad quas delicias pavonum pennæ hodie usurpantur. Sic in locupletum familiis propriæ ei rei mulierculæ flabelligeræ. Flabellatio, Eunuchi officium pariter in Terentii Eunucho. *Idem*.

109 *Pavonum alis*] Aptis pennis ad flabella. *Idem*.

*Pavonum ventilat alis*] Pavonem quatuor libri: bene. Malim tamen *roseas pavonum alas*: sic 'ventilare faces' Ovidio, 'ventilare aurum æstivum' Juvenali, et similia. De *passis ucis*, quod sequitur, ex Priapeis hausit. 'Uvis aridior Puella passis.' Lu-

cilius apud Nonium, 'Rugosi passique senes.' D. Heins.

110 *Laxata*] Senum cutis indies laxatur, carne paulatim fatiscente, tabescente, rugasque trahit. Barth.

*Laxata*] Claverius sentit legendum esse *lassata*, idque majori contemptu et odio. Subdit enim *corruerat*, quod est pecudi quam homini magis proprium: et hic poëta Eutropium servilis conditionis hominem acerbiorie stylo persequitur, pecudibus enim servi quasi annumerati; unde illud: 'servi ut taceant jumenta loquentur.' Tum *corruere* hic defluere aut delabi significat. Claver.

*Sulcisque genarum*] Virgilius VII. 'Et frontem obsœnam rugis arat.' Barth.

111 *Corruerat passa facies rugosior uva*] Aruerat doctissimo Pricæo ad Apuleii Apologiam videtur scribendum: quomodo Guntherus Ligurino libro VIII. 'miserandos possidet [lege *obsidet*] artus Fœda situ macies: deformia turpis et æger Inficit ora color: pressis cutis arida membris Insidet.' Ego vulgatam tueor: sic 'lapsæ genæ' apud Senec. Hippolyto, vers. 364. Noster bello Gild. 'Interius fugere genæ:' si quid mutandum tamen sit, vix dubito a manu Claudiani esse; 'Marcuerat passa facies rugosior uva:' ut hinc jam intelligamus quid per 'avas marcentes' intelligat Martialis, lib. v. Ep. 120. 'Marcentes tibi porrigentur uvæ: nam aut *passas* innuit, aut certe rugosas et flaccidas, cum in alia omnia eant Calderinus et Raderus. 'In rugas marcescere' dixit Plin. xv. 14. de pomis: quomodo et castigandum in Orientis Commonitorio: 'Pendula quæ marcent rugis deformibus ora Protulerant quantum conspicienda decus:' cum *marcent* illic nunc circumferatur, et in pentametro *tanum decus*. Minus bene Naso de liliis, lib. x. Metam. 'Marcida demittant subito caput illa gravatum Nec se sus-



tineant, spectentque cacumine terras: 'Diffluere in rugas' jam ante noster dixerat de eodem: 'postquam deforme cadaver Mansit, et in rugas totus diffluit aniles.' *D. Heins.*

*Corruerat facies*] Concliderat. Maximianus Elegiis: 'in senectutem corruere omnem hominem.'

*Passa facies rugosior uita*] Senectam formam uivæ passæ comparat. *Barth.*

113 *Vento sic vela tremunt*] Vide Juvenalem, Sat. x. *Idem.*

114 *Exedere caput tineæ*] Gaudentius Præfat. Tractatum: 'Ex vegeto ac sano vulneratus, ex florentissimo vermibus exaratus aspicitur.' Sic cariosos artus dixit Hieronymus.

*Deserta patebant*] A pilis. Petron. de Calva, Elegidio, comarum: 'Quod solum formæ decus est cecidere capilli,' &c. *Barth.*

115 *Intervalla comæ*] Parte abolita, parte superstita; quæ sane turpissima species, ingeniose irrisa. Martialis, lib. v. Epigr. 50.

*Arvis*] Area est illa ridens, seu, ob ariditatem, resplendens, Petronii. *Barth.*

116 *Interlucet*] Eleganter, cum color nimirum nitens exscendit illum alterum vicinum obscuriorem, et ad raritatem ejusdem pertinet.

*Jejunæ aristæ*] Nullo imbri pastæ, nulla utili fruge tumentis. Virgilius, Georg. II. 'Nam jejuna quidem clivosi glareæ ruris,' &c. *Barth.*

118 *Brumalis hirundo*] Plinius tradit, hirundines quasdam hibernis mensibus sequi montium recessus, ita ut inveniuntur jam nudæ ac deplumes.

119 *Trabeis*] Dignitati Consulari, quam crimine Fortunæ adepturus erat semivir, omnibus dudum etiam servilibus officiis inferior et contemptibilior. *Barth.*

120 *Has in fronte notas*] Anilis deformitatis. Occulte innuit inscriptionem sive stigmata, quæ quoniam non erant, nominare non vult, quia meritus erat exsectus iste furcifer, innuit,

proximus affirmanti. *Idem.*

*Addidit oris*] Malo ori. *D. Heins.*

121 *Luxuriæ suæ*] Petulantia. Ovidius: 'Luxuriant animi rebus plerumque secundis, Nec facile est æqua commoda mente pati.'

*Pallida nudis Ossibus imago*] Instar sceleti meri, annis et carie omni habitudine prorsus consumpta, omni succo exsucto. *Barth.*

122 *Imago*] Umbram dicere vult; spectrum.

*Horrorem dominis*] Tam malæ formæ homines amoliebantur domiciliis, velut infausta spectra. *Barth.*

123 *Decolor*] Est perspicuum jungendam illam τῶ μυκίας. *Decolor*, quia extremi palloris, ut omnem suum amiserit, coloremque alium prorsus fere habeat nullum: transfertur ad alia, quæ immaniter a natura statumque suo abscedunt. *Decoloratio*, extrema deturpatio.

*Occursu læderet omnes*] Mox aut procedentibus omen. Mira erat in talibus superstitio ut hominum futillum, nigrorum, turpium, &c. occursum, pro pessimo acceptum omne diris portentis adscriberent, velut imminentis mali indicem. Ei rei quibusdam amuletis subvenire solebant, quæ prævia, quasi viam bonam facientia, eique rei præmissa, aut confecta, nuncupabant. *Barth.*

124 *Aut pueris latura metus*] Instar fœdarum formarum, quæ larvis horribilibus figurantur, ut ejulatus sistant puerorum. Juvenal. Sat. III. 'tandemque redit ad pulpita notum Exodium, cum personæ pallantis hiatum In gremio matris formidat rusticus infans.' *Idem.*

*Pueris latura metus*] Lib. II. de Ira, cap. 11. 'An timetur a pluribus, sicut deformis persona ab infantibus?' inquit Seneca: et lib. in sapientem non cadit injuria, cap. 4. 'more puerorum, quibus metus incutit umbra, et personarum deformitas et depravata facies.' Hujusmodi larvam uno no-

mine apto glossographus *μορμολυκείον* appellat. *Dempst.*

*Tædia mensis*] Ob turpitudinem fastidiosam eluviei, quam affingit turpi monstro; ad cuius cariem tædium obnascatur epularum. *Barth.*

125 *Crimen famulis*] Tantam monstri ait turpitudinem fuisse, ut toti familiæ ejus cohabitatio fuerit pro opprobrio.

*Procedentibus omen*] *Omen* autem levissimum inter portenta rerum futurarum, et ei effectum minimum adscribebant. Veteris autem insipientiæ in Ominibus mira semper fuit superstitio. Vide late B. Augustinum, lib. II. de Doctrina Christiana, c. 20. Eadem *auspicia* vocat Virgil. III. *Æn.* auguria, II. 7. Plinius. *Omen* autem dictum velut oremen, quod quasi ore augurium fiat, ut notat Festus. *Barth.*

*Procedentibus omen*] Vetus opinio etiam doctis, non tantum vulgo approbata, occurso æthiopis, vel alterius deformis, iter inceptum reddi infastum: contra quod disserit Brodæus, lib. IV. *Miscell.* cap. 1. ex Appiano et Luciano, quorum verba inde pete. *Dempst.*

126 *Exhausto caperent in stipite lucri*] Quomodocunque uti infirmi monstro vellent, ait, nulla erit ipsis speranda ex eo utilitas, non secus ac si quis succum exprimere tendat de arido quodam et deformi stipite. *Barth.*

*In stipite lucri*] Scripti multi in *cespite*. *Lego e stipite*. D. Heins.

127 *Sternere quippe toros*] Thalamorum cura ex officio Eunuchorum, unde nomen etiam.

*Cedere ligna culinæ*] Et hoc ex officii contentibilibioribus ad Eunuchos tum spectabat. *Barth.*

130 *Funus*] Cadaver. Manilius, lib. IV. 'Et rapit e sceptro funus Fortuna superbo.' *Idem.*

131 *Umbram*] Malum Genium, Cacodæmonem. Tales domibus certis inesse putabantur certæ, notissimo

exemplo in Epistolis Plinii. *Idem.*

132 *Contentu jam liber erat*] Nemine vindicante dominium.

*Obesum Lacte canem*] Dum teneri sunt canes pane et lacte nutrirī bubulo præcepit Constantinus, Geoponicon lib. XIX. Claudiani sententia est, dum utilis canis, pasci eum largiter a pastore; inutilem jam et morbosum, pro cadavere expelli, et vinculum, quo custodiae alligatus erat, in lucro putari, dum alteri applicatur. *Barth.*

136 *Demisit sordibus aures*] Manu exarati maxima ex parte, *dejecit sordidus*: probe; quamvis vulgatum ex Horatio tueatur Claverius: poterat et ex Marone, qui 'demissas aures' in Georgicis dat equo ægrotanti. Sic bello Get. 'Frons dejecta malis:' et VI. *Cons. Honor.* 'prospectat euntes Dejecta cervice Getas.' Virgil. *Æn.* III. 'Dejecit vultum, et demissa voce locuta est.' Lib. VI. 'Sed frons læta parum et dejecto lumina vultu:' atque ita frequenter Naso: apud Apuleium in Apologia: 'feris et pecudibus os humile et ad pedes dejectum:' apud eundem lib. III. *Met.* 'Et quamquam capite ad terram, imo ad ipsos Inferos jam dejecto incedebam:' et postea; 'Dejecto et quassanti capite in stabulum concedo:' mox, quod præcipue ad rem facit, de equo et asino: 'Ut me præsepio videre proximantem, dejectis auribus jam furentes, infestis calcibus insequuntur.' Hoc 'remulsis auribus' idem libro VII. dixit loco prorsus simili: 'alius hinnitu maligno comminatus, remulsis auribus dentiumque candentium renudatis hastis totum me commorsicat:' sic scripti omnes et primæ editiones constanter, non *remissis auribus*: optime. Lactantius: 'Et tamen videmus in aliis animantibus quædam signa lætitiæ, cum ad lusum gestiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem serenant.' Ubi etiam *remulcent* censeo legendum es-

se. Cassiodorus Var. I. VII. c. 15. de equis, 'crispatis naribus, ac rotundis et constrictis membris, auribusque remulsis.' Virgilius de lupo: 'caudamque remulcens Subjecit pavitantem utero. *D. Heins.*

138 *Est ubi despectus nimius juvat*] Sic leo dejectum hostem contemnit, non frangit. Ita canem ingentem et violentum servulam supplicem, quam lacerandam eo projecerat barbari barbarorum victores, per contemptum non tetigisse, sed comminxisse tradunt Scriptores Historiarum novi, quem vocant, Orbis. *Barth.*

140 *Olympi Summa*] Quisquis Deorum illum Senatam regis. Olympum plus est dicere quam cælum. In cælo enim ipso sacratio locus fingebatur hoc titulo. *Idem.*

141 *Mortalia risu Vertere*] Eadem supra vs. 25. *Idem.*

*Mortalia risu Vertere*] *Volvere* Thol. dictum supra: sed quid est *risu vertere*? Si sic locutus est Claudianus noster, parum profecto proprie locutus est. Scribo: *tantone libet mortalia risu Vertere?* quomodo Cæsar apud Lucanum: 'tantusne evertere, dixit, Me superis labor est?' idque primus Vaticanus et secundus confirmant. *Idem* primus cum tertio, *tanto libuit*: etiam Oiselianus. *Iidem* paulo ante *fastis aperire viam*, non *fatis*. *D. Heins.*

143 *Suscipitur regnis*] Magistratibus summis, quorum sane cura, stante etiam qualitercunque Imperio, non angustior maximo Regno. *Barth.*

144 *Moderantem*] Antea *Rectorem* dixit, id est, Præf. Præt. quod fastigium qui erat adeptus, tantum non erat imperator. Apud Græcos enim *ἐπαρχικά* erant libri continentes edicta Præf. Præt. quæ vim legis habuere; erantque quasi *βασιλικὰ*, quia, ut ait Sardiannus, dignitas illa erat *βασιλέα*, cui nihil præter purpuram defuit. *Claver.*

145 *Texere palatia vulpem*] *Traxere* Delph. et Var. Clas. .

Lucens. et duodecim alii. notum istud, 'trahit sua quemque voluptas.' Noster de sene Veronensi: 'Illum non vano traxit fortuna tumultu:' et in Aleth. 'Nulla meos traxit petulans audacia sensus.' *D. Heins.*

*Texere*] Subrepentem occulte, et celantem dolo perfidiam.

*Vulpem*] Dolosum, astutum, mordacemque hominem, et ex occulto noxium, hæc bestia indicat. *Barth.*

146 *Irrepere*] Aptum occultæ intrationi verbum. Petronius: 'Dum dicit, Patrem excitabo, irrepsi tamen.'

*Sacris*] Imperatoris. *Barth.*

149 *Illustrior ordo*] In aula quis nescit plures gradus dignitatum, qui sub principibus posterioribus omnes uni servitio dediti? vide arrogantiam Dominorum multis apud Ammianum, lib. XXVIII. *Idem.*

150 *Servitii dominumque diu*] *Servitii* Oxon. pro servis: sic infra 'Vetustum Servitium semperque novum,' Eutropius vocatur. Pro *diu* prima ed. et octo scripti *sibi*: placet. quomodo et primus Vaticanus pro diversa lectione. *D. Heins.*

154 *Abundant?*] Est nomen proprium viri magni, qui anno 393. fuit Consul cum Theodosio, idemque Comes et Magister utriusque militiæ. Is promovet Eutropium, futuri incautus, magno suo malo atque ingratiss: nam contigit paulo post, ut dignitatibus spoliatus, aula ejiceretur, Arcadii edicto, id agente Eutropio. Sidone autem urbe Phœnicæ obiit, Zosimo auctore. *Claver.*

155 *Imis thalamis*] Cura imorum thalamosum. Aliud enim præstare non poterat qui Eunuchus erat, qualis modo descriptus. *Imus* contemptissimum denotat. *Barth.*

156 *Ejectus thalamis*] *Stabulis* Medic. Mazarin. Palat. sec. Vatic. et Ambros. *Ejectus thalamis*. Excerpta Putean. *Ejectus stabulis*. Fortasse rursus legendum *tabulis*: ut *tabulæ*

*Claver.*

4 Z

serviles fastis opponantur, quos per summum honorem intelligit. Vulgata tamen lectio non est sollicitanda temere. Præfectus enim Gynæcii Augusti fuit Eutropius, lib. II. 'Hic primum thalami claustris delicta tangebatur Clam timideque jubens.' Supra 'quis enim committere vellet Lenoni thalamum?' *Ejectus*, quomodo paulo ante, 'undique pulso Per cunctas licuit fraudes impune vagari.' *D. Heins.*

157 *Quam bene*] Laudat providentiam divinam, ordinantem ita et moderantem res humanas ut prima mala funestaque aliis consilia caput petant auctoris, et ab eo incipiant exercere vim suam in cæteros. Hesiodi vetus et verissima sententia est: 'Ἡ δὲ κακῆ βουλή τῷ βουλευσαντι κακίστη.

*Dispositum*] *Dispositio, διδρασις, διατύπωσις.*

*Terris*] Rebus humanis. *Barth.*

159 *Fluvio*] Nilum dicit. Novem continuos tum annos Ægyptum siccam fuisse scribit Apollodorus, lib. II. Bibliothecæ. Qui idem vatem vocat Thrasium, Cyproque ait oriundum, in Ægyptum venisse, et ibi dato oraculo de hospite quotannis mactando, primum infelices aras imbuisse. *Idem.*

161 *Inventas primus*] Non primum, scripti: et paulo ante *primoque sibi*, non *primumque*. Ovid. 'Illi Busiris: Fies Jovis hostia primus.' Sequenti versu *quod dixerat pro qui* membranæ meliores legendum suadent: recte; ut *Barthius* etiam posterioribus curis monuit. *Dicere* proprie vatium: hinc *fatidici, μοιρολόγοι*. Ovidius in *Ibin*: 'Et ne nulla suo præsentia diceret ore.' *Met.* xv. 'Oravere Deum, qui præsens funera gentis Finit Ausoniæ, certas ita dicere sortes:' quam veram illic lectionem præstamus: hinc et *indicare* et *edicere* sacrum. Adeantur quæ notamus ad *Nasonem*, *Ep.* v. 33. illo loco, qui vulgo mendosus legebatur: 'Illa dies fatum miseræ mihi dixit.' *Virgil.* 'Multa inter sese vario sermone serebant,

Quem socium exanimum vates, quod corpus humanum Diceret.' *D. Heins.*

163 *Opifex tauri*] *Perilauus*. *Perilauum* vocant alii. *Ovidius*: 'Et Phalaris Tauro violenti membra Perilli Torruit; infelix imbuit auctor opus.' *Barth.*

167 *Qui se protulit ante*] *Lucens*. *prætulit*. *Delrius sibi profuit*: frustra; sola distinctione locus juvandus. *Proferre*, promovere, evehere. *D. Heins.*

*Se protulit*] *Evexerat* ipsum. *Barth.*

168 *Direptas possedit opes*] *Facultatibus* omnibus et dignitate spoliatum sola voluntate *Eutropii* scribit *Zosimus* hominem, qui inde a *Gratiani* temporibus *Reip.* militaverat, sub *Theodosio* maximos honores adeptus, et *Consul* designatus. *Idem.*

170 *Auctorem*] *Promotorem*. *Idem.* *Auctorem damnare suum*] *Cave Factorem* legas. *Ammianus*, lib. *XXI*. 'Auctori tuo reverentiam rogamus.' Plura hoc loco *Barthius*. *D. Heins.*

171 *Semivir sublato sin arcem*] Alludit ad illud *Clearchi*, apud *Athen.* I. I. *Eunuchus est ἀνὴρ τε καὶ οὐκ ἀνὴρ, virque et non vir*. *Mænander*, εὐνοῦχος ἄλλο θηρίον ἐστὶν ἐν τῷ βίῳ: *Eunuchus alia quædam fera est in vita*: quibus persuasus *Alex. Severus Aug.* nec fœminam putabat; ideo omnem usum viris ademit, et vix matronis concessit. *Noster* alibi: 'nubas ducasque licebit, Nunquam mater eris, nunquam pater.' *Semivir* ergo, id est, effœminatus; et ad bella inutilis. *IV. Æneid.* 'Et nunc ille *Paris* cum semiviro comitatu.' *Liv.* IV. Dec. I. III. 'simul errare homines qui atrocem cædem pertinere ad illos semiviros crederent:' tamen *Flacc. Argon.* lib. I. 'simul armiger ibat *Semivir*;' alio sensu quam de sacerdotibus matris deum dixit *Juvenal.* *Sat.* VI. 'et ingens *Semivir*. *Dempster.*

172 *Nec vota pati, nec fingere somnia*] *Proverbiales* sunt modi loquendi, 'quod nec optare audebam,' 'de quo

nec per somnium cogitaram.' *Barth.*

*Quod nec vota pati*] Tullius in Ma-  
nilianā non longe a fine: 'qui a Diis  
immortalibus tot ac tantas res tacitus  
anderet optare, quot,' &c. Terent.  
Phorm. act. v. sc. 1. fine: CHR. 'Dii  
vostram fidem! quam sæpe forte te-  
mere Eveniunt, quæ non audeas op-  
tare!' Æneid. IX. 6. 'quod optanti  
divum promittere nemo Auderet.'  
Val. l. v. c. 5. 'legationem supra  
vota felicem.' *Dempster.*

*Somnia possunt*] Unns Mediceus  
cum Pricæano possent. *D. Heins.*

173 *Sub pedibus leges*] Sane si vo-  
luntate sua potuit propellere quemli-  
bet impurus Spado. Restitisse cona-  
tibus ejus solum Stilichonem scribit  
Zosimus. *Barth.*

176 *Jam jam dissimulat dominos*] Quæ  
prima audacia erat. Libertatem  
enim principio pro maxima re habuis-  
se portentum dicit, quam et ipsam  
adepturum jam desperaverat. Domi-  
nos Eutropii eo Consule adhuc vixisse  
videri vult, ut clare præfatione libri  
II. *Idem.*

*Atteque tumescunt Serviles animi*] Ex  
imis usque sordibus suis, quæ ser-  
viles suas injurias ulturi in omnia ex-  
celsa exercere potestatem contende-  
runt. *Idem.*

178 *Meroë campique*] Pacatus de  
Max. tyranno: 'Impletæ fugitivis  
nobilibus solitudines, bona publicata,  
capita deminuta, exuti trabeis con-  
sulares.' Hic vero Eunuchus omnes  
alicujus momenti submovet, et quasi  
de gradu dejecit; præcipue insignem  
virum ac strenuum Timasium, qui  
cum Promoto Consul fuerat Anno  
389. *Claver.*

180 *Marmaricus*] Quos in exilium  
extruserat, in eo interfecisse ait furi-  
osum nebulonem, quo genere ipse  
etiam postea pœnas dedit. *Barth.*

181 *Asperius nihil est humili*] Sen-  
tentia nobilis, et multum celebrata.  
*Idem.*

183 *Ut se posse putent*] Insuperata

enim felicitas aut potentia non credit  
posse premere, quos non premit; ne-  
que æstimari censet pro potente ab  
hominibus, nisi violenter utatur po-  
testate.

*Nec bellua tetrrior*] Proverbialis lo-  
cutio. Horatius: 'Bellua multorum  
es capitum.'

184 *Libera colla furentis*] *Terga*  
Isingr. et plerique ex nostris: vere;  
de verberibus enim, non de morte,  
agitur: sequentia confirmant. *D.*  
*Heins.*

185 *Gemitus*] Quales ipsi sæpe ex-  
torti sunt. *Barth.*

186 *Quem verberat, odit*] Generosus  
vero animus fugit crudelitatem, quia  
non sibi punit sed legibus. *Idem.*

187 *Nulla pietate*] Pietatis voca-  
bulo utitur Claudianus, pro amore  
suorum liberorum aut cognatorum:  
quam ait in Ennucho nullam esse, cum  
omnia agentibus nulla tamen soboles  
sperari valeat. *Idem.*

189 *Animosque ligant consortia dam-  
ni*] Didonis apud Maronem: 'Non  
ignara mali miseris succurrere disco.'  
*Idem.*

190 *Ille nec eunuchis*] *Iste* scripti  
rectius: quod contemptum præ se  
fert. Sic Ajax apud Ovidium, quo-  
ties de Ulysse loquitur, fere semper.  
*D. Heins.*

*Ille nec eunuchis placidus*] Erat enim  
manu factus, non natura; quod quo-  
modo fecerint collisis infantium pro-  
libus, aut prorsus etiam exsectis, do-  
cet Paulus Ægineta, lib. VI.

*Pejus in aurum Æstuat*] De avaritia  
monstruosi semihominis Zosimus, lib.  
v. ubi vides totum Orientem impuri  
unius nebulonis avaritiæ servientem.  
*Barth.*

191 *Libido*] Succisa libido fruitur.  
Mira locutio, quæ non erat, quia erat  
succisa, quomodo poterat frui? Sic  
sæpius Poëta: ut cum noster Entro-  
pium Eunuchum, et nihil simul esse,  
infra autumat, scilicet quia præter  
marem et fœminam nihil sit. Libido



autem tam avaritiam, quam, quod vulgo solet, designat, etsi hoc loco non aliud. Est enim latissimus hujus vocis usus. *Barth.*

193 *Castrat*] Debilitat. *Idem.*

194 *Arca*] Ita Scaliger; ut arcarum in cubiculis spoliatorem innuat. *Idem.*

195 *Nunc uberiore rapina Peccat*] Vera hæc veterum librorum lectio: vulgo *non peccet*. *Liberiore* etiam unus Med. male: mox Claverius ex suo libro, *quæ parvis excita furtis*: frustra; sic 'furiis exercita plebis Roma,' bello *Gild.* *D. Heins.*

196 *Quicquid*] Quantocunque spatium. *Barth.*

197 *Mercede locandum*] *Infra*: 'In mercem veniunt Cilices, Judæa, Sophene.' Venalia sub tali domino quis non credat fuisse omnia, cum rarus quisque Magnatum eo ævo non ad avaritiam peccarit, solo Stilichone demto, uti ex *Zosimo* constat? *Idem.*

198 *Institor imperii*] Qui sint Institores, vise Titulum Pandectis de Actione Institoria. Institores *Ulpianus* ab instando in negotiis dictos ait cap. 3. Verum potius est uti ab eo vocabulum acceperint, quod in stationem sive locum domini rebus ejus curandis veniant. *Idem.*

200 *Conjugis ornatu*] Tyrannica cupidine desiderante talia. *Idem.*

201 *Suffixa patenti Vestibulo*] Foribus appensa, uti solebant Edicta. *Palam* igitur ait, omni velo amoto cauponatum honores *Eutropium*.

*Patenti*] Ait enim *palam* in omnium oculis suffixam illam egregiam regulam: unde de plano videlicet legi posset. Vide *Brissonium*, lib. III. de Formulis. *Barth.*

202 *Regula gentes*] *Patavin. cedula* pro *schedula*: quod glossema. *Idem* mox *pendas* pro *ponas*: non male; quomodo et *Farnesianus* pro diversa lectione. Legendum etiam, *Tot Galatæ, tot Pontus eant*: et *solatia sorti, non sortis*; quod ultimum libri non-

nulli jubent; præterea primus *Vaticanus*, *Si Phrygas*; adde: *parum est*. Non adde *parum*. *D. Heins.*

*Regula*] Ordine scripta recensio, addito pretio. Regulam vocat, quia hoc pittacio stricte proponebatur æstimatio Provinciarum. Est enim *regula* firma et indubitabilis conclusio, atque propositio. *Barth.*

203 *Eat*] In possessionem mercantibus. Alludit meretricum prostitutarum titulos.

05 *Adde parum*] Ingeniose, ex cauponantis more. *Barth.*

206 *Venditus ipse Vendere cuncta cupit*] Sic in imis *Erebi tormentis* ponit *Virgilius* qui pretio fixerint et refixerint *Leges*. *Idem.*

209 *Lances*] Appendebantur enim Romana consuetudine pretia rerum emtarum ingentiora: ut pondus enim, ita *Judex* vergit. *Idem.*

210 *Non pudet, heu, superi*] Exclamatio *Lucani*. *Seneca*: 'Hoc est Deos quod puduit.' Ita exprobrabant *Diis* res male succedentes. *Idem.*

*Venisse sub hasta*] *Lucensis* aliique aliquot *venire*. *Lege, vænire*. *Sub hastam* *Claverius* et ex nostris *Patavinus*. *Sequentia* etiam male vulgo distinguuntur. *D. Heins.*

*Vænire sub hasta*] *Hasta* solemniter in auctionibus: ita *Eutropium* sub hasta vænisse, ut servum significet: noster de *iv. Honorii Consul*. 'non hasta refixas Vendit opes.' *Juvenal. Sat. III.* 'Præbere caput domina venale sub hasta:' quod in mancipiis factitatum prius: impia civium proscriptio etiam ad Senatorum prædia opesque distrahendas convertit. Hinc *Senec. Consol. ad Marciam*, cap. 20. 'hastam Consularia spolia vendentem:' imo, quod in libera civitate magis mirere, etiam ipsi patricii instar *Cappadocum* sic venundati: neque hasta figebatur, nisi magistratu imperante, imo præsentem: nam 'Curius Dentatus Cos. *Pollionis* adolescentis bona hastæ subjecit.' *Valer. lib. vi.*

cap. 3. 'ut et Scipio major procos. captivos:' apud eundem lib. v. c. 1. Origo, puto, ejus rei inde, quod census annuus exigeretur in foro hasta posita. Ovid. lib. i. de Ponto El. 5. Forte, quia præcipuum telum hasta. Fest. lib. viii. Et exacto magistratu citabantur ad rationem hastæ reddendam, Quæstores, Prætores, Consules. Senec. lib. de brevitate vitæ, cap. 11. 'infame lucrum hastæ' vocatur: ubi non, ut Lipsius, *supputaturo*, sed cum vulgata editione, *supputatio* legendum puto, perpende quæ de Cornebullo Prætorio scribit Tacit. lib. iiii. *Annal. Dempst.*

211 *Quid jure sepultum*] Non quod, Mazarinianus: *jure sepultum*, civiliter mortuum: quo primus Vaticanus et excerpta Pomponiana, pro *quid*. D. Heins.

*Jure sepultum*] Vide ad Panegyricum in iv. Consulatum Honorii. *Barth.*

*Jure sepultum*] Id est, mortuum civiliter, ut hi qui in potestate domini. *Claver.*

213 *Solio Cræsi*] Imperio, Regno. Horatius: 'Redditum Cyri solio Phraaten.' *Barth.*

214 *Eunucho fluere Pactolus et Hermus*] Poëtica abundantissimarum divitiarum circumlocutio. *Idem.*

215 *Attalus*] Rex Asiæ Pergami, qui populum Romanum ingentium opum heredem reliquit. Tantæ quidem hæ divitiæ fuerunt, ut mores totius Italiæ corruerint. *Idem.*

*Hæredem relinqui*] Attalus Philometor, Pergami rex, scripsit Pop. Rom. sibi successorem. Habes testamentum apud Flor. lib. ii. cap. 20. et lib. iiii. cap. 12. Et Patercul. lib. i. 'Attalo mortuo, a quo Asia Pop. Rom. hereditate relicta erat:' quia nempe Asia bello subacta, et Antiocho rapta, a Senatu ei donata est. Valer. lib. iv. c. 8. Horat. lib. ii. Od. 18. *Dempst.*

216 *Margine Tauri*] L. Scipio An-

tiochi regnum Tauro monte terminavit, dum Asiam provinciam faceret. Valer. lib. iv. cap. 1. fine. Tullius in Orat. pro Sextio: 'Antiochum illum magnum majores nostri, magna belli contentione, terra marique superatum, intra montem Taurum regnare jusserunt: Asiam, qua illum mulctarunt, Attalo, ut is regnaret, condonaverunt:' ob id partem regni illi concessam scribit Flor. lib. ii. c. 8. fine. Et hinc *Taurum* arbitrum nationum vocat Plin. lib. v. cap. 27. nam 'arbiter populi lapis,' apud Senec. est terminus: hic *frigidus* est Tibull. lib. i. El. 7. v. 16. *inhospitalis* Sen. Hippolyto, act. i. sc. 2. *Dempst.*

217 *Indomitos Isauros*] Nota Isaurorum perpetua latrocinia. *Barth.*

*Egit Isauros*] Isaurus arx Ciliciæ, domita a P. Servilio, qui ob id *Isauricus* dictus. Flor. lib. iiii. cap. 6. Puto hunc locum integrum effectum ex Senec. lib. i. de Clement. cap. 9. 'Paulusne te et Fabius Max. et Cossi et Servilii ferent, tantumque agmen nobilium, non inania nomina præferentium, sed eorum qui imaginibus suis decori sunt?' *Dempst.*

218 *Pharos*] Ægyptus, Alexandria Regnum. *Barth.*

220 *In mercem*] Palam ait cauponatum provincias Populi Romani. Supra: 'Institor Imperii, caupo famosus honorum.' Quomodo cauponari bellum Ennius: 'vitam cernamus utrique, Non cauponantes bellum, sed belligeranteis.' Mercem dicit de provinciis factam, ut Romam ipsam suis civibus L. Florus, l. iiii. 'Misera Respublica in exitium suum merces erat.' *Idem.*

*In mercem veniunt*] Cn. Pompeii Magni gesta adumbrat, quæ unico illo elogio continentur, et Africam ultimam provinciarum, mediterraneam Rom. Imperii factam. Plin. vii. 26. Porro hi versus consoni sunt cum illis Lucani, l. ii. 593. 'Dedita sacris Incerti Judæa Dei, mollisque Sophene: Ar-

menios, Cilicasque feros, Taurosque subegi.' *Dempst.*

222 *Struis*] Aggeris, et in cumulum congeris. *Barth.*

223 *Nubas ducasse*] Juvenalis: ' officium peragendum in colle Quirini. Quæ causa officii? Quid quæris? nubit amicus.' Tamquam de re notissima, quo pacto et hic impurissimam turpitudinem objicit clam Eutropio Claudianus. *Idem.*

226 *Foliis Arabes*] Odoratis videlicet foliis, quæ erant, et sunt nunc quoque, inter aromata. Ex his foliis faciebant unguentum quod *Foliatum* usurpabatur. Juvenalis, Sat. vi. pro pretiosissimo id habet: ' mœchis foliata parantur.' *Idem.*

227 *Sic urget egestas*] Scripti nonnulli *cogit* vel *coget*: ut apud Lucan. lib. III. ' Pacis ad exhaustæ spoliū nos cogit egestas.' Virgilio tamen, ' duris urgens in rebus egestas.' *D. Heins.*

228 *Ut velit Eutropii*] Hoc fecisse plurimos Suidas asserit, qui castraverint videlicet sese, Eutropio culmen Reipublicæ insidente, ut exsecti exsecto fierent simillimi, et ita gratiam ejus mererentur. Quo sane ambitionis scelere post homines natos vecordius nullum patratum existimo. *Barth.*

229 *Oblita sui*] Attonita velut et suarum oblita rerum, suæ dignitatis, exuta per avaritiam et potentiam sensibus. Sulpitius Severus, Dialogo III. iracundum hominem dicit sui oblivisci, ob afflictiones a Fortuna velut destitutum. *Idem.*

231 *Quid jam de Consule miror*] *Mirer* præstiterit, si assentiantur membranæ. *D. Heins.*

232 *Prodigium est quodcunque gerit*] Prior Leidensis, Farnes. et quintus Vat. delent *quod est*: eleganter: sic apud Ovidium, Met. vi. veteres libri: ' magnum quodcunque paravi, Quid sit adhuc dubito.' *Idem.*

*Pagina*] Scriptum omne vetus. A-

libi: ' Antiquos loquitur Musarum pagina Reges.' *Barth.*

*Lites Fæmineas*] Moribus enim introductum erat, ne mulier judicaret, aut officiis civilibus se immisceret. *Claver.*

233 *Fæmineas*] A mollitie enim, non sexu, quem prorsus tum nullam habebat, Eunuchum vocat fæminam. Sic *fæminea* omnia quæ viros dedecent. *Barth.*

234 *Forum*] Judicium, jurisdictionem. Juvenalis, Sat. II. Prosopopœia mulieris loquentis: ' Numquid nos agimus caussas, civilia jura Novimus, aut ullo strepitu fora vestra movemus?' *Idem.*

236 *Violare*] A rebus nuptis. Violari proprium dicitur virgo, cui pudor extorquetur. *Barth.*

*Portentaque monstis Aggerat*] Id est, accumulatur: sic scripti. Vulgo *aggregat*: infra lib. II. ' Cumulis immanibus aggerat undas.' Virgilio quoque usitatum id verbum: sequenti versu *aversa* pro *adversa* Lucens. Gerald. prim. Vatic. Isingrin. et undecim ex nostris. *Ignominia* etiam pro *Ignominia* *idem.* *D. Heins.*

237 *Secum petulans amentia certat*] Utrum videlicet amentior an petulantior sit omnis cupiditas et scelerositas hominis. Duo sunt vitia, quæ adversa fiunt, dum mens, ebria fortunæ favore, dubitat ntrum petulantius an stolidius vivat, licentia data per fas nefasque bacchandi. *Barth.*

238 *Erubuit Mavors*] Mista pudore iracundia, quorum adfectum uterque faciem colorat.

*Adversa que risit Enyo*] Gaudens simul ob turbas dandas, et opponens militarem aciem tam diræ injuriæ Romani nominis. *Barth.*

240 *Pharetra fulgens*] Nec Romana quidem arma tribuit Romano Consuli, sed qualibus etiam fæminæ antiquitus usæ. *Idem.*

242 *Getas*] Gothos auxiliarios, quos infidos, et omni occasione turbandæ

rei Romanæ intentos præfiguratur. *Barth.*

244 *Muris nulla fides*] Nemo iis tutus est. Nec constat, inquit, certa in munimentis, quamlibet firmis, salus. Populatus autem Gothorum intelligit Græciam vastantium. Ad Rufini necem, barbaros foventis, usum Eutropii opera Stilichonem scribit Zosimus: is vero cum eversi Rufini hæres factus esset, successibus tantarum rerum elatus, obvertit auctori suo cornua; cujus consiliis per Gaium, strenuissimum virum, post est submotus. *Idem.*

248 *Argei pabula siltris*] Lego Argeia. laude Serenæ: 'delectus equorum, Quos Phrygiæ matres, Argeaque pabula pastæ, Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt.' *D. Heins.*

250 *Flos Syriæ servit*] Hæc vera lectio, quam libri meliores exhibent, et Raphelengius secutus. Vulgo *Flos Syriæ fervet*: prim. Vatican. et alii non pauci, *Assyrius fervet spoliis*: frustra. Juvenal. Sat. v. 'tibi pocula cursor Gætulus dabit, aut nigri manus ossea servi. Flos Asiæ ante ipsum pretio majore paratus, Quam fuit et Tulli census pugnacis et Ancil.' Et sane in primo tertioque Vaticanis ac Oiselianis pro diversa lectione, *Flos Asiæ servit*: sic et *ὄσθος* Græcis. Plura hic Barthius; qui tamen perperam versum proxime præcedentem suspectum habet. *Idem.*

251 *Vertit fastidia prædæ*] *Vertunt* Lucens. Vatic. et duo alii, pro *vertuntur*; ut sæpe optimi Latinitatis auctores. Libro II. in Stilichonem: 'in legem rapiendi verterat usus: quomodo bene codex Pricæanus: vulgati *usum*. *Idem.*

252 *Servum mollemque*] Impuratum hominem, omnibus modis fædum et infamem. *Barth.*

*Servum pudebit*] Servi enim, ut est in Cod. Theod. pudoris dispendium

non possunt sustinere. *Claver.*

253 *Aut quid in hoc vultu poterit flagrare ruboris*] Perperam pudoris alii, cum *puderet* præcesserit: male etiam *superare* pro *flagrare* Gruterus ex Isingrini libro contra fidem aliorum omnium. Vulgatam recte tuetur ad Statium Gronovius ex illis Valerii Flacci: 'Flagrantesque genas vidit miserumque pudorem.' *D. Heins.*

*Vultu flagrare*] Sane qualem tu hactenus descripsisti. *Barth.*

254 *Pro victore*] Vice, nomine, Victoris. Pariter Claudiano Curtius lib. IV. 'Nam dubio adhuc pugnæ eventum pro victore se gessit, percultos deinde hostes fudit,' &c.

*Peditum vexilla*] Non enim dignatur equestri, ut videri vult, dignitate Eunuchum. *Barth.*

*Peditum vexilla sequuntur*] *Unum vex.* Lucens. et Gyraldinus. Aldus et tredecim scripti, *tunc cum*: neque aliter prim. Vaticanus pro diversa lectione, et excerpta Pomponiana. Junianus, cc. an *centum?* vel *comitum?* Probem etiam τὸ *unum*: ut *redit* pro *rediit* contracte dixerit, quod syllabam illam longam facit apud poetas: exempla passim obvia. Sed cum præter Aldum et codices jam dictos excerpta quoque Pomponii Læti, et Pricæanus, *tunc cum* exhibeant, idque ipsum primus Vaticanus quoque pro diversa lectione præferat, opinor a Claudiani manu esse, *truncum vexilla sequuntur*: sic eundem Eutropium *stipitem* quoque appellarat supra: 'Et nihil exhausto caperent e stipite luctri.' *Truncus* etiam, ut alludat ad truncata membra. Apud Terentium Heaut. convitia similia occurrunt, 'caudex,' 'stipes,' 'asinus,' 'plumbeus.' *D. Heins.*

255 *Turmæ similes*] Turma proprie manipulus Equitum.

*Eunuchorumque*] Per convitium ita militem Orientalem vocant, ut infra pluribus testatur, luxu ducum mirifi-

ce effœminatum: Eunuchorum autem titulo digni, qui sub Eunuchi vexillis militare potuerunt. *Barth.*

256 *Hellespontiæ legio dignissima signis*] Quæ militaret sub auspiciis Principis, quo duce gaudebant videlicet Eunuchi illi Orientales nocturnis bellis. Est opprobrium patientiæ muliebris: non aliter, insimulandæ ejusdem molliæ, Priapum Cassio Chæreæ signum militare dabat Caligula. Priapus autem Hellesponto peculiare Idololum. Sidonius: 'Hellespontiæ patrem Priapi.' *Idem.*

257 *Defensoremque*] Post bene rem pro Republica gestam hoc titulo honorabantur proceres Romani. *Idem.*

259 *Distendisse genas*] *Contendisse* primus tertiusque Vaticanus et Oisellianus. *D. Heins.*

260 *Tineas*] Calvam, a teredinibus et tineis exesam. Supra: 'turpes Exedere caput tineæ.' *Barth.*

262 *Ultra nequitiam fractis*] Molliæ suæ addens ploratum, quo magis etiam frangat vocem, alioquin effœminatam. *Nequitia* est amatoria mollietas. Ovidius: 'Ille ego nequitia Naso poëta meæ.'

*Fractis*] Extreme enervatis. Petronius Bello Civili: 'In Venerem fregere viros.' *Barth.*

*Ultra nequitiam fractis*] *Fictis* prima ed. Gyrard. et unus ex nostris: male. sic apud Juvenal. 'fracta voce loquendi Libertas.' Quintilian. 'Non enim puerum fœminea vocis exilitate frangi volo.' Apuleius, Met. VIII. de Cinædis: 'qui statim exsultantes in gaudium, fracta, rauca, et effœminata voce clamores absonos intollunt.' Minucius Octavio: 'Adhuc annis innocentibus et adhuc dimidiata verba tentantibus, loquelam ipso offensantis linguæ fragmine dulciorem.' Statius quoque Epicedio Glauciæ 'verba refringere' de infanti dixit. 'Molles et infracti cantus' apud Senec. Ep. 90. Ennodius Epigrammatis: 'Improbe,

quid fractis confundis singula verbis?'

D. Hieronymus in Epitaphio Paulæ:

'Paulam audierat in cunis et crepitaculis balbutiente lingua alleluia cantare, aviæque et amitæ nomina dimidiatis verbis frangere.' Arnobius,

l. IV. 'crepitaculis obticuit auditis in cunis jacens, et vocibus delinitus est infractis.' Lucretius, lib. V. 'Nec crepitacula eis opus sunt, nec cuiquam adhibenda est Almæ nutricis blanda atque infracta loquela.'

Marcianus Capella, l. IX. 'Mars eminus conspicatus, teneræ cum admirationis obtutu languidiore, fractior voce col-

laudat.' Aulus Gellius, III. 5. 'nam cum vocem ejus infractam capillumque arte compositum et oculos ludibundos videret.' D. Ambrosius de Officiis:

'Vox ipsa non remissa, non fracta, nihil fœmineum sonans.' Apud Xiphilinum in Heliogabalo *φωνή κεκλασμένη* dicitur. Isidorus lib. II. de Officiis, c. 12. 'vox lectoris simplex erit, plena spiritu virili, non fracta, nec tenera, nihilque fœmineum sonans.'

Sulpicius Servastus de Cupiditate in Catalectis Pithæi: 'Romani sermonis egens, ridendaque verba

Frangit ad horribicos turbida lingua sonos.' Avienus, Fab. XVII. 'Illa gemens, fractoque loqui vix murmure cœpit.'

Fractum dicebant quicquid molle: hinc et apud Persium 'patranti fractus ocello.' Hor. lib. III. Od. 6. 'Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, et frangitur artubus.'

Sic enim optime in vetustissimis membranis: vulgo *frangitur artibus*. Miror ejus verbi elegantiam interpretibus non intellectam, quo mimicum illum et resolutum incessum expressit. Petron.

'fractique enervi corpore gressus.' Prudent. Psychomach. 'Sericæ in fractis fluitent ut pallia membris.'

D. Hieronymus ad Rusticum: 'Qui gradum mollius incedendo frangunt, tanquam ferrent sacra Junonis.'

Sulpicius Lupercus in Catalectis Pi-



thæi: 'in ventrem propulso pondere tergum Frangitur.' Hinc et *frangere sexum* pro castrare, Statio coma Eairini. Idem Epicedio in Patrem: 'lituos audire volentem Æaciden alio frangebat carmine Chiron.' Cyprianus, Epist. I. 'Evirantur mares, honor omnis et vigor sexus enervati corporis dedecore mollitur: plusque illic placet, quisquis virum in fœminam fregerit.' Epist. 61. 'docens quemadmodum masculus in fœminam frangatur, et sexus arte mutetur, et diabolo divinum plasma maculanti per corrupti atque enervati corporis delicta placeatur.' Plura hic Barthius. Sic et *fractus ardor* apud Ovidium Metam. VII. quæ vera lectio: 'Et jam fortis erat fractusque resederat ardor.' Plura de *frangendi* verbo Epistola ad Hadrian.

263 *Sororem*] Ambiguum per sororem germanam aut consanguineam, an uxorem dicat Eunuchi; uxorem quidem aperte illi assignat, et a sorore ita disjungit, ut una tamen persona pareat. *Barth.*

266 *Mergique fretis*] Devovens caput suum ad fidem dictis faciendam, alludit simul pœnam portentorum, quæ mari solebant mergi. *Idem.*

267 *Utinam*] Tum enim infelicitas portenti in caput ejus fuerit a Republica aversa. *Idem.*

269 *Arida*] Siticulosa. *Idem.*

271 *Quid te, turpissime, bellis*] Prior Moreti et duo Florentini cum Palatino et Farnesiano, *turpissima*: optime. Sic et de eodem Eutropio præfat. I. II. vetus liber: 'Pervigilant vates nec miseranda tui.' 'Cæcam Sibyllam' et 'vetulam vulpem' et 'trabeatam anum' eundem sic vocat. Pathicos enim aut castratos fœminino nomine compellabant ignominiose. qua de re ad Senecam plura Gronovius. De Gallis Ovidius Epist. Cænon. 'Quæque sub Idæo tympana colle movent.' Frustra *Quique* reponunt; ubi plura. Vide et infra, quæ notamus hoc libro,

vs. 339. *D. Heins.*

272 *Sævis campis*] *Sævi campi* in potioribus scriptis: vidit Barthius. *Idem.*

273 *Alterius Minervæ*] Quæ videlicet telis et lana operari consueta, et talium opificiorum præses. *Barth.*

274 *Tu stamina nosse*] *Nesse* vel sine libris legendum. Ovid. II. Fast. 'Sic sedit, sic culta fuit, sic stamina nevit.' Virgil. in Ciri: 'Nulla colum nevit, carum nec respicit aurum:' ubi pari modo in vulgatis peccatum. nec rectius *nubit* vir maximus. Justinus, I. I. 'Invenit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem.' Nasoni verbum illud non uno loco restitui. Adeantur quæ secundis curis notamus in Ibin, v. 74. *Tu stamina Serum* pro diversa lectione quintus Vaticanus. *D. Heins.*

275 *Urgere puellas*] Officium Eunuchorum in Gynæceis. *Barth.*

276 *Et niveam dominæ pensis involvere lanam*] Scripti plerique *vinctam*: quomodo et prim. Vaticanus pro diversa lectione. In aliis, *victam* vel *junctam*. Putavi aliquando a Claudiano esse *Atque unctam*. Lanam ungi adhuc in usu. Infra I. II. 'doctissimus artis Quondam lanificæ, moderator pectinis uncti:' ita veterrimi libri, non *uncti*: *pinguia vellera* ibidem vocat. Apud Martialem quoque codices minus interpolati constanter legunt: 'Sic interpositus villo contaminat uncto Urbica Lingonicus Tyriantina bardocucullus.' Unguine enim splendorem villo conciliabant, atque ita Tyriantina adulterata venditabant. Mira illic comminiscuntur interpretes. Hæc olim. Cæterum cum in uno Mediceo, atque Ambrosiano invenerim *tinctam lanam*, idque diversa scriptura alterius Oxoniensis confirmet, cum Pricæano, vix dubito nunc id amplectendum esse. 'Bis tinctæ murice lanæ' passim apud poëtas occurrunt: noster ipse libro II. in Stilichonem: 'tincta simul repe-

tito murice fila Contulimus pensis.' *D. Heins.*

277 *Vel si sacra placent]* Si tela pr. Vatic. pro diversa lectione. *Idem.*

*Cybelem]* Cujus sacris destinati semiviri. Arnobius, l. v. &c. *Barth.*

278 *Celænæos]* Phrygios. Urbs Phrygiæ notissima Celænæ, ubi matris Magnæ furiosa sacra continue celebrabantur. Martial. l. iv. Epig. 44. *Idem.*

279 *Illidere pinu]* Gyrald. *allidere:* ut alibi, 'In latus allisis clypeis.' *D. Heins.*

*Pinu]* Statius, l. x. 'quatit ille sacras in pectora pinus, Sanguineosque rotat crines.' *Barth.*

280 *Inguinis et reliquum Phrygiis]* Juvenalis. Sat. II. 'Quid tamen expectant Phrygio quos tempus erat jam More supervacuam cultris abscindere partem.' Turneb. l. XXIX. Adv. c. 5. *Idem.*

*Abscindere cultris]* *Abscindere* Oiselianus et decem alii. *D. Heins.*

281 *Arma relinque viris]* Ab armis enim excludendi omnes qui ad curam muliebrium negotiorum spectant. *Barth.*

282 *Fratres]* Vides molimina sceleratæ belluæ. *Idem.*

284 *Conciliare decet]* Ars enim lenonum et lenarum amantium paria facere, quæstus sui gratia. *Conciliare* peculiare ei negotio verbum. Festus: 'Conciliatrix dicitur quæ viris conciliat uxoreis et uxoribus viros.'

*Annum]* Consulatum. *Barth.*

285 *Flagitet Eutropius]* Non *Flagitat* libri. *D. Heins.*

287 *Exactu]* Hactenus a principio suo acta. *Barth.*

288 *Labor ævi]* Labor ævi pro ipso ævo est positus, quod omnis in eo degens vita humana perpetuus sit labor. 'Vita enim humana perpes est labor.' Unde 'catenatos labores' vocat Ausonius, alterum videlicet ex altero pendentem, nec solubilem um-

quam aut terminabilem totam seriem. *Idem.*

289 *Œdipodes matrem]* Notissimæ sunt fabulæ, et ridiculus post tot alios in aggerendis repetendisque labor. *Idem.*

290 *Cantantur]* Ita veteres nonnulli: in vulgatis *Cantatur.* *D. Heins.*

*Peperit fratres Jocasta marito]* Erat enim et ipsius mater. *Barth.*

291 *Pelopæa sibi]* Ex parente enim peperit suo Ægisthum. *Idem.*

292 *Erechthei]* Atheniensis. Vide Pausaniam. *Idem.*

295 *Elevat hunc pluma]* In avem nimirum. *Idem.*

*Elevat hunc pluma]* Sic scripti: vidit Barthius. Sequenti versu *nusquam* pro *nunquam* tres codices: et *hanc* pro *hunc* semper Aldus et Florent. S. Marci. Pro *arbore figit*, membrana pleræque *figit*. Forte *cingit*: ut apud Ovid. 'cinguntur tenni præcordia libro.' *Eunuchis* pro *eunuchis*, ut respondeat τῶν *virorum*: tres libri. *Scylla novos mutata canes* primus Vaticanus, non *mirata* etiam Oiselianus: mox *eunuchi scelus est*, non *eunuchis* præstantiores. *D. Heins.*

298 *Eunuchi scelus est]* Contaminantur enim tactu semimarium virilia omnia munia et negotia. *Barth.*

300 *Quam pulcher conspectus erat]* Melius *pulchre* scripti. Sequenti versu pro *onerante*, legendum *onerare*, vel quod malim, *ornare*, ne bis idem dicat; quod et de simia quæ sequuntur confirmant. Utrumque in membranis extat potioribus. *Tenderet ornare* eleganter: vide quæ supra noto vs. 13. Pro *gravatus* ex conjectura *gravatos* repono: *artus exsanguis* et *cinctu gravatos* conjungit: *cinctum* etiam probe Junianus: duo Gallicani *cinctus*; minus bene. Sic *gravari tecta* Statio Hercule Surrentino: '*masta pedem Terræ gravantur*' Senec. Thyest. quæ vera illic lectio: 'abrumpunt vitam lucemque gravantur' Silio, lib.

11. Statius Achill. 'longa sagaci Nox Ithaco: lucemque cupit, somnosque gravatur.' Male vulgo *somnoque*, et contra sensum. Idem Theb. VIII. 'Nos tantum portare negas? nos, Diva, gravaris?' Apud Lucan. lib. v. 'regnum injusta gravari:' et lib. VII. 'dominos gravari.' Sic apud Græcos τὸ βαρύνεσθαι quartum etiam casum nonnunquam regit. Adeantur quæ ad Statii Sylvas et post hæc scripta ad Senecæ Thyesten. vs. 160. erudite, ut solet, Gronovius observavit. *D. Heins.*

*Conspectus]* Conspectu ipso venerabilis, clarus. *Barth.*

301 *Onerare toga]* Tum macilentos, exesos, tenues, infirmos, ut vix possint onus togæ unius ferre. *Idem.*

*Onerare]* Non ornare, aut onerante toga. Sic Juvenal. 'Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ:' quæ viri delicatuli indicia. Infra dicit Claud. 'Onerique vel ipsa Serica.' Petron. 'Oneratas veste cervices;' dicit alibi: 'Tendit hyems vestire gelu:' ut hic *Tenderet onerare*. Sic apud Martialem Argonautæ illi juvenes dicuntur, 'Resina Venetoque pigriores,' id est, resinata juvenus, quæ sudat sub ponderibus lacernarum, atque ob id pigrior est. *Claver.*

302 *Indutoque senex]* Sic Isingrin. prim. Vatic. et octo alii: vulgo minus bene *Inductoque*; de vestitu enim agit. *D. Heins.*

*Induto]* Trabeam Consularem, auro gravem, intelligit.

*Obscærior]* Male ominosior. Sævior. *Barth.*

303 *Simius]* Turpes imitationes hujus bestię moribus adscribunt. Induebantur habitu tali per ludibrium simiæ, ut nunc quoque a circulatoribus, ad ridiculum faciendum. Martialis, lib. XIV. 'Gallia Santonico vestit te Bardocucullo, Cercopithecorum penula nuper erat.' *Idem.*

304 *Quem puer arridens]* *Irridens* puto. *D. Heins.*

308 *Candida Curia]* Senatus nova vestimenta honori novi Consulis sumens. Uti festis diebus puram sumebant vestem. *Barth.*

309 *Forsitan et dominis]* Ita Gyrald. aliique nonnulli: quomodo et Cl. Gronovius in Observationibus legendum conjecit. Idem tamen viri summi Henrici Valesii conjecturam nunc præfert post τὸ dominus, quæ vulgata lectio, distinguentis: sed rectius erit *Forsitan et domini*. Dominorum enim Eutropii passim meminit. et hoc magis ignominiosum. Abundantium et Arinthæum innuit. *D. Heins.*

310 *Libertatemque daturus]* More novorum Consulium, uti omniis optimi gratia primus eorum actus esset collatio libertatis. *Barth.*

315 *Enevatus]* Exsectus. *Idem.*

316 *Reptet]* Non *Reptat* unus Med. *D. Heins.*

*Reptat]* Tarditatem senilem exprimit. *Barth.*

*Referens oracula]* Priusquam Theodosius contra Eugenium copias educeret, misit Eutropium in Ægyptum, ad Johannem quendam virum pium, qui antea cladem Maximi tyranni prædixerat. Is vero declaravit non sine multo sanguine ac sudore victoriam Theodosio parari; pauloque post eum in Italia obiturum: quod et contigit. *Claver.*

318 *Nomen]* Titulum Eunnuchi.

*Insanum]* Magnum, absonum, ingens, horrendum.

*Proclamat]* Ut rebus tristibus. *Barth.*

322 *Imperat hic sexus]* Pariter imperasse fœminas, non spadones, memorat Curtius, lib. X. *Idem.*

323 *Probatum]* Scriptis fide dignis memoratur. *Idem.*

324 *Eunuchi, &c.]* Aristoteles dicitur apud Lucianum adeo miratus fuisse regem quemdam Eunuchum, ut illi perinde atque Diis sacra faceret. *Claver.*

327 *Intrat Phœbus]* Vide ad pri-

mum de Raptu. Intelligit autem Sibyllas, et Delphicas vates, oracula reddere consuetas. *Barth.*

328 *Trojanam Minervam*] Palladium. *Idem.*

*Trojanam sola Minervam*] Ex Lucani lib. 1. mutuatus: 'Vestalemque chorum duxit vittata sacerdos, Trojanam soli cui fas vidisse Minervam.' *D. Heins.*

329 *Flammasque tuetur*] Sub castigatione immitium flagrorum. Julius Obsequens, de Prodigis, cap. 6. Macrobius 1. Saturnal. c. 12. *Barth.*

330 *Semperque prophani*] Nullis mysteriis admissi. *Idem.*

*Semperque profani*] Diocles in Dialogo Luciani, ait, iniquum esse, ut Eunuchus philosophiæ professionem ambiat; quum ab ipsis etiam sacris ac vasis puris eum secludi oporteat. *Claver.*

331 *Ad fructum mulier*] Nimirum sobolis. *Barth.*

332 *Hoc genus*] Eunuchi ad servitium facti, suntque ut sæpe abjectis moribus, τὸ ἄρβην ἡγεμονικώτερον, ait Arist. *Claver.*

333 *Danai fugere*] Exemplo autem Semiramidis et Amazonum muliebri Imperio tuendo usus est etiam Cæsar. *Barth.*

335 *Centum portis Babylona superbam*] Relatus muliebris hic labor inter miracula mundi. *Idem.*

337 *Tulit*] Vel gessit vel passus est. *Idem.*

*Condidit urbes*] Sic meliores; probe: nam τὸ ἀρβες præcessit. *D. Heins.*

339 *Hos fecere manus*] Unus Med. *Has*: eleganter. Supra vs. 271. diximus: et sic forte mox legendum: *Has sibi conjunxit similes.* *D. Heins.*

*Semiramis*] Ammianus, libro XIV. *Barth.*

340 *Mentita virum*] Vide Justinum. *Vocis acutæ*] Eunuchorum talis. Alexander Aphrodisæus, Problem. IX. *Barth.*

342 *Parthica*] *Persica.* Persæ enim

et Parthi iidem sunt, his ab illis in ditionem acceptis. *Idem.*

*Parthica ferro*] *Parthia* scripti: sic *Parthia velat Tigris* initio Raptus unus Mediceus. *Galliæ mulieres* Salustio apud Nonium, et *Græcia luxuria* Trebellio Pollioni vita Herodis Tyranni; ut quidem veteres libri. *Scythius* pro *Scythicus*, et *Italiæ oræ* pro *Italica*, non uno loco apud Nasonem in vetustis membranis. *D. Heins.*

343 *Nasci lanuginis umbram*] Imberbes enim Eunuchi. *Barth.*

344 *Servatoque diu*] Ne exolesceret pueritia succedente virili barba.

*Puerili flore*] Non maturescente corpore, sed flore perpetuo vel manente. Martialis lib. IV. Epigr. 45. *Barth.*

345 *Arte retardatam Veneri servire juventam*] Petronius: 'Persarum ritu male pubescentibus annis Surripuere viros, excisæque viscera ferro In Venerem fregere,' &c. *Idem.*

346 *Fama prius falso similis*] *Falsa* lego: quanquam in contraria euntibus membranis. Pari modo apud Nasonem in Fastis castigavimus, 'Vita feræ similis.' *D. Heins.*

348 *Veluti nigrantibus alis*] Sicut scripti plerique. Puto ut si. *Idem.*

349 *Corvo certante ligustris*] Duo corvi albi non diu est cum in nostris his regionibus fuere, infinitis hominibus conspecti, nec jam pro ullo miraculo. *Barth.*

352 *Jam testudo volat*] Absurdus aliis narrationibus, quæ fingi facile possint, elevat fidem præsentis. *Idem.*

353 *Prona petunt retro fluvii vada*] *Juga* meliores membranæ constanter: quomodo ad Statium Gronovius noster jam correxit, cap. 30. *D. Heins.*

*Prona petunt retro fluvii vada*] Naturæ contrariorum hoc vel primum memoratur. *Barth.*

354 *Armenii texere diem*] Unus Mediceus et Petavianus *Carminii*. Rottendorphianus *Arminii*. Pricæanus *Quarmenii*. Lucens. *Germani*.

Scribe *Carmani*. Καρμανία χώρα τῆς Ἰνδικῆς Stephano de Urbibus. Noster laude Serenæ, ubi Hispaniam alloquitur, apposite: 'primo levat æquore solem India, tu fessa exacta luce jugales Proluis.' Periegetes optime ad rem. Ἡ τοι μὲν παρὰ χεῦμα τὸ Περσικὸν Ὠκεανοῖς Καρμανοὶ ναλοῦσιν, ὑπ' ἡελίῳ ἀνιόντι. Quæ Avienus descriptione Orbis sic vertit: 'Sed qua cæruleam sinus infert Persicus undam, Gens Carmanorum late colit: hanc facis ortus Urit Phœbea: tanto quoque funditur agro, Ut simul et glauci contingat gurgitis æstum, Et procal internæ perreptet jugera terræ:' ubi tamen antiquus codex, *Ut sinus et glauci*; ut de sinu Persico non Carmanis duo postremi versus intelligantur. Priscianus Periegesi: 'Respice nunc reliquas Asiæ sub finibus oras Persidis ad pontum, Carmani solis ab ortu:' ita distingue. *D. Heins.*

*Jam frugibus aptum Æquor*] Factum hoc quomodo noster memorat in descriptione Nili. *Barth.*

355 *Æquor, et assuetum*] Lucens. Gyrald. et viginti alii cum prima editione *advectum*. Prior Leid. *aductum*. Reg. *adductum*: prior Moreti *adjunctum*. *D. Heins.*

356 *Inane*] Extra veritatem rei. Inane vero, vivo opponitur. Ut vacui averni, fictitii, et vivorum expertes. *Barth.*

357 *Nutrit Judaïcis quæ pingitur India velis*] Multa pro hac lectione disputant doctissimus Barthius et Vir summus Johannes Seldenus de Jure Naturali secundum Hebræos, lib. II. 9. Nec me præterit *Judaïcas* quoque *capsas* pro Orientalibus posuisse Marcellum Carmine de Medicina: 'Vel quæ Judaïcis fragrant bene condita capsis, Thus, costum, folium, myrrham.' Accedo tamen illis potius, qui locum corruptum censent. Hujoni quidem Grotio, cujus viri sancta nobis Batavis esse debet memoria,

*Lydiacis* legendum videbatur; *texta* enim *Lydia* notissima: mihi *Niliacis* jam olim placuit; nec mediocriter lætatus sum, cum Lilio Gyraldo id ipsum quoque in mentem venisse deprehendi. Sic nimirum scribendum videri in ora codicis sui notarat: ut vela Alexandrina Claudianus intelligat; quem patriæ suæ libenter admodum meminisse passim deprehendas; ut vel hinc Ægyptium fuisse suspicari possis, si argumenta validiora desint, quibus id evincatur. Patavinus certe liber *Indiacis*. *Nilum* autem et *Indum* alibi quoque in antiquis codicibus confundi apud nostrum animadverti. Alexandrinos varia monstra variasque belluas velis suis intexnisse Plauti locus docet Pseudolo Act. I. sc. 2. 'Ita ego vestra latera loris faciam ut valde varia sint: Ut ne peristromata quidem æque picta sint Campanica, Neque Alexandrina belluata conchylata tapetia.' Martial. 'victa est Pectine Niliaco jam Babylonis acus.' Cæterum pro *Niliacis velis* opinor reponi debere, *telis*: ita enim frequenter poëtæ pro tapetibus. In primo Vaticano *Judaïcis* legebatur quidem, sed sic ut una litera initio vocis videatur erasa esse, spatio brevi relicto: pro prima quoque litera *i* alia litera manu priore exstiterat, ut puto *a*: quintus Vaticanus *Indaicis*. Forte: 'quicquid inane Nutrit, in Attalicis quæ pingitur India telis:' 'aulæa Attalica' apud Propertium, et 'torus Attalicus' et 'vestes Attalicæ,' 'Attalica peripetasmata' apud Ciceronem VI. Verrina: apud Propertium quoque libro I. Eleg. 14. videtur scribendum: 'Quid prosint Phariis serica textilibus?' Etsi *variis* auctoritate Plautini loci defendi possit: *varium* enim versicolor, *πολύχρωμον* Græcis; quod præcessit proxime *cocteis homines junctos* Barthio suspectum est mendi. *D. Heins.*

*Nutrit*] Alit, pascit, habet.



*Judaïcis quæ pingitur India velis*] Aulæa dicit Judaïca, quibus miræ formæ expressæ Indicorum monstrorum. Vel et Ægyptia tapetia Judaïca appellavit Claudianus, ut easdem species post idem auctor a Nilo petitas scribit. Alexandrina autem tapetia celebra. Aulæis autem talibus mirandæ species impingebantur, unde *belluata* Plautus dixit. *Barthius*.

358 *Mixtis salibus*] Quæ hinc sequuntur Veneris verba sunt, ambigue prolata, ut videantur communia, in sinu autem meras lascivias gerunt, quas obiter modo tangemus. Sic vero et levioris ingenii hominibus displicuisse tamen omnibus hos ait Eutropij conatus. *Idem*.

359 *In pectore*] Obscœnissime dictum.

*Magnum*] Plautus Casina: 'ita quicquid erat grande erat.' *Barth*.

360 *Nora*] Instar libidinosissimarum mulierum.

*Grandia*] Sesquipedali suo notus Martialis. *Barth*.

362 *Timet*] Non timet quia cupit.

*A tergo*] Nefarie.

*Undique*] Ne quid inexpertum frustra moriturus relinquat, ut de paris flagitiositatis muliere Ausonius scribit.

*Curis*] Amoribus. Propertius, libro III. 'Crescit enim adsidue spectando Cura puellam, Ipse alimenta sibi maxima præbet Amor.' *Barth*.

363 *Patet*] Turpissimum.

*Facilis*] Ad scelestam nequitiam. Horatius: 'parabilem amo Venerem, facilemque.'

*Moveri*] Etiam hoc scelestum. *Barthius*.

364 *Mollissimus ira*] Hæc dictio etsi clementiam designare videtur, tamen aceto diluta est: quid enim Eunucho mollius? Ut sit, imperium inchoantibus utilis est, ut ait Tacit. clementiæ fama; atque initia magistratum fere meliora, sed finis incli-

nat, &c. *Claver*.

365 *Nil negat*] Martialis: 'Negare jussi, pernegare non jussi.' *Barth*.

366 *Quodlibet ingenio*] *Quidlibet* cum nonnullis scriptis legendum. Pro *traditque fruendum*, alii *truditque nocendum* vel *nefandum*. Multa in hisce salibus corrupta: *ingenio subicit* non *subigit* prim. et tert. Vatic. aliique multi. *D. Heins*.

*Tradit*] Dare inter Veneris vocabula.

*Fruendum*] Hæc vox ad Amoris effectum pertinet, quo frui ætatula, frui temporis sui jucundissima parte, opinabantur. Petronius: 'fruoque votis Usque ad invidiam felicibus.' *Barth*.

367 *Quicquid amas, dabit illa manus*] *Dabit ille manus* argute et vere noster Gronovius: sic apud Valerium Flacum, lib. I. non longe ab initio scribendum: 'Hanc mihi militiam veterum quæ pulchrior actis, Annue, daque manum:' cum *daque animum* perperam nunc legatur. Paulo post *meritumque laborum* videtur scribendum, non *meritoque*: accipit trabeas meritum laborum. *D. Heins*.

*Manus*] Hæc quoque vox *ἄφρον* quid denotat. *Barth*.

368 *Officio*] Hoc quoque turpe.

*Gaudetque*] Gaudia sunt quæ propinat Amor effectum. Horatius, l. III. Od. 6. 'nec eligit Cui donet impermissa raptim Gaudia.'

369 *Hoc quoque consiliis*] V. Cl. Albertus Rubenius optime vidit emendandum *conciliis*, quæ ambigua vox, ut lenocinium illi objiciat. Conciliatores enim iidem lenonibus. Glosæ Stephani, *conciliator*, *συμβιβαστής*. Noster infra: 'Te magis, ah demens, veterem si respicis artem, Conciliare decet.' Ovidius: 'Non me nupsisti conciliante seni.' Lib. I. Met. 'Hoc mihi concilium tecum dixisse manebit.' Sic corrigendum: nam scripti *consilium*. Vulgo *colloquium*.

371 *Vulgarit Eoum*] *Vulgarat Junianus*: pro *Romani doloris*, quatuor scripti *laboris*: ut bello Gild, 'Romanusque labor Pompeianique triumphi.' *D. Heins.*

373 *Etiam*] Post tot mala monstra edomita. Noti tyranni a Theodosio debellati, notus et Rufini furor.

*Nostra dignabimur ira*] Velut inferior sit motu ejus. *Barth.*

375 *Rapit*] Celeritatem summam hæc vox infert. *Idem.*

*Rapit cæli per inania cursum*] *Celerem per inania cursum* rectius pro diversa lectione primus Vaticanus: sic apud Nasonem lib. II. Met. 'celeri raptos per inania vento Imposuit cælo.' *D. Heins.*

377 *Sui rectoris*] Stilichonem dicit. *Barth.*

*Forte decorus*] *Fronte Unus Ambros*, et Florent. Mox pro *Caycis* Scaliger conjiciebat *Cheruscis*. Gyrald. et Lucens. antiquissimi *Caucis*: prim. Vatic. alique multi *Chaucis*. *Lege Caucis*: sic et *Suëvos* pro *Suëvis* dicebant. Apud Lucanum quoque scribendum puto, 'crinigeros bellis arcere Caucos:' nam libri veteres *Caycos*. Græcis modo *Καύχοι*, modo *Καῦκοι*, modo etiam *Χαῦκοι*. apud Latinos etiam scripti codices sibi non constant. *D. Heins.*

381 *His tribuit reges*] Ita jam viri docti scribendum monuerunt. prisca exemplaria confirmant. *τὸ leges præcesserat*. nummus Hadriani, *REX PARTHIS DATUS*. Exempla multa in *Historia Augusta* alibique. *Idem.*

383 *Detonsa Sycambria*] In signum victoriæ Romanæ. Nam Sycambri alioquin magni æstimabant comati esse. *Barth.*

384 *Læta subit Romam pietas*] Ad spectu unicæ suæ curæ Honorii, sub præsidio Stilichonis. *Idem.*

386 *Defensante*] Per intervalla, non enim adhuc est firma defensio. *Idem.*

388 *Dominumque ferarum*] Leoni

enim in has dominium adscribitur. *Idem.*

390 *Nebulam*] Qua tecta erat, ut Dea. Dii enim nebulis et nubibus amicti inducebantur. Horatius: 'Nube candenteis humeros amictus Augur Apollo.'

*Ingens*] Ut maxima erat. Majus hoc est, quam si maximam dixisset. Lucretius: 'Maxima quæ vidit quisque, hæc ingentia fingit.' *Barth.*

392 *Non longinqua*] Gyrald. *nos: τὸ longinqua* cum *Tethys* construendum. *D. Heins.*

*Longinqua*] Non de longinquo accersenda. Omnia hæc facinora Stilichonis superioribus libris non semel recensuit. *Barth.*

398 *Toto corpore*] Gloriatur hoc fieri jam in Pæane Gildonico. *Idem.*

399 *Gildonis taceo*] Ergo jam victo Gildone scripti hi libri: quem tamen ab Eutropio instigatum aperte scribit Zosimus.

*Receptam Perfidiam*] Ultam, dejectam. Mira locutio. Sic *receptam* a Rege Tarquinio Romam dicit Manilius, pro subacta, lib. I. *Barth.*

400 *Eoo robore*] Quia Arcadii illam partibus adscribere Eutropius volebat, ut bellum inter fratres sereret: id quod metu Stilichonis solum adactus concupivit, ne ab eo puniretur ob turbatas res. *Idem.*

401 *Quæ suscepta fames*] *Quæ suspecta* Isingr. Gyrald. et quindecim alii: totidem *Quam suspecta*: quod verum. Petav. *Quæ sustenta*; etiam bene. *Pensassent* pro *pensasset* Junian. *D. Heins.*

404 *Invectæ Rhodani*] Prim. Vat. et duodecim alii *Rhodano*: probe. *Rhodanum* Pricæanus. *Idem.*

*Rhodano*] Annona Gallica. *Barth.*

405 *Cinysiis*] Africanis. *Idem.*

410 *Tabraca*] Ad quam periit Gildo. Hi autem tres libri (utique enim tot fuerunt), velut de re præsentem in scena loquuntur; et eo fine sunt scripti, ut totam Eutropii Historiam

deducere; sine nunc nobis amisso. Quare primus liber de honore, secundus de dejectione loquitur, tertius pœnam habuit monstri, et laudem ultoris. Suntque uno omnes tempore scripti. *Barth.*

412 *Ecce recens*] *Repens* Gyrald. Lucens. et prim. Vatic. sic *repens clamor* bello Get. et *repens fragor* alibi: frequens hoc peccatum apud alios etiam scriptores. Mox *clades*, ab *eisdem partibus* unus *Mediceus* aliquanto rotundius. *D. Heins.*

415 *Arsacio*] Parthorum mores dicit corrupisse Romanam gravitatem. Juvenalis eleganter: 'Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes.' *Barth.*

417 *Vestique*] Curam vestium regiarum Eunuchis datam ex Corippo supra notatum. Vestiarum, Vestispices, noti in famulitiis Procerum. *Idem.*

418 *Adhibere silentia somno*] Exemplum ille in Eunucho Terentii, hunc in finem emtus, et virgini custodiendæ traditus. Silentiarium, locus peculiaris Palatii Imperatorii, et silentiarum milites, Custodes Quietis Augustæ. *Transgressa*, vel *Progressa cubili*, eleganter dictum, velut affigentis cubilibus omnem usum Eunuchorum. De cætero ait nec tantam etiam hactenus Eunuchorum fuisse existimationem, ut ullo pacto in vita fides, aut in honore ullo fidelitas eorum, vel in officio requiretur opera; sed eos neglectissime habitos, ut a quibus omnino metuendum nihil fuerit, propter inertiam et mollitiam, quæ cubilibus eviratos affigebant. *Tutum mentis pignus inertia; non enim poterant quicquam moliri nec ad vitam splendentem eniti, ab omnibus contempti: et mentis pignus dicit fidelitatem Eunucho debitam. Idem.*

419 *Transgressa cubile*] Hæc innunt Eutropium fuisse πρόκοιτρον, ut Suidas loquitur. Imo fuit Præpositus sacri cubiculi. *Claver.*

*Progressa cubili*] Sic Oxoniensis et

Oiselianus: alii omnes *cubile*; nisi quod *transgressa* primus Med. sec. Vatican. et Palatinus: ut alibi, 'fulvas animo transgressa lænas.' *D. Heins.*

420 *Sed inertia tantum*] Isingrin. prim. Vatic. et Florent. S. Marci, cum Pricæano, *tutum*: recte. Patavin. Eccl. Cathed. *rarum. Idem.*

422 *A fronte recedant*] A gubernaculo, prora. Prora enim dicitur frons, cum nihil sit frequentius quam res navigiorum Curis Imperii adsimilare. *Barth.*

*A fronte recedant Imperii*] Duo ex nostris et Delrianus, a *sorte*: sic *sors imperii* apud Ovidium in Fastis: 'Sed memor imperii sortem consistere in illis.' *D. Heins.*

423 *Tenero*] Muliebri, et curis muliebribus destinato. *Barth.*

424 *Publica majestas*] Auctoritas gubernandæ Reipublicæ. Est in voce *Majestatis* ultra humanam communem sortem aliquid, paullo appellatione divinitatis inferius. *Idem.*

425 *Vidimus Eunuchi clavo parere magistri*] *Clavo magistro*, prim. Vatic. *D. Heins.*

426 *Nos adeo sperni faciles*] Indignationis formula a contemptu. *Barth.*

427 *Auroram sane*] Ita cum Claverio et Delrio nostri potiores. Raphaelengius *Auroram certe*. Vulgo *Aurora certe est*. Patavin. *Auroram saltem*: quomodo et pro diversa lectione primus Vaticanus. Junianus etiam, *Gaudeat assuetas*: per appositionem, *Auroram urbes*: eleganter: dictum bello Gild. vs. 136. *D. Heins.*

428 *Assuetas sceptris muliebribus*] Jam inde a tempore Semiramidis Reginæ. Mollitiem regionum notat. *Barth.*

429 *Urunt*] Velut stigmatum mollitudinum. *Idem.*

433 *Quibus extitit*] *Quibus extitit malim. Idem.*

434 *Famæ contemtor Orontes*] Flavio Syriæ Syram luxuriam et molli-

tiem notat. *Barth.*

436 *Nunquam poscentibus*] Ait sola virtute eos Consulatu datos, et nolentes ei dignitati illatos. *Idem.*

438 *Martius Eunuchi repetat*] Non *repetit*, meliores scripti: deinde cum *lisdem legendum natos pro natis*. Forte etiam emendandum, *quo dedere pœnæ Profuit*: prior certe Moreti, *quid natos*: etiam bene. *D. Heins.*

441 *Dedere pœnæ*] Castrare. Per Eunuchismum igitur, ait, veniendum est ad honores, et paterno amoris honorum spes præponenda, ut consilio et voluntate (ambitione vero potius), parentum castrantur liberi. Docte dixit *dedere pœnæ*: cum ab Eunuchismo nulla sit redemptio. *Barth.*

442 *Civem præponere patri*] Exsuere affectum paternum, ob filium admoventum gubernandæ Reipublicæ per castrationem. *Idem.*

447 *Mersit et attonitum*] Junianus *Merserit*. Puto: *Merserit? attonitum tranarit Clælia Tybrin? Tybrin* certe Oiselianus: mox pro *fasces adservabantur tertius Vaticanus an servabantur: observabantur* Oiselianus, et undecim alii cum Aldo. *D. Heins.*

448 *Eutropio fasces*] Paria sunt apud nostrum Bello Gildonico, a vs. 90.

450 *Socii spectator Averno*] Vir magnus *socci*: nolim factum. Prim. Vaticanus *socium aversatus*: bene. *Mazarin. socii speculator*. *D. Heins.*

452 *Animosaque pauperis umbra Fabritii*] Animosum vocat Fabritium contemptu divitiarum, quæ res virtutem eam conficere credebatur antiquis sapientibus, quæ proximos faceret divinitati. Virgil. 'Aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum Finge Deo.' *Barth.*

455 *Pæno Scipiadæ*] *Scipiadæ*; quos semper conjungit. Cæterum tam ex hoc loco quam nummis et saxis antiquis patet, frustra eos esse, qui pro *Lutatius Luctatium* nobis obtrudunt. Silius, lib. vi. 'Possessor pelagi pro-

*Delph. et Var. Clas.*

*Claud.*

naque Lutatius aura Captivas puppes ad littora victor agebat:' sic vere prima editio et scripti. Vulgo *prona Luctatius*: mox pro *Curii veteres*, plerique antiqui codices, *series*: optime, pro familia aut gente. Noster laude *Serenæ*: 'series his fontibus Ælia fluxit.' iv. Cons. Hon. 'nec tantæ villior unda Promeruit seriem gentis.' Apud Lucanum, 'Cæsareæque domus series:' atque ita passim poëtæ. *D. Heins.*

458 *Parvo sepulchro*] Cato nobilis tenuitate sepulchri. *Barth.*

459 *Eutropium passure*] Sub eo pariture Imperio. Seneca Thyeste: 'Immane regnum est posse sine regno pati.'

*Eutropium passure Cato*] Catonis obsequium pro re maxima et incredibili. *Barth.*

*Tenebris*] Ex regno inferorum, ex orco tenebroso. *Idem.*

462 *Ambigui mares*] Habent enim membra horum, et formam, licet non integre; carent tamen effectu. *Idem.*

463 *Flabella*] Quibus ventilabant somnum puellarum. *Idem.*

464 *Umbracula*] Defendendo soli. *Idem.*

*Umbracula gestant*] *Tollunt* scripti fere omnes, præter primum et tertium Vaticanos. III. Cons. Honor. 'Pars volucres tollunt aquilas:' 'tollit fasces' alibi dixit. *D. Heins.*

465 *Secures*] Consularem dignitatem, fascibus et securibus stipatam ad coërcitionem et pœnam. *Barth.*

466 *Fæmineas latebras*] In cubiculis principum et divitum, ubi hactenus fuistis ab omnibus despectui et opprobrio habiti. *Idem.*

467 *Alter quos pepulit sexus nec suscipit alter*] Ovidius: 'Hei mihi quod Dominam nec vir nec fæmina servas.' Alexander Severus Imperator tertium hominum genus appellabat Eunuchos, nec in usu habendum viris, imo vix nobilioribus fæminarum. *Idem.*

5 A

468 *Exsecti Veneris stimulos*] Effectum quidem certe, sed nequaquam stimulos. Vide ad vers. 87. lib. seq. *Barth.*

469 *Mixta duplex ætas*] Hic distinguendum: deinde *nil medium* conjunge cum  $\tau\phi$  *inter juvenesque senesque*; inter senes enim juvenesque medii viri: eunuchi autem viri non sunt. Vulgata distinctio Cl. Barthium deceptit. *D. Heins.*

470 *Nil medium*] Eruditissime dictum. Omnino enim nec vir erat, nec puer, nec tamen quicquam etiam medium, cum non sit tale aliquid. *Barth.*

474 *Pilenta*] Currus quibus per urbem matronæ, Sacerdotes, Novæ Nuptæ, &c. vehebantur. *Idem.*

475 *Neu numerem quantis*] Interpunge hoc modo: *Neu numerem; quantis injuria mille per annos Fit retro ducibus!* Deinde *subeunt*, non *subeant* scripti: mox *Arinthæi fastus* a Claverianis libris est. Nostri *fastos*, præter Gyraldinum, sec. Mediceum, Patav. et alios duos aut tres, qui *fastus* cum priscis editionibus agnoscunt. Infra vs. 489. 'contagia fastibus oro Defendas ignava tuis,' cum veteri libro. *D. Heins.*

477 *Canities*] Veneranda antiquitas. *Barth.*

478 *Arinthæi fastus*] Hoc est, Consulares fastos. Nam Arinthæus iste Consul fuit, qui idem in juventute servum habuit Eutropium. Arinthæus iste Consulatum gessit cum Modesto, sub Valentiniano, ut Cassiodorus et alii testantur. Quare perspicua est sententia, cum ait: 'dominoque suos æqualis honores Inseret.' *Idem.*

482 *En patior*] Non *Et*, septem libri. Pro *Pellæis* sequenti versu Rubenii et Pomponii Læti excerpta *Laqueis*. utrumque probum. *D. Heins.*

483 *Consulis unius*] Pompeii. Vide Lucanum, l. VIII. *Barth.*

484 *Privata movebunt*] *Movebant*: deinde pro *prospice* quindecim libri

*conspice*: tres *circumspice*: alter Moreti *consule*; quod placet: ut bello Getic. 'Consulitur dum, Roma, tibi:' et lib. II. de laud. Stilich. 'hæc longe sola remotis Consulit.' *Vestræ* etiam, non *nostræ*, Lucensis: sequor. Mox *averte* pro *advertite* legendum scripti meliores monent: bello Gild. 'Civiles abolete notas:' bello Get. 'obsessi principis armis Excusate nefas deploratumque Timavo Vulnus, et Alpinum gladiis abolete pudorem.' Denique *aspicit* pro *accipit* duo Pulmaniani et septem ex nostris cum primo Vaticano. *D. Heins.*

485 *Nostræ causæ*] Omnis enim Romana majestas vertitur in hoc tam propudioso facinore. *Barth.*

486 *Regales notas*] Dedecus Imperatoris Arcadii, cujus aula et unversum Imperium Orientis regit iste, inquit, eviratus furcifer.

*Accipit unum Aula*] Consules enim fiunt quandoque, ait, Principes. Et sane fuit etiam in his mira Dominorum ambitio. *Barth.*

488 *In crimen euntibus annis*] Omnes enim maculabuntur hoc tam propudioso exemplo, nisi tu succidas perniciem. *Idem.*

489 *Contagia*] Nam et alii hoc genus egregii Consules cupient venire in titulos annorum. *Idem.*

*Contagia fascibus oro*] Tholos. *fastibus*: quomodo olim conjeceram. Sic 'labem fastis' Varronem vocat Silins. *D. Heins.*

490 *Defendas*] Arceas. *Barth.*

*Tradita libris Omina*] Lege *Nomina* cum priori Leidensi, et quinque aliis: duo *Homina*: alii *Omnia*. Consules anno nomen dedisse quod fastis insereretur, quis nescit? infra l. II. 'Ab lato penitus respirant nomine fasti.' IV. Cons. Hon. 'Signas posito modo nomine fastos.' Lucan. II. 'At vos qui Latios signatis nomine fastos.' Lib. V. 'Instabatque dies, qui dat nova nomina fastis.' Plura exempla congerere non foret arduum: mox



opinor legi debere : *nam quæ tam bella gerantur Mollibus auspiciis, pro jam.* D. Heins.

491 *Omne quod ambit Oceanus*] Ambitio Romana. Barth.

493 *Calcar*] Sperti, projectui haberi. D. Hieron. Vita Hilarionis : 'ego nihil ita stupeo, quam gloriam illum et honorem calcare potuisse.' *Idem.*

*Bella geramus*] Non *feramus*, scripti potiores : mox pro *aut quæ connubia*, Vatic. *quæ jam*, cum tribus aliis : deinde *vel frugem* pro *aut* iidem scripti, et *latura seges* Isingr. prim. Vatican. et Mazarin. ut supra : 'nulla colono Responsura seges.' D. Heins.

494 *Mollibus auspiciis*] Ductu Eunuchorum. *Molles*, sunt Eunuchi, aut turpia patientes. Barth.

496 *Plenum*] Maturum, frugibus ad usum idoneis plenum, gravidum. Sic implere est gravidum facere. Ovidius de Peleo et Thetide : 'ingentique implet Achille.' *Idem.*

499 *Amazonio ritu*] Promiscue mulieribus viris dominantibus. *Idem.*

*Amazonio confusa licentia ritu*] Gyrard. et Lucens. *sistro* : optime ; quam vulgatam lectionem ista Stantiana ex Achill. II. videntur confirmare : 'arcumque animosa petebat Ferre, et Amazonio connubia pellere ritu.' Sed non dubito, quin altera scriptura sit a secunda manu ipsius Claudiani. Amazonas sistris in bello usas qui moneat non scio, præter unum Isidorum Orig. II. 21. 'Sistrum ab inventrice vocatum. Isis enim Ægyptiorum regina id genus invenisse perhibetur. Inde et hoc mulieres percipiunt, quia inventrix hujus generis est mulier. Unde et apud Amazonas sistro ad bellum fæminarum exercitus vocabatur.' Ægyptios quidem sistris in bello usos notum, hinc illud Maronis de Cleopatra : 'patrio vocat agmina sistro.' Marcianus Capella, lib. IX. *calamos* dat Amazonibus, non *sistra*. 'Quid Amazones? nonne ad calamos arma trac-

tabant? quarum una, quæ concipiendi studio venerat, cum Alexandrum salutaret, donata tibicine, ut magno munere, gratulata discessit.' D. Heins.

500 *Quid vincere differt*] Imo *differs* cum libris : vidit Barthius. Sequenti versu, pro *certare pudet*, prim. Vatic. Oisel. et Mazar. *fugis* : recte. Rottendorphianus *fugas* : infra : 'Et te nunc inopem dives amare fugit : sic scriptus. Ovid. Ep. Deianiræ, vs. 75. 'Non fugis, Alcide, victricem mille laborum Rasilibus calathis imposuisse manum : quæ membranarum lectio : ubi plura : vulgo *pudet* : sic 'fuge quærere' et 'fuge suspicari' apud Horatium. *Idem.*

501 *Dum pudet*] Paria de Gildone et Honorio, Bello Gild. 'decurret Honorius inde, Hinc Gildo?' Barth.

507 *Conscia terga*] Salustius I. Hist. 'abunde libertatem rati quia tergis abstinetur.' *Idem.*

508 *Ut Scythia*] De Scythis pulchre post alios Nicephorus Gregoras, omnium sequiorum Græcitatibus scriptorum cordatissimus. Historiam istam legas apud Justinum II. Herodot. I. IV. &c. *Idem.*

509 *Servilis pubes*] Consule Justinum et Florum.

512 *Notus horror*] Ab ipsis scilicet cunabulis. Flagra enim pœnæ serviles. Barth.

513 *Adstrictus sub verbere torpuit ensis*] Ita tres libri. Ovid. Fast. IV. 'Atque aliquis cupiens vagina ducere ferrum Adstrictum longa sentiat esse mora.' Stat. Theb. III. 'motos capulis adstringeret enses.' Isingrini tamen codex et octo alii, *adductus* : etiam probe, annuente et Barthio : quomodo et primus Vaticanus pro diversa lectione ; qui in ipso contextu *addictis* : multi *abductus*. Oisellianus *addicta sub verbere corrui ensis*. *Eductus* frustra a Delrio castigatur : sic *adductæ habenæ*, apud poëtas. Ovid. 'adductaque clava trinodis Ter quater adversi sedit in ore viri.' Claverius *addictus* malit pro servili ; quod

ex nostris libris multi confirmant: *sub verbera* Gyraldi liber; probe; nondum enim vapulabant: sic *sub noctem* pro, imminente nocte, et similia. *D. Heins.*

*Adductus]* *Addictus*; quod e juris

fontibus petitur: nam olim quidam nexi in servitutem creditoribus addicebantur. Quintilianus, lib. III. ait: Aliud est, servum esse; aliud, servire; qualis esse quæstio in addictis solet. *Claver.*

---

XIX.

IN EUTROPIUM LIB. II. PRÆFAT.

PRÆFATIO hæc mire elegans est ac lene fluit, ut facile appareat, quid in Elegis hic poëta valuerit: hic vero acriter instat, ut capitis damnetur Eutropius, jam capite minutus: neque Cyprio exilio tot crimina expiari posse contendit. Qua in re dicas forsitan, cantu ipsius eloquente idem pene effectum quod invectiva Ciceronis in Catilinam: nam Eunuchus tandem perit. *Claver.*

1 *Habenas]* Imperium, sub Imperatore. Socordia Principum Universum tum Ducibus et Proceribus regebatur, mutuis sese insidiis evertentium, ut docet fides Historiarum. His inseruit se male ominatus etiam iste Eutropius Eunuchus, per Gainem a Stilichone submotus. *Habene* notant jus moderandi. *Barth.*

2 *Patricius]* Hoc etiam dignitatis sibi Eutropius adsciverat, Zosimus l. v. ubi finito Consulatu, dignitatem tamen ejus ambitiosissimum nebulonem retinuisse scribit: 'Patriciatus dignitas,' primarius Honoris locus, ad quem per Consulatum adscensus. Cassiodorus, lib. XI. Epist. 2. Constituta dignitas a Constantino Magno, auctore Zosimo. Erat igitur summum hoc culmen privato quo per merita virtutum posset ascendere, ob id etiam maxime expetitur, quod non nisi cum vita hominis finiretur, ut memorat Cassiodorus. *Idem.*

3 *Passurus compedis orbis]* Vincum enim opus servile fecisse Eutropium rumor erat. *Idem.*

4 *In dominos]* Quibus eum infinitis servisse, et in eos primos rabiem evomuisse, cum ad potentiam devenit, supra multis dececinit. *Idem.*

*In dominos]* Tales dominos intelligit, qui olim servili monstro tanquam mancipio usi; quos omnes ut conditionis suæ deleteret memoriam, crudelibus dolis insectabatur. aut si mavis interpretari *Dominos*, Stilichonem et alios istius ordinis, cum quibus inimicitias exercuit; viros non, ut iste, ad servitutem, sed ad dominationem, natos. *Claver.*

5 *Culmine]* Votorum snorum summa, quæ erat ad summum magistratum evectio. *Culmen* pro honore, notissimum. *Barth.*

6 *Jam satiata joco]* Vide supra ad lib. I. vs. 24. *Idem.*

7 *Meditatur ligna securi]* Supra l. I. 227. hoc autem vilissimorum servulorum officium. *Idem.*

9 *Illatas consul pœnas]* Sic Claverius, et quinque ex nostris: vulgo *Illicitas*. Barthius *Illicitus*: paulo ante vapulat ipse scripti. *D. Heins.*

*Illicitas Consul]* Consul enim ubi sacrosanctus, nisi finito aut abdicato, abrogatove, magistratu, non suberat supplicio. Hunc autem summa acrimonia et ingeniositate, Consulem se

Consule pœnas dedisse ait, videlicet utcunque etiam ei dignitati admotus, tamen non ejus erat capax ullo modo, ob crimina, conditionem, et Eunuchismum, omnibus virilibus officiis ineptissimus. *Barth.*

11 *Infaustum populis*] Contaminarat infaustum prodigium omnia suis ominosis honoribus.

*In se quoque*] Contigisse ergo vidit quod supra voverat: 'Consule lustrandi fasces, ipsoque litandum Prodigio.' *Barth.*

*In se quoque vertitur omen*] *In se convertitur* Junianus: ut apud Lucan. 'In sua victrici conversus viscera ferro.' *D. Heins.*

13 *Ablato nomine*] Eraso omnibus monumentis, etiam Fastis Consularibus. *Barth.*

14 *Vomit*] Velut periculosum vitabilis virus, aut fastidiosam potionem, perperam obductam. *Idem.*

16 *Procumbit*] Recte tres libri *Procumbunt*. *D. Heins.*

*Tota cohors*] Eunuchorum manipulos supra dixit: 'peditum vexilla sequuntur Et turmæ similes Eunuchorumque manipuli.' *Barth.*

17 *Non seditione coacti*] *Deditione* quatuor scripti: alter Moreti *subacti*. Ald. et excerpta Puteanea, *obsidione coacti*. Lege *deditione subacti*, vel etiam *obsidione*; ad imitationem Lucani, lib. ix. 'meruistis iudice vitam Cæsare, non armis, non obsidione subacti.' Mox *Nec pereunt* prim. Vatic. alii que nonnulli. *D. Heins.*

19 *Vulnere chartæ*] Rescripto, quod modo laudatum exstat. *Barth.*

21 *Fæminea arce*] Supra lib. i. Semivir in arcem rerum sublatus dicitur, ut *arx fæminea* sit regimen distincti et enervis. *Claver.*

*Arte tyrannus*] *Arce* libri meliores: vere; arces enim tyrannorum propriæ: de iis noster alibi: 'Ancipites habeant arces, trepidique minentur.' *D. Heins.*

22 *Et thalamo pulsus*] *Ut* malit Bar-

thius; qui perperam versu proxime præcedenti *fæminea arte*, quæ depravatorum codicum scriptura est, tueretur. *Arcem* tyrannis proprie assignari ad iv. Consulatum Honorii Aug. vs. 292. monuimus. *Idem.*

*Et thalamo pulsus*] Melius legas *ut thalamo pulsus*, velut officio suo cedere jussus, aut divortii libellum nactus. Hoc enim intelligit per *fæmineam artem*. *Barth.*

23 *Sic juvenis nutante fide*] *Fluitante* Mazarin. et excerpta Remensia. Bello Gild. 'Subsedit fluitante fide.' Tacitus, Hist. ii. 'Unde primum creditur Cæcinæ fides fluitasse.' *D. Heins.*

25 *Canitiem raram*] Supra enim dixit: 'turpes Exedere caput tineæ.' *Barth.*

*Largo de pulvere*] *Tò de* abundat. Sic Lucretius, l. vi. de Rerum Natura: 'Quem magneta vocant, patrio de nomine, Graii.'

*De pulvere turpat*] *Tò de* superfluum eleganter addi multis docet Cl. Barthius. Sed Gyrald. prim. Vatican. et quatuor alii, *jam pulvere*: quod placet. *tò de* in Oisiliano erat omisum. *D. Heins.*

27 *Pias*] Christianorum. Utinam et tu talis. *Barth.*

30 *Solis utile supplicii*] Exemplo statuendo. *Idem.*

31 *Obscænior ore*] Os totam figuram designat. Tamen est occulta *ἀπὸ φθρον* facinoris hic exprobratio, qualis et supra. *Idem.*

32 *Ira dabat pretium*] *Dabit* Lucens. et octodecim alii. Forte *Ira addit pretium*. *D. Heins.*

35 *Gemino sub sidere*] Sidus, Sol. Vide ad iv. Cons. Honorii; *Gemino*, quia Solem diversum ab Occidente faciunt Orientem Poëtæ. *Barth.*

38 *Cæca*] Imprudens. *Idem.*

39 *Fallax*] Somnia Ægyptiorum supra quoque memorata. *Idem.*

40 *Pervigilant*] Ad merendum afflatum. De Idolis Pervigiliis cultis vide Electa Justi Lipsii. *Idem.*

41 *Soror*] Miserrimus Spado talem habebat secum. *Barth.*

*Quid soror*] Martialis quærenti cur Themison uxorem non habeat? habet sororem, inquit. *Claver.*

44 *Amare negat*] *Fugit* alter Moreti; dictum supra: et paulo ante *miseranda* Moreti prior: acute; ut libro primo monuimus. *D. Heins.*

45 *Eunuchi jugulum primus*] Quis ille Eunuchus fuerit nobis quidem juxta cum aliis liquidam est, qui nesciunt. *Barth.*

46 *Exemplo tuo*] Quod tu tibi contulisti. Epitaphium militis Batavi: 'Exemplo mihi sum primus qui talia gessi.' *Idem.*

*Exemplo non feriere*] Ait Eutropium, qui multis eam caput abstulit, non idem adepturum; eique vitam fore supplicio. Ovid. 'tantummodo vita relicta est, Præbeat ut sensum materiemque malis.' *Claver.*

47 *Vive pudor fastis*] *Fastis* Scipio Gentilis contra auctoritatem librorum veterum. *D. Heins.*

*Vive pudor fatis*] Cujus in æternum pudeat ipsos Deos. Sic in Opere: 'Proh cæli terræque pudor, trabeata per urbes Ostentatur anus.' *Barth.*

49 *Direptas opes*] Exules et capitali judicio damnati bona amittebant; quibus si postea fama restituebatur, bona sua, aut parentibus, ut plurimum redibant. *Claver.*

*Natus habebit*] Patres enim Principum nominabantur Patritii, cujus titulum miro ingenio Eunucho infelici exprobrat. Jocatur ergo non esse cur fleat Eutropius; bonis enim succedere Imperatorem, cui ipse, ut Patritius, Pater sit: potius illi de tam glorioso successore lætandum, minime interim mortalitatis ordine turbato, argutatur. Parentes Imperatorum dici Patritios clarum de vs. 4. Institut. 'quibus modis patria potestas solvatur.' *Barth.*

51 *Pulsas astra querelis*] Papinius, lib. v. *Silvar. ult. Idem.*

52 *Cypri littore*] Ideo in longinquam Cyprum sepositum Eunuchum, ut nullo negotio interfici posset, existimo.

*Parta quies*] Velut emerito. Scite illudit homini semihomini. *Barth.*

54 *Terris tutius æquor erat*] Terra prim. Vatic. in nonnullis erit. *D. Heins.*

55 *Jaculis et arcu*] Muliebri armatura, qualem dedit ipsi ritu Amazonum supra lib. i. *Barth.*

57 *Dilecto caruit*] Malim *Dilecto* que caret. *æquor erat*, non erit, scripti paulo ante. *D. Heins.*

*Dilecto Senatus*] Lib. i. vs. 472. *Barth.*

59 *Togam*] Togis et matronæ vestiebantur; Eunuchus eam gestaverat ut fœmina; cum summæ dignitatis, ut matrona. *Idem.*

60 *Ingenium*] Redi ad ingenium tuum; natus enim es ad Venerea et lenonia opera: de quibus late superiori libro. *Idem.*

63 *Insula læta choris*] Nota Regna Cypridis in Cypro. *Læta Choris*, gaudens, hilaris, delectata iis immensum. *Idem.*

68 *Fallere*] Dolis et astutiis subdere amatoribus monstrosis. *Conciliare* enim summa Eunuchi lenonis doctrina et professio. *Idem.*

69 *Te mergere venti*] *Demergere* quintus Vaticanus. *D. Heins.*

70 *Gildonis nuper qui tenuere fugam*] *Fidem* Patavinus. *Gildoni* etiam unus Mediceus. Forte: *Gildoni nuper qui renuere fidem*. A. Sabinus responsione ad Ovidianam Penelopen: 'Nec laudem Danaï tanto renuere labori.' Gratius: 'Si renuit cunctos, et mater adultera non est.' Noster bello Gild. vs. 268. ex veteri codice, 'renuit sic Graia Philippus Oppida.' Vulgata tamen lectio temere non est sollicitanda. *Idem.*

71 *Memoratur*] Nomen habet et famam. Martialis: 'Sæpius in libro memoratur Persius uno.' *Barth.*

73 *Delphina*] Ut vates Arion. *Idem.*













